



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

WIDENER LIBRARY



HX K2WU 5

Atc B59.1



HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

DOCTRINA
NUMORVM VETERVM

CONSCRIPTA

^(Hilarius)
IOSEPHO ^AECKHEL

THESAVRO CAESAREO, NUMORVM, GEMMARVMQVE VETERVM
ET REI ANTIQVARIÆ IN VNIVERSITATE VINDOBONENSI DOCENDÆ
PRAEFECTO.

PARS II.

DE

MONETA ROMANORVM.

VOLVMEN VIII. ET POSTREMVM

CONTINENS

NUMOS IMPERATORIOS, QVI SVPERSVNT,
PSEVDOMONETAM,

OBSERVATA GENERALIA IN PARTEM II.

et

INDICES IN VOLVMINA VI. VII. VIII.

✓
C

VINDOBONAE.

SVMP TIBVS IOSEPHI CAMESINA ET SOC.

IMPRESSVM TYPIS KVRTZBEKIANIS.

MDCCXCVIII.

Arc 1359.1



1781
44-22
9-2

DOCTRINA
NVMORVM VETERVM.

CONSPECTVS VOLVMINIS VIII.

<i>Diocletianus.</i>	Pag. 1.	<i>Crispus.</i>	100.
<i>Val. Maximianus.</i>	15.	<i>Helena Crispi.</i>	102.
<i>Eutropia.</i>	27.	<i>Delmatus.</i>	103.
<i>Achilleus.</i>	28.	<i>Hanniballianus.</i>	104.
<i>Constantius I. Chlorus.</i>	28.	<i>Constantinus II.</i>	105.
<i>Helena Chlorig.</i>	33.	<i>Constans I.</i>	109.
<i>Maximiana Theodora.</i>	33.	<i>Saturninus III.</i>	113.
<i>Gal. Maximianus.</i>	34.	<i>Constantius II.</i>	113.
<i>Gal. Valeria.</i>	40.	<i>Faufa.</i>	118.
<i>Amandus.</i>	40.	<i>Pop. Nepotianus.</i>	119.
<i>A. Pompon. Aelianus.</i>	41.	<i>Vetranio.</i>	119.
<i>Dom. Domitianus.</i>	41.	<i>Nonius.</i>	120.
<i>Caraufius.</i>	42.	<i>Magnentius.</i>	121.
<i>Allectus.</i>	49.	<i>Decentius.</i>	123.
<i>Fl. Severus.</i>	50.	<i>Constantius Gallus.</i>	124.
<i>Maximinus Daza.</i>	51.	<i>Constantina.</i>	126.
<i>Maxentius.</i>	55.	<i>Sylvanus.</i>	127.
<i>Romulus.</i>	59.	<i>Fl. Iulianus.</i>	127.
<i>Alexander tyr.</i>	60.	<i>Helena Iuliani.</i>	142.
<i>Licinius pater.</i>	61.	<i>Iovianus.</i>	147.
<i>Licinius filius.</i>	68.	<i>Valentinianus I.</i>	149.
<i>Aur. Valer. Valens.</i>	70.	<i>Valens.</i>	152.
<i>Martinianus.</i>	70.	<i>Procopius.</i>	156.
<i>Constantinus I. Magnus.</i>	71.	<i>Gratianus.</i>	157.
<i>Constantinopolis. Roma.</i>	95.	<i>Valentinianus II.</i>	160.
<i>Faufa.</i>	98.	<i>Theodofius I. Magnus.</i>	162.

Ael. Flaccilla. 164.
Magn. Maximus. 165.
Fl. Victor. 166.
Eugenius. 167.
Arcadius. 168.
Ael. Eudocia. 170.
Honorius. 171.
Constantius Patricius. 175.
Galla Placidia. 175.
Constantinus tyr. 176.
Constans tyr. 177.
Maximus tyr. 178.
Iovinus. 179.
Sebastianus. 179.
Priscus Attalus. 180.
Theodosius II. 180.
Ael. Eudoxia. 184.
Iohannes. 185.
Valentinianus III. 186.
Lic. Eudoxia. 188.
Iusta Grata Honoria. 189.
Attila. 190.
Petronius Max.. 190.
Marcianus. 191.
Pulcheria. 192.
Avitus. 193.
Leo I. 194.
Ael. Verina 195.
Majorianus. 195.
Lib. Severus. 196.
Anthemius. 196.
Euphemia. 197.
Anic. Olybrius. 198.
Glycerius. 198.
Leo II. 199.
Zeno. 199.
Leontius I. 201.
Iul. Nepos. 202.
Romulus Aug. 203.
Basiliscus. 204.
Marcus. 204.

Zenonis. 204.
Anastasius. 205.
Iustinus I. 206.
Vitalianus. 207.
Iustinianus I. 208.
Theodoricus. 211.
Baduila. 212.
Theia vel Thela. 212.
Athalaricus. 213.
Theodahatus. 213.
Vitiges. 214.
Baduila alter. 214.
Theias. 215.
Iustinus II. 216.
Sophia. 217.
Tiberius Constantinus. 218.
Mauricius. 219.
Phocas. 220.
Heraclius I. 222.
Heraclius II. Const. 224.
Constans II. 225.
Constantius IV. Pogon. 226.
Iustinianus II. Rhinotmetus. 227.
Tiberius IV. 228.
Leontius II. 228.
Tiberius V. Absimar. 229.
Filepicus Bardanes. 229.
Artem. Anastasius. 230.
Theodosius Adramytenus. 230.
Leo III. Isaurus.
Constantinus V. Copronymus. 232.
Artavasdus. 233.
Nicephorus I. 233.
Leo IV. Chazarus. 234.
Irene. 235.
Constantinus VI. 236.
Nicephorus II. Logotheta. 237.
Stauracius. 237.
Michael I. Rhangabs. 237.
Leo V. Armenius. 238.
Michael II. Balbus. 239.

Theophilus. 240.
Theodora cum filia Thecla. 241.
Michael III. 241.
Basilus I. Macedo. 242.
Constantinus VIII. 243.
Leo VI. Sapiens. 243.
Alexander. 244.
Romanus I. Lecapenus. 245.
Christophorus. 245.
Stephanus. 245.
Constantinus IX. 245.
Constantinus X. Porphyrog. 246.
Zoe Carbonopsina. 248.
Romanus II. 248.
Theophano. 248.
Nicephorus II. Phocas. 249.
Ioannes I. Zimisces. 250.
Basilus II. 252.
Constantinus XI. 253.
Romanus III. Argyrus. 254.
Michael IV. Paphlago. 254.
Michael V. Calaphates. 254.
Constantinus XII. Monomachus. 254.
Zoe. 255.
Theodora. 255.
Michael VI. Stratioticus. 256.
Isaacius Comnenus. 256.
Constantinus XIII. Ducas. 256.
Eudocia. 257.
Romanus IV. Diogenes. 257.
Michael VII. Ducas et Maria. 258.
Nicephorus III. Botaniates. 260.
Alexius I. Comn. 260.

Ioannes II. Comn. 261.
Manuel I. Comn. 261.
Alexius II. Comn. 262.
Andronicus I. Comn. 263.
Isaacius II. Angelus. 263.
Alexius III. Angelus. 264.
Alexius IV. Angelus. 264.
Alexius V. Ducas Murz. 264.
Imperatores Latini. 264.
Theodorus I. Lascaris. 265.
Theodorus II. Angelus. 265.
Ioannes III. Vatatzes. 265.
Theodorus III. Lascaris. 265.
Ioannes IV. Lascaris. 265.
Michael VIII. Palaeol. 267.
Andronicus II. Palaeol. 268.
Michael IX. Palaeol. 269.
Andronicus III. Palaeol. 269.
Ioannes V. Palaeol. 270.
Ioannes VI. Cantacuzenus. 270.
Mathaeus Cantacuzenus. 271.
Andronicus Palaeol. 271.
Manuel II. Palaeol. 271.
Ioannes VII. Palaeol. 271.
Ioannes VIII. Palaeol. 271.
Constantinus XIV. Palaeol. 272.

PSEUDOMONETA.

Numi Contorniat. 277.
Tesserae, Spintriae etc. 314.
Numi plumbei. 317.

OBSERVATA GENERALIA

ad partem II. hujus operis.

CAPVT I. *De consulibus Caesaribus.* 325.
 CAPVT II. *De preconsulibus Caesaribus.* 338.
 CAPVT III. *De nomine imperatoris.* 343.

- CAPVT IV. *De nomine Augusti.* 354.
 V. *De cultu capitis Augustorum, Caesarum, Augustarum.* 360.
 VI. *De titulis Dominus noster, et Βασιλεὺς Augustis Caesaribusque dato.* 364.
 VII. *De nomine Caesaris.* 367.
 VIII. *De Principe juventutis.* 371.
 IX. *De pontificatu max., et Sacerdotiis Augustorum et Caesarum.* 380.
 X. *De tribunicia potestate.* 391.
 XI. *De nominibus Patris et Matris in Augustis.* 450.
 XII. *De nominibus Pius et Felix, tum a victis populis.* 453.
 XIII. *De numis consecrationum.* 456.
 XIV. *De numis Votorum.* 473.
 XV. *De legionibus et cohortibus, earumque signis.* 488.
 XVI. *De numis inferioris aevi.* 499.

Indices III. in volumina VI. VII. VIII. 528.



MONETAE ROMANORVM

P A R S II.

COMPLECTENS NUMOS AVGVSTORVM, CAESARVM, TYRANNORVM.

C. VALERIVS DIOCLETIANVS.

Humili genere in Dalmatia ortus, etfi idem Claudium Gothicum non raro tum quoque vanitate parentem suum palam jactavit. Propter scientiae militaris laudem honores omnes pervasit, functus etiam consulatu suffecto. Carum ad bellum Persicum persecutus, hoc mortuo adhaesit Numeriano. Postquam hic

V. C. 1037. P. X. 284 exeunte fere Septembre Arrii Apri praefecti praetorio infidiis, ut dictum, occubuit, cum quaereretur, qui dignus esset imperio, et optimi principis parricidium ulcisceretur, ipse apud Chalcedonem imperator eligitur. ^{a)}

^{a)} Tillemont nota I. in Dioclet.
(Vol. VIII.)

DIOCLETIANVS.

V. C. 1037. P. X. 284.

TR. P. COS. DES. II. P. M. P. P.

M. Aur. Carino Aug. II. M. Aur. Numeriano II. cof.

Aprum Numeriani percussorem ante tribunal protractum propria manu interficit, et vaticinium implet, quod praesagiēbat, eum tum imperaturum, cum *aprum* occideret. ^{a)} Bellum in Carinum parat. Ab hoc anno incipit celebris aera Diocletiani, quae et *aera martyrum* dicitur. ^{b)}

Incerti hujus anni numi.

V. C. 1038 P. X. 285.

TR. P. II. COS. II. P. M. P. P.

Diocletiano Aug. II., Aristobulo cof.

Commisso apud Murgum Moesiae superioris prope Viminacium cum Carino praelio victus primum, mox hoc a suis caeso victor imperium solus obtinet. Maximianum Caesarem creat. Anno inclinate in Orientem profisciscitur.

Defunt anni hujus numi certi.

V. C. 1039. P. X. 286.

TR. P. III. COS. II. DES. III. P. M. P. P.

M. Iunio Maximo II., Vettio Aquilino cof.

Nicomediae Maximianum imperii collegam cum Augusti titulo sibi jungit. Hic Gallias auctoribus seditionis Aeliano et Amando turbatas componit. Diocletiani in Oriente gesta minus certa.

Et hujus anni numi ignoti.

V. C. 1040. P. X. 287.

TR. P. IV. COS. III. P. M. P. P.

Diocletiano Aug. III., Val. Maximiano Aug. cof.

Consul III. cum Maximiano consule I. procedit. (Vide numum sequentem.) Maximianus iterum ac saepius Alemanos aliosque barbaros, qui Gallias invadere, acie superat.

Numus:

IMPP. DIOCLETIANO. ET. MAXIMIANO. AVGG. *Protomae duae laureatae utriusque imperatoris et consularibus trabecis indutae, manu sceptrum cum aquila praeferentes.*

IMPP. DIOCLETIANO. III. ET. MAXIMIANO. CCSS. *Currus junctis quatuor elephantis cum rectoribus palmigeris; ei insitit uterque imperator et his altior Victoria.* AV. max. mod. (Mus. M. Ducis.) AE. max. mod. (Theupoli.)

In hunc numum metallo, mole, elegantia in paucis conspicuum Norisius dissertationem bene longam scripserat, qua anni hujus consules, Diocletianum III, et Maximianum I. discordibus ad hunc annum fastis recte constituit. Cetera, quae in ea persequitur, nimirum quadrigas triumphales elephantorum designare Diocletiani victorias Persicas, minus sunt certa, aut historiae congrua, ut jam observavit Bandurius. Mihi verisimilius videtur, indicari utriusque Augusti processum consularem, ut magis

a) Vopiscus in Numeriano.

b) Tillemont l. c.

patebit infra ex numo Maxentii cum typo simili, et ex iis, quae trademus infra in tractatu de consulibus Caesaribus.

V. C. 1041. P. X. 288.

TR. P. V. COS. III. P. M. P. P.

Val. Maximiano Aug. II., Pomponio Iamario cof.

Maximianus bellum adversum Ale-
mannos prospere prosequitur, alterum
in Carausium, qui Augustum sese in
Britannia dixerat, adparat.

V. C. 1042. P. X. 289.

*TR. P. VI. COS. III. DES. IV. P. M.
P. P.*

Basso II., Quinctiano cof.

Carausium Britanniae marisque do-
minum frustra tentat Maximianus. De-
sperato successu eidem Britannia Augu-
storum consensu permittitur. (Vide in-
fra in Carausio.)

Ignorantur numi.

V. C. 1043. P. X. 290.

TR. P. VII. COS. IV. P. M. P. P.

*Diocletiano Aug. IV., Val. Maximiano
Aug. III. cof.*

Consul IV. conlega Maximiano con-
sule III. procedit. Vterque imperator
colloqui causa Mediolanum proficisci-
tur. (Tillemont.)

DIOCLETIANVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

COS. IIII. Imperator eques pacificatoris

*habitu. AV. (Mus. olim de France Vin-
dob.)*

In alio :

*CONSVL. IIII. P. P. PROCOS. Im-
perator togatus stans d. globum, j. pa-
razonium. AV. (Mus. Caes.)*

Nunc et proconsulatus in numis me-
morari incipit, quod frequens in mar-
moribus, in moneta usque modo incom-
pertum. Vide infra tractatum de Cae-
saribus proconsulibus.

V. C. 1044. P. X. 291.

TR. P. VIII. COS. IV. P. M. P. P.

Tiberiano, Cassio Dione cof.

Diocletianus Orientis, Maximianus
Occidentis res procurant.

DIOCLETIANVS. P. F. AVG.

Caput radiatum.

*P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P.
Leo capite radiato gradiens fulmen ore ge-
stat. AE. III. (Bandur. juxta correctio-
nem in praefatione. Liebe p. 346.)*

Eundem typum vidimus quoque in
moneta Caracallae ad annum V. C.
967, ubi vide mea observata.

V. C. 1045. P. X. 292.

TR. P. IX. COS. IV. DES. V. P. M. P. P.

Hannibaliano, Ascleptodoto cof.

Ad veterem a barbaris metum cum
nova accederent pericula in Oriente a
Persis, in Africa a rebellibus Quinque-
gentianis, et forte jam tum imperium
in Aegypto usurpante Achilleo, Diocle-
tianus Kalendis Martiis anni hujus, ut

DIOCLETIANVS.

contra alios opinatur Tillemontius, *) Constantium Chlorum et Galerium Maximianum Caesares Nicomediae dixit, sic ut Diocletianus Orientem, Maximianus Hercules Italiam Africamque cum insulis, Galerius Thraciam cum Illyrico, Constantius Gallias, Hispaniam, Mauritaniam regerent.

Desunt numi certi.

V. C. 1046. P. X. 293.

TR. P. X. COS. V. P. M. P. P.
Diocletiano Aug. V., Val. Maximiano
Aug. IV. cof.

Consul V. cum Maximiano Herculeo consule IV.. Varia Augustorum et Caesarum adversus imperii hostes bella.

Numi incerti.

V. C. 1047. 1048. P. X. 294. 295.

TR. P. XI. XII. COS. V. P. M. P. P.
Fl. Constantio Caes., Gal. Maximiano
Caes. cof.
Tusco, Annulino cof.

Incerta utriusque anni facta et numi.

V. C. 1049. P. X. 296.

TR. P. XIII. COS. VI. P. M. P. P.
Diocletiano Aug. VI., Fl. Constantio
Caes. II. cof.

Hoc anno victus creditur Allectus, qui in Britannia caeso Carausio pro imperatore se gessit, et haec provincia ad obsequium revocata.

Incerti numi.

V. C. 1050. P. X. 297.

TR. P. XIV. COS. VI. P. M. P. P.
Val. Maximiano Aug. V., Gal. Maxi-
miano Caes. II. cof.

Adversus Narsen Persarum regem missus a Diocletiano Gal. Maximianus primum victus, mox victor bellum magna imperii Romani gloria finit. Val. Maximianus Mauros Quinguentianos subigit. (Tillemont.)

Numi certi desiderantur.

V. C. 1051. P. X. 298.

TR. P. XV. COS. VI. DES. VII. P. M.
P. P.

Anicio Fausto II., Severo Gallo cof.

Nihil ad hunc annum memorabile, et incerti numi.

V. C. 1052. P. X. 299.

TR. P. XVI. COS. VII. P. M. P. P.
Diocletiano Aug. VII., Maximiano Aug.
VI. cof.

Marcomanni debellantur. (Tillemont)

DIOCLETIANVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

CONSVL VII. P. P. PROCOS. Imperator togatus stans d. globum, si parazonium, in imo ALE. AV. (Mus. olim de France Vindob.)

V. C. 1053. 1055. P. X. 300. 302.

TR. P. XVII. — XIX. COS. VII. P. M.
P. P.

*) Nota XI. in Dioclet.

Fl. Constantio Caes. III., Gal. Maximiano Caes. III. cos.
Titiano II., Nepotiano cos.
Fl. Constantio Caes. IV., Gal. Maximiano Caes. IV. cos.

Nihil his annis ad memoriam illustre.

V. C. 1036. P. X. 303.

TR. P. XX. COS. VIII. DES. IX. P. M. P. P.

Diocletiano Aug. VIII., Val. Maximiano Aug. VII. cos.

Initio anni impulsore Gal. Maximiano famigeratam Christianorum persecutionem Nicomediae edicit. Romam profectus insignem triumphum una cum Herculo de victis inde ab adito imperio hostibus agit. (Tillemont.)

Deficiunt item numi certi.

V. C. 1037. P. X. 304.

TR. P. XXI. COS. IX. P. M. P. P.
Diocletiano Aug. IX. Maximiano Aug. VIII. cos.

Consulatum IX. Ravennae init. Aeger cum animo, tum corpore Nicomediam revertitur.

Numis certis caremus.

Numi vagi

ab anno V. C. 1037. P. X. 284 usque ad V. C. 1057 P. X. 304.

- A. DIOCLETIANVS. AVG. *vel* AVGVSTVS *addito etiam P. F.*
- B. IMP. DIOCLETIANVS. AVG. *addito in aliis P. F.*
- C. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG.

D. VIRTVS.DIOCLETIANI.AVG.
 E. IOVIO.DIOCLETIANO.AVG.

Caput laureatum in AV. AR. AE. m. m. et AE. II. Radiatum in AE. III. Protome laureata d. sceptrum cum aquila frequenter in AE. m. m. Rarius cum corona ex lauro et gemmis in AV. apud Bandurium.

Vt lit. A.

AETERNITAS. AVGG. Elephas cum rectore. AE. III. (Bandur.)

Aversa ex numis Philippi sen. cognita.

Vt lit. A.

AVSPIC. FEL. *Dea stans d. tesseram, s. caduceum, pro pedibus parva figura manus attollens.* AE. III. (Bandur.)

Bandurius typum averlae, qui novus est, et tantum ex utriusque hujus Augusti moneta cognitus, ad utriusque initia imperii refert, quae commendari volebant liberalitate, et inter quae procurare felicitatem susceptis publice votis.

Vt lit. A.

COMITATVS. AVGG. *Duo equites citato cursu d. elata, s. hastam.* AV. (Mus. de France olim Vindob.)

Numum hunc Khellius in suo ad Vaillantium Subplemento, aliumque aureum cum simili averla Bandurius in numis Constantii Chlorig describere quidem, tamen, etsi epigraphen novam, neque hactenus in moneta conspicuam profiterentur ipsi, nihil de sensu epigraphes plane obscuro monuere. Si duo equites, quos averla exhibet, imperatores sunt, ut visum utrique, ubinam

eorum *comitatus*, quem epigraphæ enunciat? Si quid conjecturæ valeo, equites duo sunt Augustus ac Caesar, quorum hic illum ad bellum euntem comitatur, sic ut in numo præsentem habeamus Gal. Maximianum Diocletiani *comitem*, in altero Constantii Constantium Maximiani Herc. *comitem*. Non obest, in numo legi AVGG., tanquam uterque esset Augustus, nam sæpius hactenus vidimus, Caesarem in consortio cum Augusto dici Augustum. Ad hæc uterque Augustus suum habuit comitem Caesarem.

Vt lit. C.

FATIS. VICTRICIBVS. *Tres mulieres stantes, quarum singulae s. cornu copiae tenent, et earum una seorsim d. gubernaculum, reliquæ duas dextera simul unum idemque gubernaculum tenent.* AV. (Mus. Caes. et M. Ducis.)

Numi rarissimi, quorum partes averse tantum ex Diocletiani et collegæ moneta cognitæ sunt. Eos late explicuere Spanhemius, et ex eo Bandurius. Ex veteribus egregie operam suam commodat Procopius: ^{a)} *habet vero (Ianus) templum in foro ante curiam paulo super TRIA FATA. Sic Romani Parcas vocare instituerunt.* Eadem cum Parcis componit etiam inscriptio metrica apud Maffei: ^{b)}

*Telephus hac sede iucunda Potusque
quiescent,*

Debita cum Fatibus venerit hora tribus,

Tria fata prædicant etiam Fulgentius, ^{c)} Gellius, ^{d)} Aufonius, ^{e)} et Apuleius. ^{f)} Eadem ex natura sua in numo vocantur VICTRICIA, quo illa epitheto ornat etiam Claudianus, ^{g)} iusto sane, quando non in homines modo, sed superos quoque, quin et ipsum Iovem gravia exercent imperia, religione ut antiquissima, sic summis etiam ingeniis parum intellecta, nimirum *esse fata*, ut ait Lactantius, ^{h)} *quibus dii omnes et ipse Iuppiter pareat. Si Parcarum tanta vis est, ut plus possint, quam coelestes universi, quamque ipse rector ac dominus, cur non illae potius regnare dicantur, quarum legibus ac statutis parere omnes deos necessitas cogit?* Hanc tamen earum feritatem ferior aetas coercuit, quæ Iovem ausa est Μοιραετην, *Fatorum*, seu *Parcarum* ducem appellare, ⁱ⁾ aut, ut legitur in antiquo lapide, qui est apud nos Vindobonæ, DIVINARVM. HVMANARVMQVE. RERVM. RECTOREM. FATORVMQVE. ARBITRVM. ^{k)}

Signa Fatibus in hoc numo addita dixi esse gubernaculum et cornu copiae, capta ex numo nitidissimo musei Caesarei. Monere istud necesse putavi, quia video, illud, quod Fata dextera tenent, male a Vaillantio et Bandurio taedam, a Frölichio in Cimelio Vindob. fustum appellari. Vtrumque hoc signum cum Fortuna cujuscunque nominis, Parcis, et Nemēsi fuisse commune, innumera vetustatis monumenta docent. Atqui Fata, Parcas, Fortunam, Nemēsin veteres aut esse easdem putavere, aut

a) Bell. Goth. L. I. c. 25. b) Mus. Veron. p. CLXX. 3. c) Mytholog. L. I. d) L. III. c. 16. e) Etyll. XI. 19. f) in Herm. Trismeg. g) in II. cons. Stilich. h) In-
tit. L. I. c. 11. i) Pausan. L. V. c. 15. k) Maffei Mus. Veron. p. 248.

nonnisi subtiliter, et secundum certos modos discrevere. Fata et Parcas plerumque nonnisi nomine differre, ex modo dictis tenemus. Tamen Ovidius sorores Parcas Fati esse dominas dixit. ^{a)} Fato et Fortunae communes fuisse partes, passim creditum, de quo vide, quae plura adferemus infra ad numum Gal. Maximiani inscriptum FORTI. FORTVNAE. Elegans inter utrumque discrimen dedit Pythagoras, si ejus incerto biographo habenda fides: ^{b)} διαφέρει δὲ τῆς Τυχῆς ἡ Εἰμαρμένη, ὅτι ἡ μὲν εἰρμον ἔχει, καὶ τακτικὴν, καὶ ἀπολυθῆναι, ἡ δὲ Τύχη τὸ αὐτοματον, καὶ τὸ ὡς ἐτυχεῖν, οἶον, τὸ ἐκ τῆ παιδὸς εἰς μετράκιον ελθεῖν, καὶ τὰς καθ' ἑξῆς ἡλικίας οἰκειῶς διελθεῖν, τὸτο ἑνὸς τρόπου τῆς Εἰμαρμένης. Sic differt a Fortuna Fatum, quod hoc serie quadam, ordinate, et stato progressu fit, at in Fortuna inest motus spontaneus, et inconsultus, v. c. ex puero fieri adolescentem, et sic reliquas aetates ex lege pervadere, unius Fati modus est. At enim de Fortuna varia fuere veterum respectu Fati judicia. Teste Ioanne Lydo ^{c)} idem Romanis Fatum fuit, atque Fortuna. At ex mente Senecae: ^{d)} Sic hunc (deum) Naturam voca, Fatum, Fortunam; omnia ejusdem dei nomina sunt, varie utentis sua potestate. Pausanias auctoritate Pindari unam Parcarum dixit esse Fortunam. ^{e)}

At lubet etiam conjicere, quam ob causam istud Augustorum par Fata, et Victricia quidem, in monetæ suae argumentum legerit. Noverunt hercle ip-

si, si ambire imperium vellent, obflare sibi generis ignobilitatem, ac nascendi conditione esse se tales,

Quales ex humili magna ad fastigia rerum

Extollit, quoties voluit Fortuna jocari. ^{f)}

Fuere quidem omni aevo, quos merita, ac potissimum bellica turbulentis his temporibus, rei summae propius ad-moverunt, tamen et sic in tanto potentium aemulorum numero necesse illis fuit *Sidus et occulti miranda potentia facti*, ^{g)} cujus adeo tanti beneficii memores has Fatis publice grates rependerunt. Idem, sed aliis verbis, dixere Augusti alii, cum se PROVIDENTIAE DEORVM debere imperium in numis professi sunt.

Vt lit. A.

F. in aliis plenius FEL. ADVENT. AVGG. NN. *Mulier stans capite leonis exuviis tecto d. vexillum, s. dentem elephanti, pro pedibus leo.* AR. (Mus. Caes.)

Vt lit. B.

FELIX. ADVENT. AVGG. NN. *Idem typus, sed humi praeter leonem taurus quoque.* AE. II. (Mus. Caes.)

Frequens est haec averfa in numis non Diocletiani modo, et Maximiani, sed et Constantii et Galerii Caesarum. Fuere, qui his numis Augustorum et Caesarum in urbem Romam adventum significari censerent, sed quid Romae cum exuviis elephanti, leone, tauro?

a) Trist. L. V. cl. III. v. 17.
dy de Benefic. L. IV. c. 8.

b) ap. Photium cod. 259.

c) L. VII. c. 26.

d) περί Μηνῶν sub Ianuar.

e) Juvenal. Sat. III. 39.

f) ibid. Sat.

VII. 200.

Ad haec, ut jam in Tacito Aug. aduertimus, hac aetate inscripto ADVENTVS. AVG. non semper adventus in urbem orbis principem intelligebatur. Alio igitur consilio Vaillantius et Bandurius Maximiani Herculei in Africam trajectum notari adseruere, qua in expeditione Mauros Quinquagentianos ad obsequium revocavit. Nam certum est, typum hunc totum esse Africanum, ut patet ex numo Val. Maximiani Aug. post resumptum ab hoc imperium signato, inscriptoque: CONSERVATOR. AFRICAE. SVAE. Verum quid adventus in Africam ad Diocletianum, quin et Constantium et Galerium, qui Maximianum ad hoc bellum comitati non sunt? Respondet Bandurius, tantam fuisse Diocletianum inter et Maximianum concordiam, ut in singulis majestas omnis imperii in solidum residere videretur, et quod ab uno horum factum esset, duceretur ad laudem etiam alterius pertinere. ^{a)} Demus, mutuae benevolentiae causa communicatum fuisse honorem victoriae, cultum deorum, aliaque, quorum exempla jam etiam in M. Aurelio et L. Vero, in familia Severi, aliisque vidimus, verum qua ratione potuit dici Diocletianus venisse in Africam, qui eo pedem nunquam intulit? Paucioribus se expedit Vaillantius, promiscua, ait, esse emblemata horum imperatorum vel ob mutuam concordiam, vel quia sic monetariis videbatur. ^{b)} Non impugno hoc viri praestantis iudicium, quoniam revera communes omnibus frequenter fuere partes avervae, ut continuo videre licebit, at tum pro-

fiti etiam cogetur, hujus imperii monetam ad singulorum historiam parum aut nihil conferre, et quod sequitur, inutiles cecidisse conatus, quibus a viris eruditis de uniuscujusque votis decennialibus aliisque factis chronologiae aut historiae causa pugnatum est.

Vt lit. B.

FORTVNAE. REDVCI. CAES. NN. *Mulier stans d. gubernaculum, f. cornucopiae, pro pedibus rota, in aliis globus.* AE. II. (Mus. Caes.)

Non aliud habemus exemplum insignitius promiscuae tum inter Augustos et Caesares monetae. Enimvero ut in his numis, qui sunt ipsius Augusti, averva Caesaribus inscribitur, sic alii habentur numi Constantii et Galerii Maximiani Caesarum, in quorum averva: FORTVNAE. REDVCI. AVGG. NN., quae averva ad unos Augustos pertinet. Connectenda haec animadversio cum iis, quae modo continuo disputavi. Rotam, quae proprium fuit Nemesis signum, hic commodari Fortuna, non mirabitur, qui utramque deam unius fere fuisse naturae habitam novit. Vide, quae diximus alibi, ^{c)} et dicemus infra in numis Gal. Maximiani.

Antica variis.

GENIO. POPVLI. ROMANI. *Genius virilis nudus cum modio supra caput stans d. pateram, f. cornucopiae.* AE. II.

Nihil his numis imperante Diocletiano tritum magis. *Genium populi Romani* jam saepe in moneta, et varie pictum vidimus, ut in numis gentis Cor-

a) Pag. 57. not. 3.

b) Num. praef. T. III. p. 62.

c) Vol. II. p. 552.

DIOCLETIANVS.

9

neliae, Augusti, quos descripsi in ejus moneta ad annum V. C. 734, Galbae, Vitellii, quos vide. Genium P. R. aureum in regione VIII. memorat Victor in descriptione urbis Romae. Vide, quae huc pertinentia observabo in moneta Iuliani II. ad numum GENIO. ANTIOXENI.

*
IOVIO. DIOCLETIANO. AVG.

Protome laureata d. hastam.

HERCVLIO. MAXIMIANO. AVG. *Maximianus paludatus sedens f. globum, cui a sinistris adfidet Hercules; retro Victoria volans utrumque coronat, in imo ROM. AE. max. mod. (Muf. reg. Gall.)*

DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS. AVGG. *Vtriusque caput laureatum aduersum.*

IOVIO. ET. HERCVLIO. *Imperatores duo laureati pateram super tripodem effundunt, superne Iovis et Herculis incunulae altari impositae, in imo SMT. AV. max. mod. (Banduri.)*

Vt lit. A.

IOVI. CONSER. IOVII. CONS. *Iuppiter stans d. fulmen, f. hastam, in imo ANTS. AE. II. (Tanini.)*

Ad horum intelligentiam numorum audiatur Victor: *) *Huic (Maximiano) postea cultu numinis HERCVLEI cognomentum accessit, uti Valerio (Diocletiano) IOVIVM; unde etiam militaribus auxiliis longe in exercitum praestantibus nomen impositum. Prior orationis hujus pars ipsis his numis, altera, ut jam advertit Bandurius, confirmatur eo, quod*

pafsim in Notitia imperii occurrunt ala Iovia, legio Iovia, ala Herculia, auxilia Herculia, Herculiana, Herculensia etc. Horum adhuc meminit Claudianus imperante Honorio: b)

Herculeam suus Alcides, Ioviamque cohortem

Rex ducit superum.

Etiam narrat Sozomenus, agens de imperio Iuliani, c) Iovianos hos et Herculianos numeros in exercitu R. nobilissimos fuisse, et imperatorem praesidii causa proxime secutos. Vide de hac Iovii Diocletiani, et Herculii Maximiani infania plura apud Spanhemium, d) et Bandurium, e) et infra ad numum Constantii I. inscriptum VIRTUS. HERCVLI. CAESARIS.

Hic Diocletiani in Iovem adfectus imensum numorum agmen parturivit cum ejus dei variis nominibus et effigie, ut: IOVI. AVGG. — IOVI. CONSERVATORI. — IOVI. FVLGERATORI. *Iuppiter fulmen in Gigantem vibrans. AV. (Muf. Caef.)* IOVI. PROPVGNATORI. — IOVI. TVTATORI. — IOVI. VICTORI.

*
DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS. AVGG. *Protome utriusque imperatoris laureata cum trabea, in utriusque dextera sceptrum cum aquila.*

MONETA. IOVI. ET. HERCVLI. AVGG. *Moneta stans d. bilancem, f. cornucopiae,*

a) in Caesarib.

b) de bello Gild. v. 418.

c) L. VI. c. 6.

d) Tom. II. pag. 494.

e) Pag. 13. not. 4.

(Vol. VIII.)

B

ad ejus pedes massa metalli, cui ad dexteram adstat Iuppiter, ad sinistram Hercules. AE. max. mod. (Mus. Caes.)

Obvii utriusque imperatoris numi aenei maximae formae simpliciter inscripti: MONETA. AVGG. typo solito trium Monetarum. Praefens iustitiae ob titulos *Iovii* et *Herculii*, de quibus ad numos praecedentes actum.

Antica varia.

M. SACRA. in aliis: MONETA. S. in aliis: SACRA. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. in aliis: SACRA. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. NN. *Mulier stans d. balancem, f. cornucopiae.* AE. II.

Numi per hoc imperium frequentes. Moneta, quam privata quidem cupiditas omni aevo, at nunquam ante publica Romanorum consecravit designatis aris templisque more aliorum numinum allegoricorum, teste ipso Iuvenali: ^{a)}

etsi sumesta pecunia templo

Nondum habitas, nullas numorum cre-
ximus aras,

nunc tandem SACRA dicitur, scilicet propter ingentia emolumenta, quae in genus humanum confert, quo cavetur, ne seu adulterando, seu pondus minuendo violetur, habeaturque sacrosancta constitutis tanquam in sacrilegos poenis, ut constitutae fuere in eos, qui tribunorum pl. corpora violare ausi sunt. Vide, quae ad hoc argumentum plura commemorat Spanhemius. ^{b)} *Sacra moneta urbis* deinceps etiam frequentius

obvia, memoratur quoque in marmore Muratorii, ^{c)} in cuius fine, sed juxta veram cel. Marinii emendationem, ^{d)} legitur: CVRANTE. VAL. PELAGIO. *Viro Egregio PROCuratore Sacrae Monetae Urbis* VNA. CVM. PP. (*praepositis*) ET. OFFICINATORIBVS. Iam multo ante Antiochenfes MONetam VRBis numis suis inscribere, ut suo loco vidimus.

Vt lit. A.

PROVIDENTIA. AVG. vel AVGG. *Castra praetoria, prae quibus quatuor figurae paludatae super tripode sacrificant.* AR. Obvii.

Ad monumenta castrorum, quae in extremis imperii finibus ubique construi iussit Diocletianus, hunc typum jure refert Bandurius, quam in hoc imperatore laudem praedicat Zosimus. Quatuor figurae sacrificantes haud dubie sunt Augusti duo ac totidem Caesares. Similis typus est etiam in numis VIRTVS. MILITVM. - VICTORIA. AVGG. aliisque.

Ejusdem generis numi exstant etiam in moneta Maximiani conlegae. Horum unum omnino geminum cum capite Maximiani edidit Scipio Maffei, ^{e)} sed pro solitis inscriptionibus, quas modo commemoravi, circum castra praetoria legitur: VERONA. NPRITE. COND., quam epigraphen eruditus auctor sic explicat: VERONA. *Nova Porta RITE CONDita.* Difficile est praebere adfensum, praecipue cum auctoritatem, qua conditam a Maximiano novam portam confirmaret, non repe-

a) Sat. I. 112.

b) Tom. I. p. 29.

c) Pag. 260. 3.

d) Frat. arv. p. 470.

e) Verona ill. P. I p. 147.

rerit, satisque in praesens habeat adfirmare, non modo talem, qualem diximus, esse numi, qui nunc est in museo suo, epigraphen, sed et similem alium exstare Venetiis in museo Capello. Ad haec mirum etiam videatur, jactatam hanc Veronae portam omnino similem esse castris praetoriis, quae in obuiis Diocletiani, Maximiani, et coaevorum Caesarum numis exhibentur. Denique mirum etiam, novae portae beneficium tanti rem momenti visum, quod in publica tanti imperii moneta memoretur. Addo, non satis mihi videri probe Latine dici: *portam condere*. Nihil ausim probabile de mira hac epigraphe adfirmare.

Vt lit. B.

SALVIS. AVGG. ET. CAESS. AVCTA. KART. in aliis: FEL. KART. *Mulier flans utraque manu expansa ramum, vel fructus quosdam tenet.* AE. II. Numi obvii.

Obvia averfa in conlegarum quoque numis. Eam explicat Victor: ^{a)} *ac mirum in modum novis adhuc, cultisque moenibus Romana culmina, et ceterae urbes ornatae, maxime Carthago, Mediolanum, Nicomedia. Auctam ergo Carthaginem, nimirum superiorum beneficio Augustorum, cujus exempla aliquot dedi in moneta Severi anni V. C. 956 ad numum: INDVLGENTIA. AVGG. IN. CARTH., felicemque adeo hi praedicant numi. Sane urbis hujus excellentiam, qualis suo aevo constitit, his verbis ex-*

tollit Herodianus: ^{b)} *ἡ γὰρ πόλις ἐκείνη καὶ δυνάμει χρημάτων, καὶ πληθεὶ τῶν κατοικούντων, καὶ μεγεθεὶ μόνῃς Ῥώμῃς ἀπολείπεται, φιλονεικῶσα πρὸς τὴν ἐν Αἰγυπτῷ Ἀλεξάνδρῃ πόλιν περὶ δευτέρων. Etenim haec urbs, sive facultates spectes, sive incolarum frequentiam, sive ambitum, uni Romae cedit, quin cum ipsa etiam Aegypti Alexandria de loco secundo certat. At pluribus post annis novam doluit existere urbem rivalem Constantinopolin, quam contentionem ingeniose describit Aufonius: ^{c)}*

Constantinopoli adsurgit Carthago priori,

Non toto cessura gradu, quia tertia dicti Fastidit, non ausa locum sperare secundum,

Qui fuit ambarum. Vetus hanc opulentia praefert,

Hanc fortunā recens. Fuit haec, subit ista, novisque

Excellens meritis veterem praefringit honorem,

Et Constantino concedere cogit Elisam.

Accusat Carthago deos jam plena pudoris etc.

Quod mulier manu tenet, sitne corolla, an ramus, spicae, uva, non satis apparet, neque qua ratione typus cum inscriptione connectatur. Epigraphe averfae est quaedam adclamationis formula. Lego in marmore Donii: ^{d)} SALVO. AVG. FELIX. MATERNVS. CVM. FILIIS. Item: ^{e)} ΣΑΛΒΩ. ΚΟΜΜΟΔΩ. ΦΗΛΞ. ΦΑΤΣΤΕΙΝΑ.

^{a)} in Caesarib. ^{b)} Hist. L. VII. sub Maximino. ^{c)} ibid. Cl. II. n. 158.

^{e)} Carm. 286.

^{d)} Inscr. Cl. I.

Vt lit. A.

VICTORIAE. SARMATICAE. *Castra praetoria, prae quibus quatuor figurae paludatae super tripode sacrificant. In aliis: Porta castrorum valvis apertis.* AR. Numi obvii.

Sarmatas a Diocletiano fuisse intereptione victos narrant Eutropius, et Eumenius in Panegyrico, et *Sarmaticus Maximus* una cum Maximiano dicitur in marmore Gruteri. ^{a)} Eadem averfa frequens quoque in numis conlegae et Caesarum.

Vt lit. B.

PRIMIS. X. MVLTI. XX. *Duae Victoriae clypeum palmas adpendunt, cui inscriptum: VOT. X. FEL. AV.* (Olim musei de France Vindob.)

Vt lit. A.

VIRTVS. ILLYRICI. *Imperator eques, in imo navis cum quatuor vectoribus, et* TR. AV. (Tanini.)

Vt lit. A.

VOT. X. MVLTI. XX. *Victoria globo insists.* AE. III. (Bandur.)

Vt lit. A.

PRIMI. XX. IOVI. AVGVSTI. *Iuppiter sedens d. fulmen, f. hastam.* AV. (Banduri.)

Vt lit. A.

VOT. XX. *addito in aliis: SIC. XXX. intra laureum.* AV. AE. III. (Band. Mus. Caes.)

Vt lit. A.

VOTIS. ROMANORVM. *Duae Victoriae ex adverso stantes clypeum tenent, in quo: SIC. XX. SIC. XXX. in imo AQ.* AV. (Tanini.)

De his Votorum numis distincte agetur infra in tractatu de Votis Augustorum.

Vt lit. A.

VCVI. *inferne T.* In aliis: XCVIAQ. In aliis: XCVIIT. *intra lauream.* AR. (Mus. Caes. Band.)

Quidquid hactenus ad solvenda haec aenigmata ab eruditissimis adlatum est, male cecidit fatente etiam Bimardo. ^{b)} Vide, quae de his plura notabimus infra in tractatu de numis inf. aevi. Averfae similes sunt in moneta conlegae et Caesarum.

V. C. 1058. P. X. 305.

TR. P. XXII. COS. IX. P. M. P. P. *Fl. Constantio Caes. V., Gal. Maximiano Caes. V. cos.*

Gal. Maximiano Caesare seu hortante, seu cogente, accedente etiam causa valetudinis curarum taedio purpuram Nicomediae Kalendis Majis ponit, ut visum Tillemontio contra Petavium. ^{c)} Conlegae exemplum eodem die Val. Maximianus sequitur Mediolani. Gal. Maximianus, et Constantius Chlorus Augusti, Severus et Maximianus Caesares appellantur, ipse privatus Salonam Dalmatiae locum suum natalem petit.

Fuisse spectatum magnis virtutibus summo fastigio dignis, scientia militari, vigilantia, mente excelsa, consilio in adversis prompto, tum etiam literarum studiis, comitate, moderatione, neque diffitentur ii ipsi, quorum intererat ejus omnibus in rebus auctoritatem et nominis exificationem elevari. Quod

^{a)} Pag. 166, 7.

^{b)} ad Iobert T, II, p. 154.

^{c)} in Dioclet, nota XIX.

primum Maximianum conlegam, deinde duos Caesares sibi adscivit distributis quadrifariam imperii provinciis, varie acceptum, et abunde in jus vocatum ab iis, qui πολιτικά scripsere. Verum iusta reprehensione non caruere incredibiles sumptus in insanas substructiones facti, quibus provincias exhaust, ut praeter urbes alias Carthaginem, Nicomediam, Romam exornaret, quorum operum stupendas reliquias ostentat Roma in Thermis ab auctore Diocletianeis dictis, et Dalmatiae urbs Spalatro veteri Salonae adfita, structo illic sibi palatio, cujus magnificentiam ac immensum ambitum jam ex veteribus indicavit Constantinus Porphyrogenetus, ^{a)} et quae supersunt rudera depinxit, et praeclaro sumptuosoque volumine vulgavit Robertus Adam Anglus. ^{b)} Ejus etiam fastus intolerabilis visus, cum primus omnium post Caligulam ac Domitianum se palam Dominum dici, et adorari appellarique ut deum passus est, (verba sunt Victoris in Caesarib.) et regiae consuetudinis formam magis, quam Romanae libertatis in imperium invexit. ^{c)} Atque idem ille, qui tot annis tanta cum gravitate rexit imperium, ut non modo conlegam Augustum, sed adlectos etiam Caesares concordēs haberet, et in officio contineret, postremis tamen vitae annis Gal. Maximianum, quem ipse extulit, tyrannum passus non nisi ex hujus arbitrio imperare coactus est, sic ut hujus voluntati in persequen-

dis Christianis, ac denique abdicando imperio subscribere cogeretur, quamquam in hac hominis privati fortuna adeo sibi beatus videbatur, ut Herculio atque Galerio ad recuperandum imperium hortantibus respondere non dubitaret: utinam Salonae possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum judicaretis. Tamen Victor, qui haec memorat, ^{d)} morte voluntaria per formidinem consumptum addit, Constantini et Licinii suspiciones et minaces literas veritum. Mortuus est ex Tillemontii sententia anno post Christum 313, ^{e)} cujus res gestae et eventus hoc etiam fuere singulares, quod nullo hactenus exemplo imperium in plures est partitus, illud sponte abdicavit, et privatus in superos tamen relatus est, si fides Eutropio, etsi istud numis non confirmatur.

Vxor nominis incerti, ^{f)} ex qua nata filia *Galeria Valeria* nupta Gal. Maximiano, de qua agetur infra in ejus numis.

*Numi Diocletiani
post abdicatum imperium.*

Diocletiano et Maximiano etsi posita purpura servatum tamen *Augustorum* nomen, sed *Seniorum* titulo adjecto non marmora modo testantur, sed et numi obvii, quos posito imperio fuisse signatos ipsae avervae affatim docent. Ecce:

a) de administr. imp. ad Romanum fil. b) Ruins of the palace of Diocletian at Spalatro.
c) Eutrop., d) in Epitome. e) Nota XX. in Dioclet. f) Tillemont in Dioclet. p. 5--

- A. D. N. DIOCLETIANO. BEATISS. *vel* BEATISSIMO. *vel* BAEATISSIMO. (*sic*) *vel* FELICISSIMO. SEN. AVG. *Protome laureata d. volumen.*
In aliis : *d. ramum lauri, f. volumen.*
- B. D. N. DIOCLETIANO. P. F. S. AVG. *Similis protome.*
- C. D. N. DIOCLETIANO. AETER. AVG. *Caput laureatum.* (Band.)
- D. DIOCLETIANO SEN. AVG. *Caput radiatum.* (Band.)
- E. D. N. DIOCLETIANO. B. S. AVG. *Protome laureata d. lauri ramum, f. duo folia.* (Olim in mus. Neumann.)

Advertendum in his inscriptionibus ad titulum *Dominus Noster*, quem nunc primum numi praeferunt, etsi *Deum et Dominum* conjunctis titulis jam viderimus Aurelianum et Carum. Si Norisum audimus, Diocletianus in numis primus omnium passim *Domini* titulum usurpavit, cujus exemplum successores imitati sunt, additque mox, usurpari eum a Diocletiano coepisse post annum Christi 287 debellatis undique hostibus. *) Perperam. Nam etsi, ut supra ex Victore docuimus, appellari se dominum ac deum voluit, tamen titulus *Domini Nostri*, quamdiu imperium tenuit, ejus monetam non invaluit, sed insertus primum est a successoribus Augustis in eos numos, quos reverentiae causa senioribus Augustis cudi fecere. Et abstinerunt invidiosa hac appellatione ipsi etiam, qui proxime succedere, Gal. Maximianus, et Constantius Chlorus, sed his decedentibus continuo invaluit, ut dicetur. *Beatissimi*, et *Felicissimi* nomina in his numis obvia sunt, et jam his ipsis vocabulis usum video Eumenium oratorem, cum sit de Diocletiano nunc privato loquitur: b) *FELIX BEATVS. QVE vere, quem vestra tantorum princi-*

pum colunt obsequia PRIVATVM. In unico tantum *Aeternus* dicitur, quamquam postremum illud ei, cum rerum adhuc potiretur, datum est, ut testantur aliquot marmora Gruteriana. Notandum etiam, numos omnes utrique Augusto privato dedicatos in dandi casu efferri. In numo E literas B. S. legendas *Beatissimo Seniori*, ex praecedentibus patet.

Vt lit. A.

PROVIDENTIA. DEORVM. QVIES. AVG. *vel* AVGG. *Duae mulieres stantes, quarum dexterior dexteram attollit, altera d. ramum, f. hastam.* AE. m. m. AE. II. (Band.)

Vt lit. E.

PROVID. DEORVM. QVIES. AVGG. *Idem typus, in area A, in imo SM. SD. AR. III.* (Olim musei Neumann.)

Numi similis rationis in utroque Augusto sunt obvii. Typus ipse *Providentiae*, et *Quietis* imagines praebet.

Vt lit. B.

QVIES. AVGVSTORVM. *vel* AYGG. *Mulier stans d. ramum, f. hastam.* AE. II. (Mus. Caes.)

Habes in hoc numo praecedentium

a) Dissert. in num. Diocl. p. 4.

b) Paneg. Constantin. c. 15.

argumentum divisum. Etiam auctor incertus panegyrici Maximiano et Constantino dicti hanc utriusque abdicationem *Quietem* appellat. ^{a)}

Vt lit. A.

VOTA. PVBLICA. *Navis, in qua Serapis sedens d. gubernaculum tractat, s. velum tenet, ante ipsum Victoria stat utraque manu alterum velum tenens.* AE. m. m. In alio: *Navis cum duobus velis Iside stante ad gubernaculum et altera figura prorae velum contrahente.* AE. (Band.)

Deinceps in numis sic inscriptis varia numinum, praecipue Aegyptiorum, simulacra comparere incipiunt, quibus facta *vota publica* pro principum incolunitate. Quae Aegyptia sunt, in his

numis plerumque navigiis feruntur ex superstitione ejus gentis, de qua plura testimonia collegit Buonarrotus. ^{b)}

Numi hujus classis cum aliis averse perrari, neque hi memorabiles.

Numi Alexandrini.

Perfrequentes sunt hujus generis numi cum capite Diocletiani, sed et hoc imperante expirant, et cum his numi imperatorii commatis peregrini plene desinunt. Ejus annos in numis his legimus a L. A. usque L. IC. Reliqua huc pertinentia vide Vol. IV. in ipsis Alexandrinis.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	vix R.
Aenei max. moduli	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei I. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Alexandrini	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

M. AVR. VALERIVS MAXIMIANVS.

Parentibus modicis natus apud Sirmium Pannoniae armorum commendatione viam sibi ad illustrissimos quosque honores aperuit, qua una opinione factum, ut cum Diocletianus ad ferenda imperii onera adiutorem circumspiceret, eum sibi, etsi inculto asperoque esset ingenio, conlegam designaret.

V. C. 1038. P. X. 285.

CAESAR.

Maximianum non statim Augustum,

a) Cap. XI.

b) Observ. illor. p. 424.

fed Caesarem principio fuisse, diserte adferunt Eutropius et Orosius. Vide ad hoc argumentum plura apud Pagium, ^{a)} et Tillemontium, ^{b)} cujus causa proferendus hoc loco numus sequens:

VAL. MAXIMIANVS. NOB.

CAES. *Caput laureatum.*

MONETA. AVGG. *Tres monetae stantes.* AE. max. mod. (Band.)

Si numus hic hujus est Maximiani, Eutropii et Orosii sententiam insigniter confirmat. Eum Bandurius ex museo Magni ducis recitat. At vero turbat non parum, quod inter numos max. mod. Musei Florentini non memoratur, deinde quod forte est Galerii Maximiani, qui et *Caesar* fuit, et *Valerii* etiam uomen habuit.

V. C. 1039. P. X. 286.

AVGVSTVS. TR. P. COS. DES. P. M. P. P.

Kalendis April. Nicomediae a Diocletiano Augustus et *Herculius* dicitur. (Tillemont.) Reliqua vide in Diocletiano.

MAXIMIANVS. * AVGVSTVS.

Caput laureatum.

P. M. TR. P. P. P. *Imperator paludatus stans d. et f. signum militare, tribus aliis retro defixis.* AV. (Mus. Caes.)

V. C. 1040. P. X. 287.

TR. P. II. COS. P. M. P. P.

Vide annales in Diocletiano.

IMPP. DIOCLETIANO. ET. MAXIMIANO. AVGG.

IMPP. DIOCLETIANO. III. ET. MAXIMIANO. CCSS. Aureum hunc numum max. mod. vide uberius descriptum in Diocletiano.

IMP. MAXIMIANVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

CONSVL. AVGG. NN. *Imperator togatus stans d. globum, f. parazonium, in area Z, infra SM. SD. AV. (Mus. Caes.)*

V. C. 1041. P. X. 288.

TR. P. III. COS. II. P. M. P. P.

Vide annales ibidem.

MAXIMIANVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

COS. II. *Imperator eques pacificatoris habitu.* AV. (Mus. Caes.)

V. C. 1043. P. X. 290.

TR. P. V. COS. III. P. M. P. P.

Vide annales ibidem.

MAXIMIANVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

COS. III. *vel:* COS. III. P. P. PRO-COS. *Imperator eques pacificatoris habitu.* AV. (Khell. Subplem. ad Vaill. Tadini.)

V. C. 1046. P. X. 293.

TR. P. VIII. COS. IV. P. M. P. P.

Vide annales ibidem.

MAXIMIANVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

d) Dissert. hypat. cap. VII. § 7.

b) Nota V. in Dioclet.

CONSVL. IIII. P. P. PROCOS. *Imperator togatus et laureatus stans d. orbem Rom. gerit, f. togam colligit, et volumen tenet.* AV. (Bandur.)

IMP. MAXIMIANVS. AVG. *Caput radiatum.*

P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. *Leo radiatus gradiens fulmen ore gerit.* AE. III. (Band.)

Bandurius, qui antea in hoc numo legerat COS. III. a) serius deceptum se professus est, legendumque COS. IIII. b) Exstat namus Diocletiani simillimus cum eadem omnino averfa, seu inscriptionem, seu typum spectes; quem descripsimus ad annum V. C. 1044. Vtriusque indiforeta, ac perfecta similitudo persuasit primum Harduino, deinde Bandurio, numum utrumque non modo in una eademque officina, sed eodem etiam anno fuisse signatum non obstante diversa trib. potestatis ratione, quae inter utrumque imperantem interessit. c) Ejus conjecturae princeps causa fuit, quod haec averfa propter additum P. M. minus convenire Maximiano videretur, ne eodem tempore duo pontifices maximi statuatur. At enim licebit viro erudito esse securo, quoniam et Balbinum et Pupienum, tum non multo post utrumque Philippum, postea alios eodem tempore pontifices max. vidimus, ut in singulis observavimus. Quid quod idem Maximianus in numo aureo, quem supra ad annum V. C. 1039. proposui, sed qui ignotus fuit Bandurio, P. M. dicitur. Ceterum si revera utri-

que communes averfae fuere, quam parum utriusque numi chronologiae et singulorum historiae serviant, nemo non videt, ut jam supra ad Diocletiani numum FELIX. ADVENT. observavi.

Ad explicandum averfae typum recole, quae ad similem Caracallae numum anni V. C. 967 indicavi.

V. C. 1047. P. X. 294.

TR. P. IX. COS. IV. P. M. P. P.

IMP. MAXIMIANVS. AVG. COS. IIII. *Caput Maximiani Herc. leonis pelle amictum.*

MAXIMIANVS. NOB. CAES. ET. CONSVL. *Caput laureatum Gal. Maximiani.* AB. max. mod. (Band.)

Nonnisi hoc anno Gal. Maximianus processit consul primum. Quare numus hic ad annum praecedentem referri non potest.

V. C. 1052. P. X. 299

TR. P. XIV. COS. VII. P. M. P. P.

MAXIMIANVS. AVGVSTVS. *Caput laureatum.*

CONSVL. VI. P. P. PROCOS. *Imperator togatus stans d. globum, f. parazonium, infra SMAT.* AV. (Mus. olim de France.)

V. C. 1056. P. X. 303.

TR. P. XVIII. COS. VII. P. M. P. P.

MAXIMIANVS. AVG. *Caput laureatum.*

a) Pag. 75.

b) in praef. ad Tom. II.

c) Band. in praefat.

(Vol. VIII.)

CONSVL. VII. P. P. PROCOS. *Imperator togatus stans d. globum, f. parazonium, in imo SIS. vel SMAT. vel aliter.* (Mus. Caes.)

V. C. 1057. P. X. 304.

TR. P. XIX. COS. VIII. P. M. P. P.

MAXIMIANVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

CONSVL. VIII. P. P. PROCOS. *Idem typus.* AV. (Bandur.)

NVMI VAGI

ab anno V. C. 1039. P. X. 286. usque

V. C. 1057. P. X. 304.

- A. MAXIMIANVS. AVG. *vel* AVGVSTVS; *addito etiam* P. F.
- B. IMP. MAXIMIANVS. AVG. *addito etiam* P. F. *vel* P. solo.
- C. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS. AVG.
- D. IMP. C. M. A. V. MAXIMIANVS. P. F. AVG.
- E. IMP. C. M. A. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG.
- F. IMP. C. M. AVR. *vel* AVREL. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG.
- G. VIRTVS. MAXIMIANI. AVG. (Band.)
- H. HERCVLIO. MAXIMIANO. AVG. (Vide infra in IOVIO.)
- I. MAXIMIANVS. P. F. AVG.

Capitis cultus fere idem, qui in Diocletiano. Nonnunquam leonis exuviis tegitur, ut dicetur.

Praemonendum ad numos Herculi,

communes fere utrique imperatori fuisse partes averfas, quas cum in Diocletiano jam recitaverimus, hic revocare supervacaneum. In hoc igitur quaerendi numi:

AVSPIC. FEL. — FATIS. VICTRICIBVS. — FEL. ADVENT. AVGG. NN. — GENIO. POPVLI. ROMANE. — MONETA. S. etc. — PROVIDENTIA. AVGG. — SALVIS ... AVCTA *vel* FEL. KART. — VICTORIAE. SARMATICAE. — VTLITAS. PYBLICA.

Vt lit. I.

CONCORDIA. AVGG. ET. CAESS. NNNN. *Mulier sedens d. patram, f. duplex cornucopiae.* AV. (Mus. Caes.)

Bandurio numus hic ex solo Ocone cognitus fuit. Singulare est N quater positum, nimirum pro numero principum utriusque fastigii tum imperantium, cujus exemplum aliud in Diocletiani et Maximiani moneta vix reperias, cum in horum numis aliis legas tantum NN. *vel* NOSTR.

Vt lit. I.

FELIX. CARTHAGO. *Mulier adversa stans brachiis expansis quosdam fructus tenet.* AV. (Tamini.)

Eadem averfa est etiam in numo Maxentii filii.

Vt lit. A. Caput laureatum.

GAUDETE. ROMANI. *Duas Victorias tenentes sabulum, cui inscriptum:* SIC. XX. SIC. XXX. *in imo* A. Q. Quid. AV. (Mus. Caes.)

Insignem hunc numulum aureum, ac petelegantem jam vulgavit Morellius ex gaza Caesarea, sed Oenipontana, in

qua tum fuit, ante annos aliquot Vin-
dobonam translatus. *) Epigraphæ aver-
sæ faustam adclamationem continet,
nimirum, *gauderent Romani* ob soluta vo-
ta XXI. et suscepta XXX.

Vt lit. A. Caput laureatum.
GAVDIVM. ROMANORVM. *Captivus*
trophæo adfiscens puerulo mammæ præbet.
AV. (Bandur.)

Aversa in sequentium imperatorum
numis obvia, quæ indicatur *gaudium*
Romanorum, non modo quod victi essent
barbari, et ab imperii finibus repressi,
sed etiam cum uxoribus servire coacti.

HERCVLIO. MAXIMIANO.
AVG. *Maximianus pateratus* p-
dens etc.

IOVIO. DIOCLETIANO. AVG. etc. AE.
max. mod.

Numum hæc plenius descriptum vi-
de in Diocletiano, quo loco et de *Her-*
culi titulo, quem Maximianus sibi sum-
pserat, nonnihil præceperam, de quo,
ut et de *Iovii* nomine, quod sibi adro-
gavit collega, multa exstant testimonia
in panegyricis ejus ævi, in quibus
Diocletianus Iovi rectori coeli, Maxi-
mianus Herculi pacatori terrarum acqui-
parantur. *Hic est*, ait de Maximiano
auctor incertus panegyrici ad Maxim.
et Constant. cap. VIII., *qui nomen, quod*
accepit a deo principe generis sui, dedit
vobis, qui se progeniem esse Herculis non
adulationibus fabulosis, sed æquatis virtu-
tibus comprobavit. Ergo ut Diocletianus
in numis suis perpetuo Iovis sui cultum

crepat, ita et Maximianus Herculis sui,
ut: HERCVLI. CONSERVAT. — DE-
BELLATORI. — INVICTO. AVGG. —
PACIFERO. — VICTORI, illatis va-
riis typis, quos exantlati copiosi ejus
labores facile suppeditant, quorum eti-
am varii alii occurrunt in numis inscrip-
tis VIRTVS. AVGG. Quæ causa fu-
it, cur nonnunquam ejus etiam dei cul-
tu in numis compareat, tecto nimirum
leonis exuviis capite, cujus et heredem
fecit filium Maxentium. Et vero si de-
bellatos ab eo quaquaversum barbaros,
velut monstra imperio exitiosa reputa-
mus, poterat, si non Hercules, certe sé-
dulus ejus imitator haberi. Bellicas
hæc ejus laudes exornat, ac fortasse
plus justo, marmor insigné Gruteri, b)
sed correctum a Marinio: c)

MAGNO ET INVICTO. AC
SVPER OMNES RETRO
PRINCIPES FORTISSIMO
IMP. CAES. M. AVR. VALERIO
MAXIMIANO PIO FEL
INVICTO AVG. COS. III
P P PROCOS

Vt lit. B. Caput laureatum.
IOVIS. CONSERVATOR. *Iuppiter stans*
d. fulmen, f. hastam, pro pedibus aquila.
AV. (Musi. Cæf.)
IOVIS in casto recto vetus in numis
quoque modus, et necdum obsoletus.
Sic IOVIS. CVSTOS in moneta Vespasi-
ani. d)

Vt lit. A.

a) Specim. p. 79.

b) Pag. 281. 4.

c) Frat. arv. p. 546.

d) Vol. VI. p. 327.

IOVI. CONSERVATORI. N. K. L. Y. K. C. *Iuppiter flans amictus pallio d. fulmen, f. hastam, in imo* SMN. AV. (Mus. olim de France.)

Numus propter additas literas solitarias commemorandus, dignas sane Oedipo, aut huic suppare Harduino.

Vt lit. F. Caput leonis excuissit tectum.

IOVI. CONSERVATORI. AVG. *Templum sex columnarum, in cuius peristylis* IOVIVS. AVG. *In aditu Iuppiter flans cultu solito.* AE. max. mod. (Mus. Albani.)

Numum hunc explicat alter mox laudatus cum epigraphe: IOVIO. DIOCLETIANO AVG.

Vt lit. B. Caput radiatum.

PAX. AVGGG. *Mulier flans d. Victorio-lam, f. hastam.* AE. III. (Bandur.)

Ex mente Bandurii numus hic ad id aetatis pertinet, quando inito cum Carausio Britanniae tyranna foedere, et permisso huic Augusti titulo tres eodem tempore Augusti fuere. Quod confirmatur eo, quod in Carausii quoque numis, neque in alterius cuiuspiam imperatoris, haec epigraphe PAX. AVGGG. reperitur, quin et ipsa trium horum imperantium capita. Eodem modo explicandus numus Maximiani alter item AE. III., et inscriptus VIRTVS. AVGGG. apud Bandurium.

Vt lit. I. Caput radiatum.

SAEVLARES. AVGG. *Cippus, in imo*

IAXX. AE. III. (Mus. Caes.)

Operae omnino pretium videtur, quae olim, cum memorabile hoc cimelium vulgarem, *) laxius disputavi, propter argumenti dignitatem hoc loco restituere.

Dum singularem, et nemini antehac conspectum numum promulgo, jure dubitem, sitne inde eruditus lector plus voluptatis, an fastidii capturus. Vt gratus esse possit propter novitatem, sic displicebit sane, quod incertas ludorum saecularium leges magis adhuc involvit, ac perturbat. Non attinet in hac operis brevitate horum originem et causas ludorum commemorare, quas videre potes in operibus Val. Maximi, b) Cenforini, c) Zosimi, d) et qui in hos commentati sunt, recentiorum. At meas esse partes puto, in examen vocare, utrum Maximiani imperium inciderit in tempus celebrandis saecularibus ex veteri instituto idoneum. Ex certis scriptorum veterum, et numorum testimoniis duplex video his ludis tempus a Romanis praefinitum, unum, quod annis CX. constabat, quos legitimos fuisse fines teste Cenforino creditum XVviris et Augusto, tum ex horum praescripto Horatio, cui tempus illud dicitur: *Certus undenos decies per annos orbis*, e) et Zosimo, cui ex carmine Sibyllino dicitur *εἰσὼν ἑκατὸν δέκα κυκλὸς*, *annorum centum et decem circulus*. Hos secutus terminos Augustus ludos saeculares celebravit anno V. C. 737, quod definite docent Cenforinus, Dio, et numi. Augusti rationem secuturum se professus

a) Sylloge I. p. 107.
e) Carm. saec.

b) L. II. c. 4.

c) de die nat. c. 17.

d) L. II. sub init.

quidem est Domitianus, ut testatur Suetonius, ^{a)} tamen, nescio cur, hos ludos celebravit V. C. 841. Magis religiose Augusto adhaesit Severus, cum is teste Censorino, Zosimo et numis ludos hos celebravit V. C. 957, nempe post bis elapsos annos CX. Secundum hanc legem iterari eos oportuit, ut diserte tradit Zosimus, post consulatum III. Constantini M. et Licinii, qui fuit annus V. C. 1066, nimirum ter elapsis annis CX., sed neglecto hoc tempore, atque iratis propterea diis rem Romanam ad eam infelicitatem prolapsam idem pueriliter conqueritur.

At sunt auctores graves, qui elapsis centum tantum annis agendos saeculares docuere, nimirum quod tot annos saeculum civile complectitur. Magnos ejus doctrinae vades citat Censorinus, Valerium Antiatem, Varronem, Livium. His adde Claudianum, ^{b)} et D. Augustinum, ^{c)} quorum testimonia brevitate causa praeterco. Et video tam auctoritate scriptorum, quam numorum, hanc quoque legem in agendis saecularibus secutos imperatores, sed sic, ut eos annis urbis conditae saecularibus adcommoarent. Sic Claudium egisse saeculares anno V. C. 800, certum est testimonio Taciti, et Censorini. De Antonino Pio refert Aurelius Victor, annum urbis nongentesimum magnifice ab eo fuisse celebratum, atque haud dubie ludis saecularibus, etsi hanc vocem omittat historicus, sed idem quoque eam in proximis Philipporum omittit, quos certo constat fuisse saeculares. Ludos anno V. C. 1001 imperantibus

Philippis actos, fuisse saeculares, certum est cum ex eorum numis obviis, in quibus legitur: SAECVLARES. AVGG., tum ex testimonio Calsiodorii et Hieronymi referentium, ludos theatrales tum in Campo Martio fuisse celebratos tribus diebus ac noctibus populo pervigilante, quo docemur, acta tum ea esse, quae ludis saecularibus agenda praescribit Zosimus. Atqui anno quoque urbis conditae saeculari sacros fuisse ludos debitos, ex ejusdem Victoris verbis colligas, Romanorum impietati graviter irascentis, quod annum V. C. 1100 nullis solennibus frequentassent.

Haec uberius explicanda fuere, ut Maximiani saecularibus, quos numus hic eloquitur, ex alterutra lege idoneum reperiamus tempus. At enim omnis calculus, quem tentaveram, incassum cecidit. Adhibe edictum Augusti centum et decem annorum intervallo munus saeculare circumscribentis. Secundum hanc Augusti legem postremi ante Maximianum saeculares fuere illi, quos egit Severus anno V. C. 957. Adde annos 110, eris in anno V. C. 1067, cui teste ipso Zosimo proximi a Severo saeculares debebantur. At Maximianus jam anno V. C. 1058 imperium posuit, subinde V. C. 1063 a Constantino M. ad mortem adactus. Latius fallit lex altera, quae ludos saeculares anno V. C. saeculari adfigit. Hujus generis postremi fuere, quos celebravit Philippus V. C. 1001. Verum Maximianus ad imperium evectus V. C. 1039, caesus V. C. 1063 annum V. C. saecularem non attingit. Accedit, Maximiani sae-

a) in Domit. c. 4.

b) de consulatu VI. Honorii.

c) de Civ. Dei L. III. c. 18.

cularibus obſtare diſertam orationem Zoſimi, qui, cum tempus ipſum adſignat, quo poſt Diocletiani et Maximiani imperium celebrandi fuere, hoc ipſo palam docet, eos intra horum imperium actos non fuiſſe, et ſi acti fuiſſent, an iſtud fugiſſet hominem horum ludodorum ſuperſtitioni tam pertinaciter addictum? Tamen numus hic ſingularis, a quo omnis longiſſime abeſt fraudis ſuſpicio, actos fuiſſe hos ludos aperte teſtatur, quos fuiſſe ſaeculares non epigraphe modo, ſed et typus cippi, qui idem et in Philipporum numis ludorum ſaecularium ſymbolum eſt, plane perſuadent.

At enim non ſolus hic eſt numus, qui actos alieno tempore ſaeculares, et ſilentibus iterum hiſtoricis teſtatur. Habet muſeum Caefareum binos argenteos Gallieni numos, in quorum uno SAECVLARES. AVG. legitur, in altero barbare SAECVLARHS. AVG., utrobique eſt typus cervi ſtantis, et in imo palmae ramus. Refert Bandurius, cui uterque hic numus cognitus fuit, viſum nonnullis, temere Gallieni numo applicatam averſam, quae ad Philippos pertineret. Verum qui iſtud credere, non expenderunt, in Philipporum numis conſtanter ſcribi SAECVLARES. AVGG., geminato ſcilicet G, et in horum ima parte pro palmae ramo ſemper comparere notam aliquam arithmeticae, neque in horum aliquo reperitum hactenus barbarum SAECVLARHS. Atqui ſi voles utrumque canonem, quem ſupra expoſui, Gallieni temporibus ad-

commoꊁare, utrinque, ceu in Maximiano, adhaerebis.

Iam vero, ut ex utriusque imperantis numis palam ſit, ab utroque munus ſaeculare fuiſſe editum, ſic quam uterque in temporum ratione ſecutus ſit legem, tam parum poteſt adfirmari, quam eſt pronom credere, unam utrique libidinem ac ſuperſtitionem legis inſtar fuiſſe. Sane et una libido impulit Neronem, ut, quod refert Suetonius, a) cum in Graeciam trajiceret, certamina deinceps obiret omnia, et quae diverſiſſimorum temporum fuere, cogi in unum annum juberet. Forte conjector nequaquam vanus videbor, ſi ſuſpicer, placuiſſe ambobus Auguſtis, quorum cognitus erat in veterem ſuperſtitionem furor; contrahere longi ſaeculi tempora, ejusque elapſo dimidio ſacros hos ludos iterare. Iſtud ſi dabimus, facile quadrabunt tempora. Egit Severus poſtremos ſaeculares canonis Auguſtei V. C. 957. Adde ejus dimidium annos 55, habebis annum V. C. 1012, quo Gallienus numeravit trib. poteſtatem VII. Neque deſunt argumenta, quae opinionem hanc reddant veriſimilem. Conſtat, ſub eadem haec tempora captum a Perſis patrem Valerianum, cujus forte imperio graviſſimi caſus cauſa ad placandam deorum iram arreſſi ſunt a Gallieno ludi extraordinarii. Idem calculus Maximiani quoque ſaecularibus favet. Anno V. C. 1001 peracti ſunt a Philippis ſaeculares canonis Claudiani. Adde hujus dimidium annos 50, ſumma dabit annum V. C.

a) in Neron. c. 23.

1051, quo Maximianus egit trib. potestatem XIII. Iterandi hos ludos causa princeps fuerit adstrictus tum imperii status grassantibus morbis bellisque cum internis, tum externis, quibus averruncandis reperti ludi saeculares. teste Val. Maximo, Zosimo, et Horatio in Carmine saeculari. Satis constat, Gallieni imperium malorum omnium quadam eluvie fuisse concussum; *pax igitur deum*, ait Trebellius, *quaesita inspectis Sibyllae libris, factumque Iovi Salutari, ut praeceptum fuerat, sacrificium.* Similis causa Maximianum pertinacis in deos suos adfectus compertum impulerit, ut elapsum medium saeculum tempus idoneum videretur horum solennia ludorum iterandi.

Vt lit. G.

SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. ORBIS. TERR. *Moneta fians cultu solito, cui a dexteris adstat figura militaris d. Victoriolam, s. hastam cum clypeo, a sinistris mulier d. spicas, s. papaver tenens.* AE. max. mod. (Mus. Albani.)

Vt lit. A. Caput laureatum.

VIRTVS. ILLYRICI. *Imperator equo citato vectus hastam tenet, infra navis cum remigantibus armatis.* AV. (Bandur.)

Arduus hujus averfae explicatus ipsi Bandurio visus. Forte intelligitur virtus militis Illyriciani sub suis auspiciis militantis, dum ipse bellum maritimum adversus Carausum urgeret. Eadem averfa est etiam in aureis Diocletiani,^{a)} et Constantii.

Vt lit. D. Caput laureatum.

VIRTVTI. HERCVLIS. *Hercules Farnesius, infra S. C.* AV. (Mus. Caes.)

Antica varia.

VOTIS. X. — VOT. X. M. XX. — VOT. XX. AVGG. *vel* AVGG. NN. — XX. MAXIMIANI. AVG. — VOTIS. XXX. *scripta haec fere semper intra coronam.* AE. III. rarius AV. (Band. Mus. Caes.)

Vt lit. A. Caput laureatum.

XCVI. *vel* XCVIT. *vel* XCVIIT. *intra lauream.* AR. (Band. Mus. Caes.)

Similia aenigmata jam in Diocletiano obtulimus.

V. C. 1058. P. X. 305.

TR. P. XX. COS. VII. P. M. P. P.

Purpuram sponte ponit Mediolani, et in Lucaniam secedit. Vide dicta in Diocletiano.

Numi Maximiani post abdicatum imperium.

- A. D. N. MAXIMIANO. P. S. AVG. *vel*: P. F. S. AVG.
- B. D. N. MAXIMIANO. BAEATISS. *in* AE. III. (Mus. Caes.)
- C. D. N. MAXIMIANO. BAEATISS. *vel* BAEATISSIMO. *vel*: BEATISSIMO. *vel*: FELICISSIMO. SEN. AVG.

In omnibus his est caput laureatum, vel protome laureata d. volumen. Sunt fere omnes AE. II., paucissimi alterius metalli vel formae. Quae ad additos

^{a)} Catal. d'Ennery.

titulos attinent, praecepta jam sunt in Diocletiano.

Vt lit. A.

GENIO. POP. ROM. *vel* POPVLI. ROMANI. *Genius nudus stans ante aram ignitam d. pateram, f. cornucopiae, AE. II.*

Vt lit. A.

HERCVLI. CONSERVATORI. *Hercules stans d. clavam, f. arcum cum exuviis leonis, in imo PLN. AR. max. mod. (Bandur.)*

Numus cum a metallo, tum volumine conspicuus. Ceterum numus huic plane geminus, sed AE. II. exstat in museo Caesareo.

Vt lit. B.

PROVIDENTIA. DEORVM. *Mulier stans d. ramum, f. hastam, ex adverso mulier nullo attributa. AE. III. (Mus. Caes.)*

Antica varia.

PROVIDENTIA. DEORVM. QVIES. AVGG. *Typus similis. AE. II.*

MAXIMIANVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

QVIES. AVG. *Mulier stans d. spicas, f. hastam. AE. II. (Band.)*

Numus hic plane singularis; nam si percussus est, quo tempore Maximianus privatus vixit, cur ab aliorum more abluditepigraphae anticae? cur in averfa scribitur AVG. pro solito in his numis AVGG? At etiam post resumptum imperium fuisse signatum verisimile non est; nam tum, cum totam Italiam seditionibus miscuit, vocabulum QVIES habuisset rationem dicterii. Ceterum non lubet esse ingeniosum in explicando numo, cujus a communi lege distensus casui, aut monetarii ignoran-

tiae, ut verisimile est, debetur.

Vt lit. C.

VOTA. PVBLICA. *Navis, in qua Serapis ad gubernaculum sedet, Iside velum tenente. AE. II. (Band.)*

Confer numum non multum ab similem Diocletiani, et quae ad eum observavi.

V. C. 1059. P. X. 306.

Fl. Constantio Aug. VI., Gal. Maximiano Aug. VI. cos.

Maximianus, qui testibus veteribus nonnisi invitatus imperii insignia posuit, facile persuaderi se a Maxentio filio, qui imperatorem se per vim dixit; passus est, ut relicta Lucaniae solitudine in urbem rediret. Eo redux hoc, ut Tillemontio visum, anno a Maxentio imperator iterum adclamatur, anno sequente Severum Aug. Ravennae obfessum ac dedititium morte adficit, profectus subinde in Gallias Constantinum Caesarem data in matrimonium filia Fausta, et collato Augusti titulo sibi devincit. Romam reversus proprio filio Maxentio insidias comparat, quae cum fallerent, urbe excedere coactus ad Gal. Maximianum contendit hunc quoque dolo circumventurus. Qua spe delusus, omniumque jam odiis petitus arrepta fuga ad Constantinum generum posita iterum purpura, ut tanto certius incautum opprimeret, in Gallias proficiscitur, mox converso Arelatum itinere repositos ibi Constantini thesauros occupat, sequi tertio a corruptis pecunia militibus Augustum proclamari jubet. Re intellecta prope cum lecto

exercitu adcurrit Constantinus, clausum-que Mafsiliae et ad deditionem coactum imperii insignibus spoliis vitae tamen usu permisso. Facta haec iudice Tillemontio usque ad annum V. C. 1061. Verum cum biennio post novas Constantino insidias moliretur, his per Faustam in maritum magis, quam patrem piam detectis genus mortis eligere iussus laqueo sibi fauces elisit V. C. 1063 P. X. 310.

Hunc vitae exitum sortitus est vir Eutropio teste propalam ferus et incivili ingenii, quique asperitatem suam etiam vultus horrore significavit. Magnus omnium confelsione, cum dimicandum in acie et bello aperto fuerat, qua in laude ipso Diocletiano superior est habitus. At compertus est animi pusilli, deinde etiam abjecti, seu cum abjiceret imperium, quod retinere ardentissime cupiverat, seu cum resumptis privatae vitae taedio imperii habentis dolos virtuti substituit, innocuos illis, quibus parati fuere, sibi ad extremum fatales.

Vxor *Eutropia*, de qua, natisque ex ea liberis agetur infra.

*Numi Maximiani
post resumptum imperium.*

Restitutus imperio monetarios etiam honores sibi iterum vindicavit. Numos, qui ad hoc tempus pertinent, non paucos facile dignoscas. Certissimi hujus intervalli sunt ii, qui, retento *Senioris* nomine, vocabulis *Domini Nostri*, et dedicandi formula in dandi casu abstant, qui modus in moneta utriusque
(Vol. VIII.)

Augusti privati reverentiae causa hactenus valuit. Alios aliae peristases in hanc classem cogunt, ut continuo patebit.

A. MAXIMIANVS. SEN. P. F. AVG.
Caput laureatum.

CONCORD. MILIT. FELIC. ROMANOR. *Concordia velata flans dexteram Herculi porrigit, s. hastam tenet.* AV. (Band.)

B. IMP. MAXIMIANVS. SEN. AVG.
Caput laureatum.

CONSERVATOR. AFRICAE. SVAE. *Mulier flans capite elephantis exuviiis tecto, pro pedibus leo et taurus procumbentes.* AE. II. (Mus. Caes.)

Similem fere typum videre est in numis cum Diocletiani, tum Maximiani FELIX. ADVENT. AVGG. NN. Hic Quinquagentianos in Africa vixit, ut diximus in annalibus Diocletiani ad annum V. C. 1050, unde Africae et Carthagini in eum adfectus, quem nunc conservandi causa imperii, quod invaserat, renovare nititur. Eadem averfa habetur etiam in Maxentio, ubi vide, quae observabimus, et Constantino.

V. l. B.

CONSERVATORES. KART. SVAE. *Templum sex columnarum, in qua mulier flans utraque manu expansa ramum.* AE. II. (Mus. Caes.)

Applica dicta ad numum praecedentem. Eadem averfa frequens quoque est in moneta Maxentii filii, et Constantini.

D

C. IMP. C. MAXIMIANVS. P. F. D. MAXENTIVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

CONSERV. *vel* CONSERVATORES. VRB. SVAE. *templum sex columnarum, in quo Roma galeata sedens d. globum, f. hastam.* AE. II.

Facile expediemus, cur numum hunc in praesentem classem recipiamus, et si Senioris elogium absit. Non semper istud in his numis fuisse adhibitum, sequens nrmus invicte docebit, qui certe huc pertinet. Esse vero hujus loci, probatur eo, quod numi sic inscripti habeantur tantum cum capite Maximiani nostri, Maxentii, et Constantini, qui fuere Augusti synchroni, nullus cum capite Diocletiani. Et mirum sane foret, cum obvii sint in Maximiano, si in collegio Diocletiani signati essent, nullum existare cum hujus capite, quando constat, fere communes utrique fuisse averseas. Quos similes Bandurius cum aliorum imperatorum capitibus contulit, quoniam ex uno Mediobarbo capti sunt, negligendos puto. Nimirum Romam cruentis Maxentii et Severi factionibus atrociter vexatam redux ex Lucania et recepta purpura recreavit Maximianus, et, ut ajunt numi, *conservavit*, quod praestitum urbi beneficium oratoris more plurimum extollit auctor incertus panegyrici Maximiano et Constantino dicati capite X. et XI., in cuius honoris communionem admissi fuere etiam Maxentius, et Constantinus tum in speciem concordēs, ut docent numi.

FELIX. INGRESSVS. SEN. AVG. *Roma galeata clypeo insidens f. hastam, d. clypeum, cui inscriptum: VOT. XXX. infra PR. EST AV. (Mus. Caes.)*

Numum hunc museis aliis ignotum merito summis encomiis adfcit Khellius. *) Comprobat enim, Maximianum sumpta iterum purpura ingressum Romam. Minus vero aequē, ut videtur, idem vir eruditus ex inscriptis VOT. XXX. colligit, definiri his annum V. C. 1059, quo, neque antea, incipere poterant vota tricennalia. Maximianus antequam abdicaret, annum imperii XX. jam attigit comprehenso simul tempore illo, quo Caesar tantum fuit; nam diserte auctor laudatus panegyrici eum praesentem sic adloquitur: b) *te rursus vicesimo anno imperatorem, octavo consulem etc.* et infra: c) *et te illis vigiliis, illisque curis, quas viginti annis expertus fueras, reddidisti.* At constat ex tot aliis numis, ineunte anno X. jam fuisse concepta vota XX., et ineunte XX. concepta vota XXX. Ergo cum Maximiani vota XXX. jam iniverint, antequam imperium posuisset, nequaquam inde erui potest annus, quo purpuram repetiit.

Vt lit. A.

VIRTVS. MILITVM. *Castra praetoria.* AR. (Mus. Caes.)

Divus Maximianus.

A Maxentio filio fuisse superum chore

a) Subplem. ad Vaill. p. 230.

b) Cap. VIII.

c) Cap. XI.

inlatum, numi ipsi satis docent.

DIVO. MAXIMIANO. OPTIMO. *vel* SEN. FORTISSIMO. *vel* SEN. FORT. IMP. *vel* SEN. P. OPTIMO, *aut similiter*.

In aliis:

IMP. MAXENTIVS. DIVO. MAXIMIANO. IMP. *vel* PATRI.

Caput in his constanter velatum.

AETERNA. MEMORIA. *Templum rotundum, supra quod aquila.* AE. II. (Mus. Caes.)

MEMORIAE. AETERNAE. *Aquila stans.* In aliis: *Leo gradiens, supra quem in nonnullis clava.* AE. IV. (Mus. Caes.)

Prior typus est ex solitis consecrationis numis; alter propius ad Maximianum, nempe *Herculum*, pertinet; qua-

re et in numis Constantii Chlorig consecrati, qui et ipse Herculus fuerat, adhibitus est, non, ut censet Bandurius, *) quia olim leo fortium virorum tumultis insculpi consuevit.

REQVIES. OPTIMOR. MERIT. *vel* OPTIMORVM. *vel* OPTIME. MERITO. *Imperator sedens d. extenta, f. sceptrum.* AE. IV. (Mus. Caes. Band.)

Numi Alexandrini.

Hujus classis numos existere a L. A. usque ad L. IA. saltem, a dignis fide praekonibus fuisse promulgatos, dixi in numis Diocletiani. De annorum inscriptorum calculo abunde egimus Vol. IV. in numerum hujus generis serie.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei I. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Alexandrini	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

EVTROPIA.

Natione Syra. Habuit ex priore matrimonio *Fl. Maximianam Theodoram*, quam vitricus Maximianus Constantio Chlorig Caesari denupsit. Ex Maximiano Herculo, in cujus illa manus al-

teris nuptiis pervenit, edidit *Maxentium Aug.*, et *Faustam* Constantini M. futuram conjugem, de quibus infra. Haec ex uno Victore sunt cognita. ^{b)}

a) Pag. 106.

b) in Epitome. c. 56.

Numus: GAL. VAL. EVTROPIA. AVG., quem ex uno Goltzio haulere Mediobarbus, et Bandurius, ne memorandus quidem, Verum existit serius F. Iosephus Maria Vidua Atestinus, qui Eutropiae numum sequentem prisca aevi amatoribus obtulit: ^{a)}

GAL. VAL. EVTROPIA. *Ejus caput.*

SALVS. REIPVBLICAE. *Mulier flans, in imo ANTE.*

Si majore circumspectione usus esset vir eruditus, deprehendisset facile, numum hunc suum esse Flacillae, quae fuit uxor Theodosii M., eamque corrupta per solitas artes capitis inscriptione evasisse Eutropiam. Sane numus simillimus Flacillae, addito etiam in segmento inferiore ANTE est in museo Caesareo. Hactenus ergo hujus Eutropiae verum numisma non novimus.

ACHILLEVS.

De hoc Aegypti tyranno, ejusque vulgatis numis vide, quae diximus in se-

rie numerorum Alexandrinorum Volumine IV. pag. 96.

FL. VAL. CONSTANTIVS. I. vulgo CHLORVS.

Natus patre Eutropio magni in Dardania nominis, sed multo illustrior matre Claudia, per quam, quod Crispum patrem habuit Claudii Gothici fratrem, hujus Augusti nepos fuit. Quod etsi ejus aetatis omnes fere scriptores adferant, dubitari tamen forte possit, an non verius adulatio hanc cognationem peregerit. Nam si haec adeo certa velimus putare, qua ratione Eumenius in panegyrico, quem Constantino dixit, dum ejus a Claudio originem persequitur, addere potuisset: *quod plerique fortasse adhuc nesciunt, sed qui te amant, plurimum sciunt?* ^{b)} Quidquid erit, seu verum, seu adfectum, istud fortunae decus cum ille virtutibus veris, ac cum primis laude bellica et fortibus factis

cumicaret, a duobus Augustis, quibus propter negotiorum molem adjutoribus opus fuit, Caesar una cum Gal. Maximiano renunciatur ea ratione, ut, quemadmodum hic Diocletiani, ita Constantius Herculi filius adoptivus haberetur, a quo et *Herculi* nomen abstulisse testatur Eumenius, ^{c)} quod confirmant numi etiam, et verissimiliter *Valerii* quoque. Factum istud in Diocletiani annalibus diximus V. C. 1045. P. X. 292. Diem Kalendas Martias statuit Eumenius. ^{d)}

Chlori cognomen, quo is vulgo ab aliis ejusdem nominis distingui solet, ei tribuunt Zonaras, Cedrenus, Nicephorus Callistus.

^{a)} Raccolta di Calogerà T. V. p. 535.
^{d)} in Paneg. Constantii cap. III.

^{b)} Cap. 2.

^{c)} pro restaur. schol. cap. VIII.

Ab anno V. C. 1045. P. X. 292. ad

V. C. 1057 P. X. 304.

CAESAR. PRINC. IVVENT.

Facta imperii administrandi divisione cuncta, quae trans Alpes Galliae sunt, Constantio committuntur. (Victor in Caesarib. c. 36.) Exinde tuendis provinciis suis intentus Francos in Batavis vincit, fugato caesoque Allecto, qui post Carausii necem Britanniam Augusti nomine rexit, eam insulam imperio iterum adjicit. Alamannos memorabili apud Lingonas praelio fundit.

- A. CONSTANTIVS. CAES. *vel* NOB. CAES. *vel similiter.*
- B. FL. VAL. CONSTANTIVS. NOB. CAES.
- C. VIRTVS. CONSTANTI. NOB. C.

Bandurius aureum et argenteum protulit inscriptum D. N. CONSTANTIO. NOB. C. Cum neque Diocletianus et Maximianus, etsi Augusti, ante abdicatum imperium, neque collega Gal. Maximianus, neque ipse hic Constantius, cum Augustus esset, titulo *Domini Nostri* in numis usi essent, plus quam verisimile est, hos numos male esse descriptos, aut esse alterius Constantii. Aiebam, in numis; nam aliter se habet in marmoribus, quin et Eumenius dixit de nostro hoc Constantio: *) *Domini nostri Constantii vere principis juventutis.*

Caput est laureatum in AV. AR. AE. II. radiatum in AE. III.

Praetereo aversas, quae Constantio

cum Diocletiano et Maximiano communes fuere, quarum explicationem ex illorum moneta pete.

Vt lit. A.

COMITATVS. AVGG. *Duo imperatores in equis sedentes dexteris elatis, f. sceptrum.* AV. (Band.)

Numus rarissimus, tamen similis aversa exstat etiam in numo Diocletiani, quem vide.

Vt lit. A.

CONSVL. CAES. *Caesar paludatus stans d. globum, f. parazonium.* AV. (Mus. olim de France Vindob.)

Nisi omissus est consulatus numerus, erit numus anni V. C. 1047, quo processit consul collega Gal. Maximiano.

Antica varia.

HERCVLI. CONSERVATORI. — HERCVLI. CONS. CAES. — HERCVLI VICTORI. *etc. variis et jam notis Herculis typis.*

Frequentior in Constantii numis est Herculis mentio, cujus cultum a patre adoptante habuit hereditarium. Reliqua huc pertinentia vide paullo infra ad numum VIRTVS. HERCVLI etc.

Vt lit. B.

PRAESIDIA. REIPUBLIC. *Duo milites hastati stantes junctis dexteris Victoriolam sustinent, inter utrumque barbarus flexo genu.* AE. III. (Mus. Caes.)

Haec aversae epigraphe hactenus ignota. Ea suapte satis indicat, in mi-

a) Orat. pro restaur. schol. c. VI.

litum virtute praesidia reipublicae esse reposita.

Vt lit. B. Caput radiatum.

PRINCIPI. IVVENTVT. *Caesar paludatus stans d. hastam, f. globum.* AE. III. (Mus. Caes.)

Principem juventutis Caesarem nostrum etiam appellat Eumenius loco, quem indicavi supra agens de inscriptionibus capitis Constantii nostri.

Vt lit. B. Caput laureatum.

VICTORIA. BEATISSIMORVM. CAESS. *Victoria insidens spoliis clypeo inscribit* VOT. X. AE. max. mod. (Mus. Theupoli.)

Vt lit. A.

VIRTVS. HERCVLI. CAESARIS. *Caesar eques d. hastam, f. clypeum.* AV. (Catal. d'Ennery.)

Praeclaro hoc numo confirmatur, quod principio ex Eumenio docui, Constantium ab adoptante Maximiano Herculi nomen fuisse adeptum, de quo ipso idem alio loco: ^{a)} *Credo igitur tali Caesar Herculus et avi Herculis et Herculi patris instinctu tanto studium literarum favore prosequitur.* De his Iovii et Herculi ad successores propagatis nominibus sic loquitur Lactantius: ^{b)} *Vbi sunt modo magnifica illa, et clara per gentes Ioviorum et Herculiorum cognomina, quae primum a Dioclete ac Maximiano insolenter adjuncta, ac postmodum ad successores eorum translata vixerunt? Nempe delevit ea dominus, et erasit de terra.* Sunt vero praeter Constantium nostrum alterutro hoc nomine pro vario adoptionis

nexu in numis usi Gal. Maximianus, Maximinus et Licinius.

Vt lit. A. Caput laureatum

VIRTVS. ILLVRICI. *Navis praetoria imperatore supra equite et hastam emittente.* AV. (Band.)

Vide supra numum similem Maximiani Herculi.

Vt lit. A. Caput radiatum.

VNDIQVE. VICTORES. *Imperator paludatus stans d. globum cum Victoriola, f. hastam.* AE. III. (Band.)

Similem epigraphen in Numeriani quoque numis vidimus.

Antica varia. Caput radiatum.

VOT. V. — X. — XX. *intra lauream.* AR. (Mus. Caes. Banduri.)

Antica varia. Caput laureatum.

XCVI. — XC. AQ. — XCVIT. — VCVC. *intra lauream.* AR. (Mus. Caes. Banduri.)

Vide numos similes in Diocletiano et Maximiano.

V. C. 1038. P. X. 305.

CONSTANTIVS AVGVSTVS.

Adhuc Caesar consul V. annum aperit collega Gal. Maximiano Caesare V. cos. Kalendis Majis Maximianus Herculus Mediolani simul imperium abdicat, simul Constantium Augustum appellat.

CONSTANTIVS. AVGVSTVS.

Caput laureatum.

^{a)} Orat. pro restaur. schol. c. VIII.

^{b)} de Mort. perfec. cap. ult.

CONSVL. V. P. P. PROCOS. *Imperator togatus flans d. globum, f. parazonium, in imo SMAE.* AV. (Mus. Com. de Vitzai.)

Cum simili averfae epigraphe et typo jam vidimus numos aureos Diocletiani et Maximiani.

V. C. 1059 P. X. 306.

Consul VI. procedit conlega iterum Gal. Maximiano Aug. VI. cos. Eboraci ex morbo obit die XXV. Iulii. (Tillemont.)

Princeps erat gravitate, moderatione, liberalitate, iustitiae laude insignis, tum et in bonas artes, et qui eas professi sunt, beneficus. At praecipuum ejus ornamentum animus a cupiditate alienus, qui egere ipse, quam premere populos tributis etiam ferendis malebat. Nil adeo mirum, fuisse eum religioni Christianae, ex cujus praeceptis haec derivatur humanitas et sapientia.

Vxor prima *Helena*, de qua agetur infra. Ex ea natus Constantinus M.

Vxor II. *Flavia Maximiana Theodora* Maximiani Herculi privigna, de qua susceptisque ex ea liberis infra in ejus numis.

- A. IMP. CONSTANTIVS. AVG. vel P. F. AVG. etiam sine IMP.
- B. IMP. C. FL. VAL. CONSTANTIVS. P. F. AVG.
- C. CONSTANTIVS. AVG.

Caput laureatum in AV. et AE. II. radiatum in AE. III.

Vt lit. A.

CONSVL. AVGG. NN. *Imperator pal-*

atus flans d. globum, f. parazonium. AV. (Mus. olim de France.)

Numus hic, quia consulatus numerus non additur, annum etiam praecedentem patitur.

Vt lit. A.

VICT. CONSTANT. AVG. *Victoria gradiens, pro cujus pedibus duo captivi.* AV. (Band.)

Notant historici, bellum a Constantio postremo hoc ejus anno cum Pictis et Caledoniis in Britannia gestum, in quo parta haec numi praesentis victoria.

Vt lit. C.

X. CONSTANTII. AVG. SMN. *intra lauream, intra cujus folia superne leguntur colligatae literae NK.* AV. (Mus. Com. de Vitzai, et alter similis olim in museo Abb. Neumann.)

Averfae epigraphen sic lege: *Decennalia Constantii Aug.* Non miremur, modo in moneta Constantii *Augusti* memorari vota decennalia, quando in ejus adhuc *Caesaris* numis jam legimus vicennalia. Haec enim non fuere vota Constantii, sed Diocletiani, de qua votorum numis inscriptorum ratione alibi copiosius agetur. Singulares sunt in hoc numo literae NK loco plane alieno positae. Verisimile est, iis indicari vocabulum ΝΙΚΗ, *Victoria*, cujus ipsa effigies in aliis votorum numis saepe exhibetur.

Numi reliqui obvios hujus aevi typos offerunt.

Divus Constantius.

Quam cara posteris tanti viri fuerit

memoria., docent ejus consecrati numi copiosi, iique varii argumenti. Praeter Constantinum, quem probabile est suae non defuisse pietati, Maxentium quoque id genus numos feriundos curasse, ex numis quoque tenemus. Continuo post mortem fuisse eum ab exercitu consecratum, tradidit Eumenius rhetor. ^{a)} Inter deos relatum narrat quoque Eusebius, ^{b)} et divus etiam dicitur in Kalendario Dionysii Philocali, et in indice natalium Caesarum, fixo ejus natali ad prid. Kal. April. ^{c)}

- A. DIVO. * CONSTANTIO. AVG.
Caput laureatum, vel velatum in AE. max. mod. et II.
- B. DIVO. CONSTANTIO. PIO.
Caput velatum laureatum in AE. II.
- C. DIVO. CONSTANTIO. PIO. PRINC. vel PRINCIP. vel PRINCIP. *Caput velatum laureatum in AE. III. IV.*
- D. IMP. MAXENTIVS. DIVO. CONSTANTIO. ADFINI. vel COGN. *Caput velatum in AE. H.*
- E. DIVVS. CONSTANTIVS. *Caput nudum in AV. (Pellerin Mel. I. p. 168.)*

Vt lit. D.

AETERNA. MEMORIA. *Templum rotundum, superne aquila. AE. II. (Mus. Caesf.)*

Supra vidimus numos cum simili averfa a Maxentio dedicatos Maximiano patri; en alios ab eodem dedicatos

Constantio, quem jam *Adfinem*, jam *Cognatum* vocat, quod is Theodoram sororem, et si patre ac matre non suis progenitam, uxorem habuit.

Vt lit. A. vel B.

CONSECRATIO. *Aquila vel sola, vel insists arae. AE. II.*

Vt lit. E.

CONSECRATIO. *Rogus, supra quem imper. in quadrigis, infra PTR. AV. (Pellerin Mel. I. p. 168. Liebe Goth. num.)*

Numus hic singularis eo, quod veterem consecrationis ritum resuscitat.

Vt lit. C.

MEMORIAE. AETERNAE. *Leo gradicens, in arca RS. AE. IV. (Mus. Caesf.)*

Vide dicta in Maximiano ad similem consecrationis numum.

Vt lit. A.

MEMORIA. DIVI. CONSTANTII. *Templum rotundum, superne aquila. AE. max. mod. (Mus. Caesf.)*

Reliqui: MEMORIA. FELIX. — REQUIES. OPTIMORVM. MERITO. RVM. typis pbiis; vel jam ex moneta divi Maximiani cognitis.

Numi Alexandrini.

Sunt rarissimi. Soli anni Γ. Δ certae fidei sunt cogniti. De his egi in Alexandrinis Diocletiani Vol. IV.

a) Panegy. Constant. c. VIII.

b) H. E. L. VIII, c. 13.

c) Marini Fratr. arv. p. 387.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei I. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Alexandrini	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.

HELENA

Constantii Chlorig uxor I.

Fl. Iulia Helena, ut eam appellat marmor Gruteri, ^{a)} a nonnullis ejus aevi scriptoribus non modo vili genere orta; sed neque legitima fuisse Constantii uxor perhibetur, a qua tamen eam contumelia praeter alios Trifstanus, Tillemontius, et Valesius ^{b)} iustis argumentis vindicant. Evectus ad Caesaris dignitatem maritus V. C. 1045 P. X. 292 laetitiae primum, mox grande doloris ac patientiae argumentum uxori fuit, dum is eam Diocletiani et Maximiani Augg. jussu repudiare cogeretur, ut locum faceret Theodora Maximiani Herculi privignae. Subinde a filio Constantino rerum potito summis honoribus adfecta, Augustae etiam titulo ornata ^{c)}

senio tandem confecta obiit secundum Tillemontium V. C. 1081 P. X. 328. De ejus virtutibus, adfectu in religionem Christianam, peregrinatione Hierosolymitana multa scripsere Eusebius in vita Constantini M., Nicephorus, Sozomenus, Theodoretus, Suidas, Cedrenus, aliique.

Liberi: Horum unus *Constantinus*, subinde Augustus cognitus.

Numi:

Qui numi verisimiliter huic Helenae sint tribuendi, (nam difficile est in Helenarum moneta, et lubricum discrimen) inquiremus in Helena Fl. Iuliani.

FL. MAXIMIANA THEODORA.

Constantii Chlorig uxor II.

Ei mater Galeria Valeria Eutropia nomine, quae hoc defuncto nupsit Maximiano Herculi, ejusque domui pri-

^{a)} Pag. 284. 1.
ville Sicula p. 602.
(Vol. VIII.)

^{b)} B. L. T. II. p. 557.

^{c)} Vide Gruterum, Muratorium, item D'or-

vignam Theodoram intulit, quam Maximianus hic V. C. 1045. P. X. 292 Constantio Chloro creato ab se Caesari priore uxore Helena repudiari iussa collocavit, ut novo hoc vinculo eum sibi magis obstringeret. Reliqua ejus feminae fortuna ignotatur. Ex ea nati Constantio filii tres, filiae totidem.

Filii: Horum nomina ab aliis produntur *Dalmatius*, *Constantius*, *Hanniballianus*, ab aliis: *Constantinus*, *Hanniballianus*, *Constantius*, quam litem, cum ex numis decidi nequeat, historicis relinquo, de qua vide Tillemontium. ^{a)} Patris testamento fuisse ab imperio exclusos, refert Libanius solo Constantino imperatore designato. ^{b)} Quare neque Caesares fuere unquam, etsi haec dignitas nonnullis horum liberis obtigit.

Filiae: I. *Fl. Constantia* ^{c)} nupta Licinio Augusto. II. *Anastasia*. III. *Eu-*

tropia mater Nepotiani Aug., de quibus vide plura apud Du Cange in familiis Byzant., et Valesium. ^{d)}

Numi:

FL. MAX. THEODORAE. AVG.

Hujus caput.

PIETAS. ROMANA. *Mulier stans infantem unum, rarius duos in sinu gestat.* AR. AE. III.

Existimat Bandurius, indicari hoc typo pietatem Theodoraе in liberos e Constantio susceptos. Forte certius ex vetere usu, quem in numis saepius observavimus, notatur pietas Augustae in puellas alimentares. Alii Theodoraе numi nondum observati. Secundum conjecturam, quam in Helena Iuliani proponam, poterit verisimile videri, numos hos ea defuncta fuisse signatos.

PRETIUM.

Argenti puri, quales citat Beauvais	-	-	-	-	RRRR.
Aenei III. formae	-	-	-	-	C.
Alterius metalli aut formae non exstant.					

GAL. VAL. MAXIMIANVS.

Natus prope Sardicam Daciae novae genere pastoricio, ac pastorem ipse puer cum ageret, ab re dictus *Armentarius*, ^{e)} sed quo nomine abstinent monumenta publica. V. C. 1045 P. X. 292 cum Diocletianus ad sustinendam irru-

entium barbarorum molem adjutores Caesares circumspiceret, ipse propter perspectam rei militaris scientiam ab illo adoptatur, et Caesar adclamatur collato suo *Iovii* nomine. (Vide infra in numis.) Sed chronologi alii hanc Con-

^{a)} Nota II. in Constantin. ^{b)} Orat. III. T. II. p. 548. ^{c)} Victor in Epit.

^{d)} Muratori Inscr. p. 260. 5.

^{e)} B. L.

stantii et Galerii adoptionem in annum praecedentem retrahunt. Vide Mazzolenum. *) Qua veri specie Eusebius binis disertis locis ^{b)} dicere potuerit, Galerium hunc inter quatuor hos principes quarto fuisse loco, prioremque habitum Constantium, non satis intelligo. Cui non videatur dignitate praestitisse Galerius, quem adoptavit princeps Augustorum Diocletianus, de se dixit *Iovium*, sibi adscivit generum, et secum in Oriente constanter habuit, cum tamen Constantius similia sua decora nonnisi ab altero Augusto Herculio traxerit? Potior ergo visus Eusebio Constantius per causam religionis, quia hic Christianis adversatus non est, at Galerius inimicus illi palam fuit. Ad haec plus dignitatis accessit Constantino M., quem is laudibus in coelum extulit, si is ab illustriore Caesare natus ferebatur.

Ab anno V. C. 1045 P. X. 292 ad V. C. 1057 P. X. 304.

CAESAR. PRINC. IVVENT.

Secundum propositam imperii divisionem Galerius Thracia et Illyricum committitur. V. C. 1050 Diocletiano iubente adversus Narseum Persarum regem profectus magna ab hoc clade vincitur. Conceptum ex sinistro eventu dolorem auxit Diocletianus, cum ad se reducem graviter primum objurgatum, deinde Caesarea purpura indutum mille passus curram suum pedibus sequi iussit. Quod ille dedecus non ferens collecto novo exercitu Narseum iterum aggressus acer-

rimo praelio fudit captis regis concubinis, liberis, ac thesauris, partaque post nobilissima pace. Ea victoria ut imperii fines, ita et victoris nativam ferociam auxit sinistro imperii fato, ut mox patebit.

- A. MAXIMIANVS. CAES. *vel* CAESAR. *vel* N. C. *vel* NOB. C. *vel* NOB. CAESAR. *vel* *similiter*.
 B. GAL. MAXIMIANVS. CAES.
 C. G. *vel* GAL. VAL. MAXIMIANVS. CAES. *vel* N. C. *vel* NOB. CAES. *vel* *similiter*.

Caput laureatum in AV. AE. max. mod. et II. formae, radiatum in AE. III.

Vt lit. A.

CONSVL. CAES. *Imperator paludatus stans d. globum, f. parazonium.* AV. (Mus. olim de France.)

Numus est anni V. C. 1047 P. X. 294, quo collega Constantio Caesare processit consul.

MAXIMIANVS. NOB. CAES. ET. CONSVL. *Caput laureatum.* IMP. MAXIMIANVS. AVG. COS. IIII. *Caput Maximiani Herculi leonis spoliis tectum.* AE. max. mod. (Banduri in numis Maximiani Herc.)

Hic numus est ejusdem anni V. C. 1047, at Hercules jam anno praecedente processit consul IV.

Vt lit. A.

PRIMO. AVSP. *Hercules infans duos serpentes elidit.* AE. IV. (Mus. Caes.)

a) de trib. pot. p. 200.

b) H. E. L. VIII. c. 5. et in vita Const. c. 18.

Praeclarum hunc numulum jam olim vulgavi. *) Explendae epigraphēs, quae est in averfa, duplex occurrebat modus, aut: PRIMO. AVSPice, ut in numis Sept. Severi legimus: DIS. AVSPICIBVS., aut PRIMO. AVSPicio, qui posterior praeplacet; nam habemus in ipsius hujus aevi numis, Diocletiani scilicet et Maximiani Herc., scriptum AVSPIC. FEL., quod sane explendum AVSPicio FELice. Pars igitur averfa felicis omninis modum habet ab Herculis exordiis captum, cujus in ipsis incunabulis virtute elisi serpentes primum fuere auspiciū ac praeludium illustrium deinceps ejus factorum, ad cujus mores Maximianus Caesarea dignitate recens ornatus vitam suam conformare instituit.

* * *

Antica varia.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Caesar paludatus stans d. hastam, s. globum, in AV. vel: d. signum militare, s. hastam, in AE. III. (Mus. Caes.)*

Vt lit. A.

VIRTVS. IOVI. CAESARIS. *Caesar lento equo vectus d. hastam. AV. (Pellerin Mel. I. p. 168.)*

Vt Constantius Caesar a patre adoptante Maximiano nomen Herculi, ita Galerius a patre adoptante Diocletiano abstulit nomen Iovii eximie istud numo praesente comprobante. Vide, quae de hereditario hoc nomine diximus in moneta Constantii.

* * *

Antica varia.

VOTIS. X. — X. M. XX. — VOT.

XX. *intra coronam. AE. III.*

Vt lit. A.

XCVI. *addito in nonnullis AQ. intra coronam. AR. (Mus. Caes. Banduri.)*

Averfa numi postremi cognita ex moneta collegarum, et si incerti explicatus.

V. C. 1058. P. X. 305.

AVGVSTVS.

Kalendis Majis Diocletiano et Maximiano dimittere imperium hortatu primum, tum per minas adactis una cum Constantio Nicomediae Augustus appellatur suffectis pro se Caesaribus Severo, et Maximiano sororis filio, nulla his alia commendatione, nisi quod sibi addictos noverat. Multis intra sexennium per imperium excitationis turbis gravissimo ac turpissimo morbo correptus V. C. 1064 P. X. 311 incertum ubi, animam efflavit vir atrocitate morum, perfidia, odio in Christianos, quorum omni diritate persequendorum auctor ipse praecipuus Diocletiano fuit, ante omnes infamis.

Vxor I. *incerti nominis.* Ex hac filiam habuit incerti item nominis Maxentio subinde collocatam. Hac repudiata, ut inter III viros Augustos et Caesares conventum, successit

Vxor II. *Gal. Valeria* Diocletiani filia, de qua infra, thalamo sterili.

Numi:

A. GAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG.

B. IMP. C. GAL. VAL. MAXIMI-

*) Sylloge I. pag. 111.

ANVS. P. F. AVG. *aut similiter.*

C. IMP. MAXIMIANVS. IVN. AVG. (Band.)

D. IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS. IVN. AVG. (Band.)

Eidem et Bandurius tribuit numos non paucos inscriptos simpliciter: IMP. MAXIMIANVS. AVG., vel: IMP. C. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Quoniam plerique Maximiani Herculi numi similiter inscripti sunt, typi vero inter Augustos et Caesares hoc aevo plerumque fuere communes, unum discrimen viro erudito superesse poterat, quod a lineamenti vultus petitur, verum istud utrum collatis utriusque numis obtineri possit, multum ambigo. Enimvero quo minus numos utriusque Augusti homonymi recte hactenus distributos credam, ipsum Bandurii iudicium dubitare nos jubet. Is Galerii *Augusti* unicum aureum, argenteum nullum produxit. etsi copiosos ejus *Caesaris* in utroque metallo exhibeat. Vtrum verisimile, Augusto, qui sex ipsis annis summa, ac majore, quam conlegae, potestate imperio praefuit, tam paucos, aut etiam nullos in auro et argento dedicatos fuisse numos? Ergo ut dubium non videtur, plures ex numis iis, qui solum *Maximiani Aug.* nomen sistunt, ad Galerium pertinere, ita propter allatas causas vix existimo exstare criterium, quod utriusque numos discriminet, quanquam huic illive largiari numos Maximiani nomine insignes, etsi forte peccaveris, peccatum erit ejus generis, quo neque historia,

neque chronologia detrimentum patitur.

Maximianus hic dicitur IVNior ob eandem causam, propter quam Hercules in numis suis dictus est SENior. Eorum sententia, qui Maximiani junioris nomine non nostrum hunc, sed ejus quempiam filium indicari credidere, jam etiam Bandurio displicuit, ^{a)} et serjus etiam Bimardo. ^{b)}

Cultus capitis est ut in numis ejus Caesaris.

Vt lit. C.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Imperator paludatus stans d. vexillum tenet, f. alterum.* AE. II. (Band.)

Mirum videretur, Galerium adhuc Augustum dici principem juventutis, nisi ejus jam copiosa habuissimus exempla, quanquam istud magis mirum in Galerio, cui praesto fuere Caesares, quibus titulus hic ex vetere instituto magis fuerat proprius.

Vt lit. C.

SECVRIT. PEPRET. (*sic*) DD. NN. *Mulier dexteram capiti admovet, f. hastam tenet, et simul cippo innititur.* AE. II. (Banduri.)

Existimo, numum hunc non multo post fuisse signatum, quam Diocletianus et Maximianus imperio excessere, ad eosque solos pertinere inscriptionem averse, qua iis *securitas perpetua*, procurantibus eam novis Augustis ac Caesaribus, spondetur; nam hac aetate titulus *Domini Nostri* in moneta tantum his modo privatis impertiri solitus est,

^{a)} Tom. II, p. 135.

^{b)} ad Robert, T. II, p. 308.

sed quem paullo post cum Augusti, tum Caesares cupide arripuerunt. Vide dicta supra in Diocletiano post abdicatum imperium.

Numi reliqui: GENIO. AVGVSTI. vel EXERCITVS — vel IMPERATORIS — vel POPVLI ROMANI etc. nihil non jam dictum offerunt.

Divus Gal. Maximianus.

IMP. MAXENTIVS. DIVO. MAXIMIANO. SOCERO. *vel:* DIVO. MAXIMIANO. SOCERO. MAXENTIVS. AVG. *Caput velatum.*

AETERNAE. MEMORIAE. *Templum rotundum, cui superne imminet aquila.* AE. II. (Mus. Caes.)

Ab his numis docemur, Maxentio Galerii quampiam filiam, ex priore utique matrimonio, nuptam fuisse, cum is aperte Gal. Maximianum *socerum* in moneta publica testetur.

DIVO. MAXIMIANO. MAXIMINVS. AVG. FIL. *Caput Galearii laureatum.*

AETERNAE. MEMORIAE. GAL. MAXIMIANI. *Ara quadrata ignita cum ramo ad mediam aram utrinque appposito, cui insistit aquila coronam rostro gerens.* AE. II. (Band. Theupoli.)

Vt Diocletianus olim Gal. Maximianum, ita hic Maximinum adoptavit, atque hoc jure sese Maximinus in numo praefente profitetur Galerii filium,

qui natura ejus ex sorore nepos fuit.

DIVO. GAL. VAL. MAXIMIANO. *Caput velatum.*

FORTI. FORTVNAE. *Fortuna flans d. gubernaculum, f. cornucopiae, pro pedibus rota.* AE. II. (Mus. Caes.)

Fors idem quod *Fortuna*, cujus obvia in Latinis sunt exempla, neque inter *Fortem*, *Fortunam*, *Casum*, *Eventum* distinguit Cicero, ^{a)} ut et Apuleius: ^{b)} *Eventus autem vel Fors insunt omnibus permixta mundanis.* *Fors* *Fortuna* Romanorum dea fuit teste Varro: ^{c)} *Dies Fortis Fortunae appellatus ab Serv. Tullio rege, quod is fanum Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense.* Confer et Ovidium, ^{d)} qui praeterea *Fortis Fortunae* honores VIII. Kal. Iul. actos fuisse narrat. Serius alteram ei aedem struxere Romani in hortis, quos Iul. Caesar populo testamento legavit. Plutarchus, qui illud narrat, his eam verbis describit: ^{e)} *Τυχην, ἣν Φορτικὴν καλεσιν, ὅπερ ἐστὶν ἰσχυραν, ἀρῖστειτικὴν, ἢ ἀνδρείαν, ὡς τὸ νικητικὸν ἀπαντῶν κρατος ἔχουσαν.* FORTVNAM, quam FORTEM appellant, id est: valentem, dominantem, virilem, et tanquam vi vincendi omnia praeditam. Et jam pagina praecedente dixerat, a Romanis *Fortunam Fortitudini* (τῇ ἀνδρείᾳ) quodammodo cognominem factam, nimirum *fortuna* quasi a *fortis*. A *Fortuna* regi omnia, omniaque ei subesse, passim a veteribus creditum. Quare et *fortunam* Plautus dixit *heram*, ^{f)} et Ennius teste Cicero-

^{a)} de Divin. L. II. c. 6. VI. 773.

^{e)} de Fort. Rom. p. 319. A.

^{b)} in Hermet. Trismeg. sub fin.

^{f)} in Mercatore bis.

^{c)} de L. L.

^{d)} Fast.

ne: ^{a)} *Vosne velit, an me regnare hera.*
 Insignis ad hanc causam locus Plinii: ^{b)}
Toto mundo, et locis omnibus, omnibusque
horis, omnium vocibus Fortuna sola invo-
catur, una nominatur, una accusatur,
una agitur rea, una cogitatur, sola lau-
datur, sola arguitur, et cum conviciis co-
latur, volubilis, a plerisque vero et coeca
etiam existimata, vaga, inconstans, in-
certa, varia, indignorumque faulrix.
Huic omnia feruntur accepta, et in tota
ratione mortalium sola utramque paginam
facit. Iure adeo apud Lucianum ^{c)} Mo-
 mus conqueritur, neminem amplius diis
 sacrificare velle, cum persuasum habe-
 at, etsi infinitas illis hecatombas offer-
 ret, Fortunam tamen facturam, quae
 Fato sunt decreta. Elegans ejus poten-
 tiae imago apud Horatium ^{d)}

Te semper autem saeva Necessitas,
Clavos trabales et cuneos manu
Gestans akena, nec severus
Vncus abest, liquidumque plumbum.

Nolo adaccumulare veterum de Fortuna
 judicia, quae numero sunt infinita. Vi-
 de, quae in argumento simili observavi
 ad numum Diocletiani cum epigraphe:
 FATIS. VICTRICIBVS.

Quo sensu haec Fors Fortuna numo
 huic sit illata, minus pronum est adse-
 qui. Adstituitur in imo rota, nempe
 qua Fortuna *volubilis* indicetur, de quo
 ejus ingenio eleganter iterum Horati-
 us: ^{e)}

Fortuna saevo laeta negotio, et
Ludum insolentem ludere pertinax

Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem; si celeres quatit
Pennas, resigno quae dedit, et mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem sine dote quaero.

Cujus cum illam esse naturae novisset
 Tomyris, dixit Cyro felicitatis fiducia
 impotenti: ^{f)} ἐκεῖνο πρῶτον μαθε, ὡς κυ-
 κλος των ἀνδρωπιων ἐσι πρηγματων, περι-
 φερομενος δε ἐκ ἐξ αἰε τες αὐτης εὐτυχεειν.
Illud cumprimis noveris, quemdam esse re-
rum humanarum orbem, qui revolutus fa-
cile non finit unum eundemque semper esse
beatum. Fuit rota et Nemesis signum,
 cui certe plura cum Fortuna fuere com-
 munia. Observo adhuc, Fortem For-
 tunam a Terentio constanter adhiberi
 tum, cum res prospere cecidere, ut ad
 has voces advertit Donatus grammati-
 cus.

Cur certum putet Bandurius, hos nu-
 mos Licinii jussu fuisse vulgatos, non
 satis video.

Numi Alexandrini.

Habemus Alexandrinos Galerii, sed
 Caesaris tantum, numos a L. A. usque
 ad L. Δ. (Mus. Caes. Band.) de quorum
 calculo egi in numis Alexandrinis. ^{g)}
 Cum hoc horum numorum series exspi-
 rat, numis deinceps Latine inscriptis,
 et ad modum monetae Romanae signa-
 tis, ut ibidem animadverti.

a) de Offic. L. I. c. 12.
 c) L. III. carm. 29.

b) Hist. nat. L. II. p. 73.
 f) Herodot. L. I. c. 207.

c) Concil. deor.
 g) Vol. IV. p. 96.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Alexandrini	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

GAL. VALERIA.

Ei pater Diocletianus, mater, ut nonnullis visum, Prisca. V. C. 1045. P. X. 292, cum pater novos ab se creatos Caesares, ut in officio permanerent, etiam adfinitatis vinculo sibi vellet obstringere, filiam hanc suam Gal. Maximiano, priore repudiare iussa, uxorem dedit. Si miserum fuit feminae lectissimae, jungi cum homine impurissimo, multo adhuc miserum magis, quod mortuo marito capiti suo impendebat, fatum. Nam a Maximino, cujus oblatas nuptias spreverat, ejecta in exilium, quas passa est injurias, tanto ferebat acerbius, quod ne quidem redire ad patrem tum adhuc superstitem, qui filiam ab ingrato saepe repetierat, permissum fuit. Pertinacibus, quibus

premebatur, aerumnis finem tandem fecit Licinius, qui Thessalonicae comprehensam una cum matre securi percussit iussit, quod factum Tillemontius ad annum circiter V. C. 1068 P. X. 315 refert. Vnum miserae solatium, quod liberis caruit.

GAL. VALERIA. AVG. Caput

Augustae, raro lunae impositum.

VENERI. VICTRICI. Dea stans d. elata pomum, f. stolam attrahit. AV. AE. II. (Mus. Caes. Band.)

Cum hoc tantum typo satis jam cognito ejus occurrunt numi. Numum similem a Bandurio perperam tributum fuisse Salonino Gallieni filio, in hujus moneta dixi.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

AMANDVS.

Socio defectionis Aeliano Gallos, Bagaudas dictos, sollicitavit, uterque mox

POMPON. AELIANVS. DOM. DOMITIANVS.

4*

ab adcurrente Maximiano Herculo victus et mori coactus est V. C. 1045. ^{a)} Factum istud Theophanes in Chronographia ad annum Diocletiani XII. refert.

IMP. C. C. AMANDVS. P. F. AVG. *Caput radiatum.*

SPES. PAIVPIIL. *Pallas stans d. hastam, f. clypeum humi positum.* AE. III. (Band.)

IMP. S. AMANDVS. P. F. AVG.

Caput radiatum.

VENVS. AVG. *Dea stans.* (Pembrock Part. III. tab. 29.)

Soli sunt hi Amandi numi, spreto, quem obtrufit Goltzius.

A. POMPONIVS AELIANVS.

De hoc, ejusque numis Goltzianis vide, quae dixi Vol. VII. in Laeliano, et Q. Valente Aeliano post numos Postumorum pag. 448.

L. DOMITIVS DOMITIANVS.

Exstant numi cum Latini, tum Alexandrini Domitiani nomine inscripti:

IMP. C. L. DOMITIVS. DOMI-

TIANVS. AVG. *Caput laureatum.*

GENIO. POPVLI. ROMANI. *Genius*

stans d. pateram, f. cornucopiae, pro pedibus aquila, in imo ALE. et variae per

aream literae. AE. II. (Band. Mus. Caes.)

Horum unum Bandurius argenteum dicit,

sed videtur esse ex eorum genere,

quos Galli *billons* appellant.

DOMITIANOC. CEB. *Caput ra-*

diatum.

L. B. *Serapis gradiens d. elata, f. hastam*

transversam, pone palmas ramus. AE. III.

(Mus. Theup. Pellerin Mel. I. p. 235.)

Alius type Victoriae. (Beauvais.)

Trifstanus, qui numum priorem pri-

mus edidit, Domitianum hunc esse ipsum

conjecit, qui teste Trebellio Aurelii ty-

ranni dux Macrianum utrumque inter-

neccione vicit, ambitionis etiam immo-

dicus, qui genus sese a Domitiano et

Domitilla ducere praeferebat; praeterea

hunc diversum non esse ab eo Domitia-

no¹, quem refert Zosimus imperante Au-

reliano cum nonnullis aliis in suspicio-

nem rerum novarum venisse, sed brevi

deprehenfum poenas dedisse. Imperasse

autem in Aegypto, indicari literis ALE.

Alexandriam notantibus. ^{b)} Cum Tri-

flano video concordem etiam Mediobar-

bum, et in eadem sententia principio

fuisse quoque Bandurium.

Cl. Beauvais, et auctor musei Theu-

poli numos tam Latinos quam Graecos

Alexandrinus uni eidemque Domitiano,

cujus meminere et Trebellius et Zosi-

mus, tribuunt, sic tamen, ut ille ejus

tyrannidem usque in tempora Diocle-

^{a)} Eutropius. ^{b)} Comment. T. III. p. 217.
(Vol. VIII.)

tiani differat, quod sensisse etiam Pellerinium video, ^{a)} hic in Aureliani aetate cum Triflano promoveat.

Omnium horum judicia, nisi magnopere fallor, manifeste peccant. Certum est contra Triflanum, et sequaces, numos Latinos ad aevum Diocletiani, aut eorum, qui proxime successerunt, pertinere, primum quia tota averfa, seu inscriptionem spectes, seu typum, item fabrica, et volumen, plane ex ingenio ejus imperii sunt, quae omnia jam pridem vidit eruditus Gallandus, ^{b)} et hoc facem praeferente serius etiam Bandurius; ^{c)} deinde quia Aureliani aetate nondum Alexandriae numi Latine inscripti signati sunt, qua tamen ex urbe hos Domitiani nostri numos emerfisse inscriptam his ALE. dubitare non finit. Ex quo ipso consequitur etiam, quoniam Latini hi numi percussi fuere tempore, quo Graeci feriri Alexandriae defivere, utrosque hos numos,

tam Graecos, quam Latinos, ad unum eundemque Domitianum pertinere non posse, quae fuit, ut supra vidimus, nonnullorum opinio, et tempore praecire Graecos, sequi Latinos. Ergo etfi demus, Graecos tribui posse Domitiano victori Macrianorum, aut qui teste Zosimo sub Aureliano res novas molitus fertur, Latini certe tribuendi sunt alteri cuipiam ejusdem nominis, qui exeunte imperio Diocletiani et Maximiani, aut non multo post posita ab his purpura per bella tum civilia tyrannidem in Oriente arripuerit, quod reticere historici, sed numi fateri cogunt. Conjicit Pellerinius, posteriorem hunc Domitianum saltem in annum III. prorogasse imperium, at unde? ex scripto in horum numorum area Γ. Verum nos in solitariis his alphabeti literis monetariorum, aut officinarum notas videmus.

PRETIUM.

Latini aenei II. formae (alii vix habentur)	RR.
Alexandrini	RRRR.

CARAVSIVS.

Natus in Menapiis, populo Scaldim inter Mosamque posito, rei nauticae eximie peritus, in coercendis Francis, qui ipsum etiam mare praedando infestabant, operam aliquamdiu utilem posuit. At cum praedae desiderio non

optima rem fide agere videretur, intellecto, insidiis sese a Maximiano Herculio peti, imperium in Britannia invasit anno circiter V. C. 1040 P. X. 287, et tantum brevi copiis maritimis valuit, ut Maximianus, qui magnos in bellum

a) l. c.

b) B. L. Tom. I. hist. p. 252.

c) Tom. I. in praefat. et in Addendis.

navale apparatus fecerat, non modo de eo subigendo desperaret, sed etiam inito foedere Britanniam perduelli una cum Augusti titulo ultro permetteret. Ex quo tempore cum pacate suos reget, ab Allecto perfide interimitur V. C. 1046 P. X. 293.

Vxorem ei fuisse *Oriunam*, nonnullis nuper creditum, reperto in Anglia Carausii numo, in cuius averfa legitur: ORIVNA. AVGVSTA, et caput muliebre. At verisimilius visum erudito Beauvais, aliisque, caput averfae esse deae Fortunae, et vocabulum FORTVNA, ut scribendum fuerat, a barbaro artifice in barbarum ORIVNA fuisse corruptum. ^{a)} In lectione FORTVNA nuper acquievit etiam cl. Pinkerton. ^{b)} Mirabiles conjecturas alias de verbo ORIVNA, quas legisse repudiasse est, habes in dissertatione anonymi cujusdam, digna tamen habita, quae infereretur Tomo VII. dei *Saggi di Cortona* p. 239.

Nu mi :

Numos hujus Augusti complures jam olim vulgavit Bandurius, sed eorum numerum mire auxit Taninius collectis iis, quos post Bandurium viri eruditi luce publica donavere. Vtut tamen copiosi sunt, in nostris terris vulgo perari habentur. Haec ejus moneta multos nacta est, qui ei illustrandae operam impenderunt, quorum commentarii in numis ipsis laudabuntur. Inter hos illustrior Genebrierus, qui opus edidit

inscriptum: *Histoire de Carausius prouvée par les médailles, à Paris 1740 in 4*, sed quod videre adhuc non licuit. Post hunc ejus numerum catalogum dedit Wilhelmus Stukeley M. D. in opere: *The medallic history of M. Aurelius Valerius Carausius Emperor in Brittain. London 1757. in 4to*, sed cujus partem tantum priorem ad manus habeo. In eo pervolvendo tantum ad numos, quos recitat, animum adverti, neglectis commentariis, qui, quod a mea numos explicandi ratione plane dissident, nullum mihi usum praestitere. Quis enim in eo viro non continuo Harduinum quendam Britannicum agnoscat, qui literas in Carausii numis frequenter inferiore loco positas. v. c. RSR sic explet: *Ruptii Signator Rogatorum*, addito: *Signator est sculptor matricis. Roga est donativum honorarium*. (At. nondum tempore Carausii, sed aevo infimo et luteo, et quidem in lingua Graeca et Latina. V. Ducangii utrumque Glossarium.) *Rogator idem significat, quod erogator, etc.* ^{c)} Ex horum ergo scriptis illustriores representabo typos. Longum enim foret, atque instituto meo repugnans, etiam obvios commemorare. Nam testatur ipse Stukeleyus, se tabulis XXXI. numos Carausii omnino CCCX., eosque diversos omnes, intulisse. ^{d)} Horum averfae numerum magis sapiunt aevum imperatorum praecedentium, quam Diocletianum, et sunt etiam has inter aliquae novae. Hujus tamen meriti opus numerum ipsum non est, plerum-

^{a)} Hist. abrég. T. II. pag. 170.
^{d)} Pag. 275.

^{b)} Essay of Medals T. I. pag. 166.

^{c)} Pag. 66.

que rude et difforme, luxatisque non raro inscriptionibus.

A. IMP. CARAVSIVS. AVG. *Caput radiatum.*

ADIVTRIX. AVG. *Protome Victoriae.* AE. III. (Tanini.)

Ejus iconem vide in *Saggi di Cortona* Vol. VII. p. 239. Captus est ex museo Kennediano. Similis epigraphe est in numo Victorini, sed cum alio typo.

B. CARAVSIVS. AVG. *Protome galata radiata d. hastam, f. clypeum.*

ADVENTVS. AVG. *Imperator eques pacificatoris habitu, pro pedibus captivus.* AE. III. (Band.) In alio: ADVENTVS. AVGG. *Imperator in citato equo d. hastam vibrat.* AR. (Pembrock P. III. tab. 45.)

Signati haud dubie Carausio ex longiore quapiam expeditione in Britanniam reverso. Scriptum in numo altero AVGG. quid aliud quam Augustum cum Augusta sua nobis ignota significare possit, non video.

Antica incerta.

APOLLINI. CONS. *Pegasus.* AE. III. (Mus. d'Ennery p. 630.)

C. IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. *Caput radiatum.*

APOLLINI. CONS. AVG. *Gryphus.* AE. III. (Tanini.)

Pegasi cum Apolline nexus abunde cognitus, quin et gryphi, ut dixi ad numum Gallieni similiter inscriptum, ex quo tota haec averfa capta est.

Vt lit. C.

COMES. AVG. *Pallas stans d. oleae ramum, f. hastam.* AE. III. (Tanini.) In alio:

COMES. AVGGG. *Pallas stans d. hastam, f. clypeum, in area SP, in imo MLXXI.* AE. III. (Tanini.)

Exemplo aliorum Augustorum suum etiam numen, quod se comitari voluit, nobis manifestat. Palladem non belli modo, sed et sapientiae praesidem cum sibi comitem delegit, simul praeclaram suam indolem atque ingenium nobis manifestasse videtur.

D. IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

CONCORDIA. AVG. in alio: CONCORDIA. MILITVM. *duae dexterarum junctae, in imo: R. S. R. Est AR. (Catal. d'Ennery p. 384. Haym.)*

E. CARAVSIVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

CONSERVATORI. AVGGG. *Hercules d. clavam, f. arcum, pone pharetra, in imo ML. Est AV. (Tanini.)*

Illustrum hunc per metallum numum index Taninius ex museo Ducis Devoniae citat.

F. IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. *Caput radiatum.*

CONSTANT. AVG. *Hercules stans d. semori admota, f. hastam, in area S et C, in imo S. AE. III. (Tanini.)*

Rara in numis Constantiae inscriptio, et elegans constantiae imago Hercules.

... CARAVSIVS - - *Caput Carausii radiatum et jugatum cum altero, ut videtur, muliebri.*

DIANA. *Dea sedens d. . . f. cornucopiae.* AE. (Mus. Pembrock P. III. tab. 29.)

Vt lit. A.

DIANAE. CONS. *Cervus, in imo* XX. AE. III. (Saggi di Cort. I. c.)

Dianam conservatricem in numis suis professus est etiam Gallienus, typo item cervi. In laudata supra dissertatione anonymi Angli de numo Oriunae exhibetur numus, in cujus antica proponuntur duo capita jugata, virile radiatum Carausii, quod pone est, muliebre. Offert haec effigies, ut videtur, arcum ex humero promicantem; sin istud, non dubitem esse Dianam conspirantibus etiam numis modo propositis, qui honoratam impensius a Carausio hanc deam confitentur, quamque adeo eodem modo sibi in moneta conjunxerit, ut Postumus Herculem, Probus Solem.

Vt lit. D.

EXPECTATE. VENI. *Duae figurae stantes, quarum altera muliebris f. tenet signum militare, et dexteram offert militi hastato adstanti, in imo* RSR. Est AR. (Haym.) AE. III. (d' Ennery) In simili alio musei Bodleyani cl. Wile legit VENIES. pag. 46.

Nova plane epigraphe, et hujus tantum Augusti. Eodem modo apud Maronem ^{a)} Aeneas adloquitur Hectorem: *quibus Hector ab oris expectate venis?* Figuram muliebrem esse genium Britanniae, verisimile existimo, qui Carausium ad se, et capeßendum imperium invitare videtur.

G. IMP.C. CARAVSIVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

FELICITAS. *Quatuor puelli quatuor anni tempora significantes.* AR. (Pembrock P. III. tab. 45.)

Notus est hic typus cum *Felicitate* conjunctus, et confirmatur eo, quod supra monui, Carausium elegantiores nonnullos praecedentium Augustorum typos revocasse. In numo alio item argenteo FELICITAS. AVG. jungitur cum typo triremis, (Tanini) hoc quoque moris veteris.

Vt lit. F. Caput laureatum.

FIDEM. MILITVM. NN. *Aequitas stans.* AR. (Mem. Trevoux in Nov. 1701. p. 246. Tanini, Catal. d'Ennery.)

Vt lit. F.

GERMANICVS. MAXV. *Tropaeum inter duos captivos humi sedentes.* AE. II. III. (Tanini.)

Tota haec averfa reperitur etiam in numis Gallieni et Postumi, unde epigraphes hujus explicationem pete.

Vt lit. F.

INVICTVS. AV. *Sol gradiens d. elata, f. globum.* AE. III. (Saggi di Cort. I. c.)

In eodem opere, et alibi exstant numi non pauci, qui Solis cultum praedicant, ut: ORIENS. AVG. typo simili, vel PACATOR. ORBIS. *Protome radiata Solis*, quae nomina ac typi frequenter reperiuntur in moneta Aureliani, Probi, atque eorum, quibus turbatus Oriens multa dedit negotia. Verum ad Carausium, qui ultimum Occidentem rexit, Orientis res non pertinere, ex

a) Aes. II. 232.

quo iterum intelligas, ab ejus monetariis nuperos typos fuisse restitutos.

IOVI. CONSERVATORI. — STATO-
RI typis solitis. (Tanini.)

Vt lit. G.

IOVI. ET. HERCVLI. CONS. AVGG.
Typus non additur. AR. III. (Stukeley
p. 272.)

Iovium Diocletianum, et Herculeum
Maximianum conlegas suos praesidibus
eorum diis Iovi et Herculi hoc numo
commendat Carausius.

Vt lit. E.

IOX. *Carausius palmdatus eques d. hastam,*
f. elata. AE. III. (Stukeley p. 91 et
97. Numi icon exstat pag. 51.)

Auctor numum hunc esse integerri-
mum testatur. Epigraphen explicat: IO
Decies, eamque ad acclamationes pu-
blicas refert. Vocabulum IO continere
formulam acclamationis, non dubitave-
ro, tamen malim, litera X indicari vo-
ta decennialia. Quisque pro se aenigma
explicet.

Antica incerta.

LEG. II. PART. VII. P. *Centaurus d.*
clavam, f. coronom. AE. (Stukeley p.
235. 259.)

Typus similis in numo Gallieni.

Vt lit. F.

LEG. III. FL. *Leo gradiens rictu fulmen*
bringit. AR. (Haym.)

Habet haec legio leonem quoque,
sed sine fulmine, in numo Gallieni.

Vt lit. F.

LEG. VII. CL. *Taurus gradiens.* AE.
III. (Tanini.)

Idem hujus legionis typus est etiam
in numis Gallieni.

Antica incerta.

LEG. VIII. - - IN. *Aries flans, in imo*
ML. AE. III. (Haym. Tanini.)

Non conspirat typus cum numo Gal-
lieni, in quo haec legio habet taurum.

Vt lit. F.

LEG. VIII. GE. *Taurus.* AE. III. (Ta-
nini.)

In numis Gallieni alii sunt hujus le-
gionis typi.

Antica incerta.

LEG. XX. V. V. *Aper.* AE. III. (Stu-
keley p. 197.)

Praeclare conspirat aversa cum la-
mina aenea, quam exhibet Buonarro-
tius, ^{a)} in qua fingitur vexillum, infra
quod legitur: LEG. XX. V. V., id est:
Valeria Victrix, (ut in numo Victorini:
VAL. VICTRIX.) et juxta aper currens.

Antica incerta.

LEG. XXX. VLPIA. *Neptunus d. delphi-*
num, f. tridentem. AE. III. (Stukeley p.
101. et 267.)

Eundem typum habet haec legio in
numis Gallieni.

Vt lit. A.

MARS. VLTOR. *Mars gradiens d. hastam,*
f. clypeum. In alio: MARTI. PACIFE-
RO cum solito typo. AE. III. (Tanini.)

Vt lit. F. Caput laureatum.

ORIVNA. AVG. *Pratome laureata fini-*
strorsum d. elata flagrum tenet, in corona
laurea. AR.

His verbis numum hunc, qui est in

a) Osserv. istor. tab. 38.

museo regis Galliarum, describit Tani-
nius, utrum etiam ad veritatem, dubi-
to; nam non satis respondet ejus imago
aeri incisa, quae exstat in saepius lau-
datis *Saggi di Cortona*. Iudicium de
hoc numo dedi altius, quo loco de cre-
dita Carausii uxore egi.

H. CARAVSIVS. ET. FRATRES.
SVI. *Tres protomae jugatas, qua-
rum prior radiata est Carausii, al-
tera fors laureata Diocletiani, ter-
tia cum leonis exuviis Maximiani
Herculii.*

PAX. AVGGG. *Mulier stans d. oleae ra-
mum, f. hastam, in area S et P, in imo
C. AE. III.*

Singularem hunc numum, qui exstat
Genuae in museo cl. abbatis Persico,
ante annos non multos protulit cognitae
vir eruditionis Gaspar Odericus scripta
ad Cajetauum Marinium epistola, quae
saeculi hujus anno LXXXII. inserta fuit
commentariis Italicis, inscriptis: *Gior-
nali de' Letterati*, qui Pisae vulgantur. ^{a)}
Eam deinde illustris auctor seorsim vul-
gavit typis Genuensibus. Tamen *avex-
dotos* dici hic numus non potuit, pridem
vulgatus a Stukeleyo supra laudato, ^{b)}
sed cujus opus et Oderico et Taninio
video fuisse ignotum. Pretium huic
cimelio faciunt non modo trium Augu-
storum protomae conjunctae, sed et in-
scriptio capitum, quam proposui, cujus
similis alia in numis conspecta nondum
est. Dubium non est, *fratrum* nomine
intelligendos Carausium, Diocletianum,
et Maximianum, quorum hi, ut dixi-
mus, primum Carausio adversi, subin-

de cum hoc honore et potestatis socie-
tatem junxere. Hanc etiam Augustei
inter tres conlegas nominis communio-
nem confirmat scriptum in averfa
AVGGG., et eandem in aliis quoque
numis indicat scriptum v. c. LAETI-
TIA. AVGGG. HILARITAS. AVGGG.
etc. Plura Odericus in praeclara hac
sua epistola adfert exempla, conlegas
Augustos sese mutuo fratres appellasse.

I. IMP. C. M. AVR. V. CARAV-
SIVS. P. AVG. *Caput radiatum.*
In alio:

K. VIRTVS. CARAVSI. *Protome
galeata radiata d. hastam, f. cly-
peum.*

PAX. AVG. *solito Pacis typo.* AE. III.
(Tanini.)

Numum priorem insigniunt addita
plura et necdum cognita Carausii nomi-
na *M. Aurelii Valerii* undecunque hau-
sta. Verisimile tamen, Carausium, quo
magis amicitiam cum nupero suo hoste
testaretur, omnia Maximiani Herc. no-
mina sibi indidisse, non novo istud ex-
emplo, sed jam pervulgato primorum
Caesarum aetate, ipsis numis ejus fidem
facientibus, ut vidimus in moneta re-
gum Thraciae, Ponti, Iudaeae, alio-
rumque. *Marci* praenomen etiam nu-
mus sequens dabit.

L. IMP. C. M. CARAVSIVS. AVG
Caput radiatum.

PIETAS. AVG. *Imperator ad aram sacris
operans.* AE. III. (Tanini.)

De praenomine *Marci* continuo egi-
mus.

a) Tom. XLV. p. 105.

b) Pag. 106.

Antica incerta.

P. M. TR. POT. V. COS. IIII. *Lupa cum geminis.* (Stukeley p. 252.)

Et tituli, et typus imperatores efficiunt. Consulatus mentionem in nullo alio ejus numo factam reperi, et consulem Carausium fasti ignorant. Apparet ergo, illum more Romano processisse in Britannia, ut olim Postumum auctoritate sua processisse in Galliis diximus.

Vt lit. F.

PRINCIPI. IVVENTVT. *Figura paludata stans d. signum militare, f. hastam.* AE. III. (Haym. T. I. p. 293.)

De hac aversa agens Haymius satis mirari non potuit, quo pacto princeps juventutis dici posset Carausius, qui Augustus in numo scribitur, neque Caesar unquam fuit. At enim, cum haec scriperat, non novit ex numis exempla vetera jam inde a Gordiano III. simul Augustorum, simul principum juventutis, de quo novo more vide quae observabo in commentariis de titulo principis juventutis.

Vt lit. F. Caput laureatum.

ROMAE. AETERNAE. V. *Templum sex columnarum, in quo Roma sedens, in imo* RSR. Est AR. (Haym, Tanini.)

Additum V haud dubie legendum *Pictici.*

Vt lit. K.

ROMANO. RENOVA. *Lupa cum gemellis, in imo* RSR. Est AV. (Band.)

Vt lit. F. Caput laureatum.

ROMANO. RENOV. *Idem typus.* AR.

(Mus. Caes.) In alio simili ROMANOR. etc. AR. (Catal. d'Ennery.)

Legenda epigraphae *Romanorum renovatio*, nimirum cum partem Imperii R. sibi ab invitis Carausius extorqueret, honesto, ut sit, vocabulo rapinam excusans.

M. IMP. C. CARAVSIVS. A. *Caput radiatum.*

TVTELA. AVG. *Mulier capite tutulato stans ad aram d. pateram, f. cornucopiae, in imo* LO. Est AE. III. (Band. Catal. d'Ennery.)

Eadem epigraphae est in numis Vespasiani, sed differt typus. Praefens exhibet genium muliebrem, cujus tutelae Carausii salus videatur commissa. Litteris LO. notari Londinium, non videtur improbabile.

Vt lit. F.

VBERITAS. *Mulier stans f. tridentem dexteram jungit cum imperatore paludato adstante, et f. hastam tenente, in imo* RSQ. AE. III. (Pembrock P. III. tab. 45.)

Mulier haud dubie genius est Britanniae, qui, cum tridentem praefert, inquit, Carausio sese imperium potentia maritima stabilivisse, ac forte etiam navali commercio ubertatem regioni partam, probato jam tum propter insulae situm consilio, Britannos, si potentes beatique esse vellent, cumprimis rei maritimae, parandisque classibus intentos esse debere.

Vt lit. A.

VICTORIA. CEA. *Tropaeum cum captivis juxta sedentibus.* AE. III. (Band.)

Vocabulum CEA varie ab eruditis acceptum ait Bandurius. At Wisius testatur legendum GER., et intelligi *victricem Germanicam*, nempe de Germaniae populis litora infestantibus. ^{a)}

Vt lit. F. Caput laureatum.

VOTO. PVBLICO *scriptum circum lauream*, intra quam: MVLTVS. XX. IMP., in imo RSR. Et AR. (Tanini.)

Eadem aduersa.

VOTVM. PVBLICVM. Ara quadrata, in cuius medio MVLTVS. XX. IMP. AR. (Tanini.)

Numus maximae formae cum epigraphe VOTIS. DECENNALIBVS, quia tantum ex pannoso musei Muselli catalogo proditur, tanti non fuit, ut a Taninio restitueretur.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	RR.
Aenei II. formae	-	RR.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

ALLECTVS.

A Carausio summae rerum praefectus, ejus ipsius impia caede imperio potitus est quidem, sed triennio post a Constantio Caesare bello petitus, victusque ac interemptus perfidiae suae poenas exsolvit circiter V. C. 1049 P. X. 296.

Numi:

Vt Carausii numi propter varios utriusque partis modos sua habent merita, ita numi successoris Allecti nulla se re alia, quam majore raritate commendant.

Epigraphe capitis obvia est: IMP.

(vel IMP. C.) ALLECTVS. P. F. AVG., vel tantum P. AVG. (Mus. Caes.) vel P. F. I. AVG. (Band.) ubi I legendum *Inuictus*. In numis aliis, sed tantum Mediobarbi, legitur PIVS. FEL.

Caput in aureis est laureatum, in argenteis jam laureatum, jam (si non fallunt catalogi) radiatum, in aeneis semper radiatum.

Partes aversae typos habent obvios ac tritos, PAX. PROVIDENTIA. ORIENS. SALVS, et similia, qualia fufius enarrare supervacaneum omnino existimo.

a) Mus. Bodley p. 339.
(Vol. VIII.)

PRETIUM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei III. formae	-	-	E	-	-	-	-	RR.

FL. VAL. SEVERVS.

Ex Illyrico humili genere advena, nulla laude, solis vitiis celebratus. Sed haec ipsa perversitas homini profuit. Nam cum V. C. 1058 P. X. 305 in locum Constantii, qui pro Herculio Augustus dictus fuerat, Caesar esset deligendus, eum Galerius, cujus intererat, cooptari aliquem, a quo sibi metus non esset, in imperium intrusit. Ergo, ut conventum erat, Kalendis Majis purpuram Mediolani ab ipso Maximiano Herculio accipit.

V. C. 1058. 159. P. X. 305. 306.
CAESAR, PRINC. IVVENT.

In provinciarum partitione Italiam, Africam, et Pannoniam superiorem sortitur.

A. SEVERVS. NOB. *vel* NOBILIS
vel NOBILISSIMVS. C. *vel* CAES.
vel CAESAR.

B. FL. VAL. SEVERVS. NOB.
CAES. *vel* *similiter*.

Caput fere constanter laureatum, etiam in AE. III.

Vt lit. B.

CONCORDIA. IMPERII. *Mulier stans d. hastam, in arca VI. infra* SISB. AE. II. (Mus. Caes.)

Eadem omnino aversa, etiam si additas notas spectes, occurrit in numis Constantini et Maximiani, sed adhuc Caesarum, qui omnes sunt in museo Caesareo. Vno ergo consilio signati sunt hi numi ad indicandam trium Caesarum concordiam, et exiguo quidem illo temporis intervallo, ex quo Constantinus a Galerio et Severo agnitus est Caesar, et antequam Severus a Galerio Augustus diceretur. Flatos hos numos fuisse Sisciae, ipsi eloquuntur, et quidem Severi iussu; nam Pannoniam superiorem, cujus oppidum fuit Siscia, Severo paruisse diximus.

Vt lit. A.

FELICITAS. CAES. NOSTR. *Mulier sedens d. caduceum, j. cornucopiae, infra* AQ. Est AV. (Mus. Caes.)

In numis reliquis: CONCORDIA. AVGG. ET. CAESS. NN. (Tanini.) GENIO. POPVLI. ROMANI. — PERPETVITAS. AVGG. — PRINCIPI. IVVENTVTIS. in AV. (Mus. Caes.) SAC. MON. VRB. etc. — SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. — VIRTVS. AVGG. ET. CAES. NN. — VTILITAS. PVBLICA. etc. cum typis notis hujus aevi.

MAXIMINVS DAZA.

51

V. C. 1059. 1060. P. X. 306. 307.
SEVERVS AVGVSTVS.

B. IMP. C. FL. VAL. SEVERVS.
P. F. AVG.

Anno ex his priore mortuo Eboraci Constantio Severus in ejus locum a Galerio Augustus appellatur. Mox intellecto, Maxentium quoque Romae purpuram sumpsisse, bellum in hunc et ejus patrem Maximianum Herculum parat, eumque anno sequente Romae obsidet; verum a suis desertus Ravennam fuga elabitur, deditusque Herculo hoc jubente occiditur nondum exacto altero anno, ex quo ab eodem Caesar dictus est.

Filium relinquit *Severianum*, sed et hunc post sexennium Licinii jussu interemptum.

A. IMP. SEVERVS. AVG. *vel* P. F. AVG., *etiam sine* IMP.

Capitis cultus, ut in numis ejus Caesaris.

Vt lit. A.

HERCVLI. VICTORI. *Hercules nudus stans d. clavam, s. pomum et excuvias leonis, in area Z, in imo: S. M. S. D. Est AV. (Mus. Caesl.)*

Praeclarum hunc numum ante annos complures acquisitum olim tanto libentius vulgavi, quod, quo tempore illud scripsi, unicus is fuit Severi numus aureus cum titulo Augusti. Ab eo tempore binos addidit Taninius, quos inter unus est majoris moduli.

Numi ejus reliqui argumenta offerunt cognita.

PRETIUM.

Aurei Severi Caesaris	-	-	-	-	-	-	RR.
- - Ejus Augusti	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei, max. mod.	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei formae ordinariae utrum existant, dubito. Vnum Taninius ex museo Caesareo prodidit, sed qui aeneus est. Quos alios duos addidit, ipse auctor esse argenti impuri adserit. Vnicum reperio a Bandurio vulgatum.							
Aenei max. mod. vel fere I. formae	-	-	-	-	-	-	BR.
Aenei II. formae	-	-	-	-	-	-	C.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	R.

GAL. VAL. MAXIMINVS vulgo DAZA.

Natus est hic in Illyrico ex sorore greges duxit. Ab avunculo Caesare a Gal. Maximiani, et cum adoleverat, pascuis ad exercitum evocatus facile nuli.

G. 2

lis etiam meritis omnes militiae gradus pervasit. V. C. 1058 P. X. 305, cum Diocletianus capto dimittendi imperii consilio Nicomediae Galerium Caesarem pro se Augustum appellaret, effecit hic, ut nepos Maximinus Daza adolescens tum adhuc, omnibusque, ac ipsi fere Diocletiano ignotus, Caesar pro se nominaretur inditis a se Galerii Valerii Maximini nominibus.

Ab anno V. C. 1058 P. X. 305 ad V. C. 1060. P. X. 307.

CAESAR. PRINC. IVVENT.

Maximino Syria, Aegyptus, et annexae his provinciae cessere.

MAXIMINVS. CAESAR.
MAXIMINVS. NOB. NOBILIS.
NOBILISSIMVS. CAES.
IOVIVS. MAXIMINVS. NOB.
CAES.
GAL. VAL. MAXIMINVS. NOB.
CAES. *aut similiter.*

Caput fere semper laureatum, raro galeatum, aut nudum, aut in AE. III. radiatum.

IOVIVS. Vt Gal. Maximianus nomen istud a Diocletiano per adoptionem sortitus est, ita Maximinus idem illud a Galerio jure adoptionis. Adoptatum vero fuisse, invicte docet numus supra in Gal. Maximiano descriptus, quem DIVO. MAXIMIANO. MAXIMINVS. AVG. FIL. dedicavit. Iovius etiam inscribitur in edicto, quod recitat Eusebius. ^{a)}

* * *

Anticae variae.

CONCORDIA. IMPERII. — GENIO. AVGVSTI. — AVGG. ET. CAESARVM. NN. — CAESARIS. — POPV. LI. ROMANI. — PRINCIPI. IVVENTVTIS. — SAC. MON. etc. — SALVIS. AVGG. etc. VIRTVS. MILITVM. in AR. (Mus. Caes.) VTILITAS. PVBLIC. in modum quinariorum, (Mus. Caes.) qui typi omnes inde a Diocletiano explicati jam sunt.

V. C. 1060. P. X. 307.
FILIVS AVG.

Maximinus indigne ferens, Licinium a Galerio Augustum se posthabito appellatum, eundem honorem quocunque sibi pacto extorquere nititur. Victus contumacia Galerius tollit Caesarum nomen, et se Liciniumque Augustus appellat, Maximinum et Constantinum FILIOS AVGVSTORVM. Haec ad verbum Lactantius ^{b)} dempto unico vocabulo, quod medicam manum exigit, ut mox dicetur, et egregie confirmatur numis.

MAXIMINVS. FIL. AVGG. *Caput laureatum.*

GENIO. AVGVSTI. *in aliis: CAESARIS. Genius fians d. patram, f. cornucopiae.* AE. II. (Mus. Caes. Band.)

Eodem modo in Constantini M. numis legitur CONSTANTINVS. FIL. AVG. Haec a Lactantio narrata cum tam aperte enuncient numi, jure corrigendus ejus textus, in quo pro *Maximinum* pronomen errore irreplevit *Maxentium*, cum tamen

^{a)} L. IX, c. 9. ^{b)} de Mortib. perfec. c. 32.

etiam tacentibus his numis vel ex iis, quae praecedunt, Maximinus, non Maxentius intelligendus sit, ut jam monuit Grainvillius in epistola de simili Maximini numo, quae exstat in Actis Trevolt. anni 1703 Martio, et in Electis Woltereckii, et copiose advertit Bimardus, ^{a)} et Bandurius. ^{b)} Accedit magni argumenti instar, quod istud *filii Aug.* elogium in nullo adhuc Maxentii numo observatum est. Habemus ergo in moneta novum titulum *Filii Augustorum*, quo loco alienum non videtur advertere, ejusmodi titulorum valorem ac pretium nonnisi ab arbitrio et aestimatione humana pendere. Erat tempus, quo appellatio *Filii Augusti* infra appellationem Caesaris esset. Ita de L. Vero, qui vivo Antonino Pio in privati semper modum habitus est negato constanter Caesaris honore, memorat Capitolinus: ^{c)} *nec aliud ei honorificentias ad nomen adjunctum est, quam quod Augusti filius est appellatus.* At nunc eo delapsa est Caesaris majestas, ut teste Lactantio ^{d)} Maximiano exprobraret Maximinus, quod *se ignobilem fecisset Caesarem*, isque, ut aliquid molesto homini tribueret, pro Caesare filium eum Augustorum appellaret. Alia, quae huc pertinent, vide ad numos similes Constantini M.

Ab anno V. C. 1061 P. X. 308 ad 1066 P. X. 313.
AVGVSTVS.

Non contentus, prosequitur Lactan-

tius, hoc Filii Augustorum honore Maximinus, nam aliud petebatur, se ipsum ab exercitu Augustum proclamari facit, aegre tandem consentiente Galerio, quod et confirmat Eusebius. ^{e)} Hoc mortuae V. C. 1064 P. X. 311 Asiae minoris provincias, quae huic parebant, invadit. V. C. 1066 moto stolidè in Licinium bello Heracleam inter et Hadrianopolin vincitur, mox Tarsum fuga e lapsus sumpto veneno miserabili morte exstinguitur, et tum adhuc declaratus hostis imperii, abolitis, quas tulerat, legibus, everfis statu et monumentis publicis, caesis non iis modo, qui ei arctius adhaesere, sed universa etiam familia, poenas acerbis sane, sed iustas dedit non solum vitae turpissimae, sed etiam inauditae crudelitatis, qua Christianos atrocius, quam qui praecessere, persecutus est.

Vxor nominis ignoti post mariti mortem tragicam abjecta in Orontem, liberi, quorum plures habuit, sed nomina quoque ignorantur, jam pridem propter superbiam palam exosi, supplicio adfecti. Eos a patre jam fuisse factos imperii confortes, tradit Eusebius. ^{f)}

- | | |
|----|---|
| A. | IMP. MAXIMINVS. AVG. |
| B. | IMP. MAXIMINVS. PIVS. AVG.
vel: P. F. AVG. |
| C. | GAL. VAL. MAXIMINVS. AVG.
vel P. F. AVG. |
| D. | IMP. GAL. VAL. MAXIMINVS.
P. F. AVG. vel P. F. INV. AVG. |

a) ad Iobert. T. II. p. 366.
e) Hist. eccl. L. VIII. c. 13.

b) Pag. 164. 168.
f) l. c. L. IX. c. 11.

e) in Vero c. 3.

d) l. c.

- E. IMP. C. GALER. VAL. MAXI-
MINVS. P. F. AVG.
F. IMP. C. GAL. VAL. MAXIMI-
NO. P. F. INV. AVG.
G. MAXIMINVS. P. F. AVG.
H. MAXIMINVS. AVGVSTVS. *in*
AV. (Mus. Caes.)

Cultus capitis, ut in numis ejus Caesaris.

Vt lit. E.

BONO. GENIO. IMPERATORIS. *vel*
PIL. IMPERATORIS. *Genius stans d. pa-*
teram, f. cornucopiae, infra ALE. AE.
II. (Mus. Caes. Band.)

Bonus Genius, Αγαθος Δαίμων Graecis dictus, ac praecipue Alexandriae, quo loco et hi numi signati sunt, publice cultus, etsi sub serpentis imagine, ut docent numi Alexandrini cum capite Neronis. Quo jure Maximinus *pium imperatorem* sese profiteri potuerit, qui divina omnia humanaque jura protrivit, ad hunc numum in severum examen vocat Bandurius. Sed enim idem ausus est Licinius, ut patet ex insigni numo musei Caesarei, etsi verius istud turpi Alexandrinorum adulationitribuendum sit.

Vt lit. G.

CONSVL. P. P. PROCONSVL. *Imperator togatus stans d. globum, f. scipionem, infra* MA. Est AV. (Pellerin Mel. I. p. 168.)

Maximinum consulem in Fastis vix reperias. Ergo consul in Oriente processit, quod discrimen hac aetate saepius observandum. Vide Fastos Relandi ad annum Christi 312.

Vt lit. G.

GAVDIVM. ROMANORVM. *Captiva tropaeo adsidens infanti mammas praebet.* AV. (Band.)

Eandem aversam jam in Maximiano Herculo vidimus, quem consule.

Antica varia.

GENIO *variis additis nominibus.* — HERCVLI. COMIT. CAESS. NOSTR. ER AV. (Tanini.) — HERCVLI. VICTORI. — IOVL. *vel* MARTI. CONSERVATORI. — SOLI. INVICTO. COMITI.

Hae aversae potiores ejus monetae partem constituunt, suntque fere AE. II.

Vt lit. B.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.* AE. II. III. (Mus. Caes. Band.)

Praeclarum istud elogium primum Trajano publice decretum, subinde ab aliis principibus, sed raro adhibitum, hoc iterum aevo revocari coepit, ut non Maximini modo, sed et Licinii et Constantini numi testantur. Vide, quae ad numos similes in Licinio observabimus.

Vt lit. G.

VICTORIA. CONSTANTINI. AVG. *Victoria gradiens.* AV. (Band.)

Vt recte advertit Bandurius, hoc numo Maximinus Constantini de Maxentio victoriam V. C. 1065 P. X. 312 fremens frendensque celebrat, dissimulans tantisper dolorem, et omnibus in rebus potenti Constantino obsequens, sic ut edictum in Christianos revocaret. Sed

hoc adhuc anno hominem stolidum ratio
et consilium deferet.

Vt lit. G.

X. MAXIMINI. AVG. SMA. *scriptum
intra coronam.* AV. (Pellerin MelI. p. 168)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	BR.
Argentei puri	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	C.

M. AVR. VAL. MAXENTIVS.

Maximiani Herculii, et Eutropiae filius, etsi fuere etiam, qui supposititium crederent. Sive haec opinio, sive pessimi ejus mores in causa fuere, cur eum et pater Herculius, et focer Galerius praetereundum putarent tum, cum V. C. 1058 P. X. 305 duobus senioribus Augustis imperio abeuntibus novi Caesares designandi essent. Tamen hactenus dolorem continuit. Verum cum videret, ipsum etiam Constantinum V. C. 1059 agnosci Caesarem, id enim vero indignum ratus, populi studiis, quem sibi variis promissis devinxerat, fretus imperium in urbe arripit die XXVIII. Octobris, qua eadem post sexennium caesus est, ut dicetur infra.

V. C. 1059. P. X. 306.
CAESAR.

MAXENTIVS. NOB. C. *Caput laureatum.*

FELIX. CARTAGO. *Mulier stans utraque manu expansa ramum, aut florem tenet, infra PK. Est AV. (Mus. Caes.)*

Eadem averfa est etiam in numo patris.

M. AVR. MAXENTIVS. NOB.

CAES. *Caput laureatum.*

SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. *Idem typus.* AE. I. et III. (Tadini, Mus. Caes.)

Non convenit hoc loco numis cum historia hujus aetatis supersite. Sane Bandurius ad numum ex propositis primum adfirmare non dedit: *cave credas, Maxentium Caesarem unquam fuisse, quem Augusti nomen continuo sumpsisse constat.* At vero Maxentium Caesarem tantum laudati hi numi certae fidei profitentur. Idem probaret etiam numus musei Theupoli: MAXENTIVS. PRINC. IVVEN., sed pro quo haud dubie legendum: PRINC. INVICT. Sitne principio tantum in Africa agnitus Caesar, qua in regione propter mentionem Africae et Carthaginis forte hi signati numi, an primum modestior nihilo plus appetiverit Constantino, cui tum Roma Caesaris tantum titulum detulit, et cum quo uno illi de honore contentio exstitit, an

a patre demum, cum imperium resumpsit, dictus sit ipse Augustus, tacentibus historicis decidi nequit. Idud certum ex his numis, ei sub ipsum ortum mox accessisse Africam.

Eodem anno :
AVGVSTVS.

Hoc Maxentij motu intellecto Galerius Severum mittit, ut perduellem ad obsequium revocaret. Quo in periculo patrem ex Lucaniae solitudine, ubi privatam hactenus vitam egit, evocat, et Romae Augustum iterum appellat. Anno sequente V. C. 1060 a Severo Romae obsessus, cum hujus milites pecunia corrupisset, aemulum Ravennam fugere compellit, ibique sponte deditum ad mortem adigit.

V. C. 1061. P. X. 308.
CONSVL.

Rebus hoc anno inter tot Augustos mire turbatis, nullis certis consulibus, Maxentius mense Aprili se consulem collega filio Romulo edici jubet.

MAXENTIVS. P. F. AVG. Caput laureatum.
FELIX. PROCESS. CONSVLAT. AVG.
N. Imperator togatus stans d. globum, f. scipionem, in imo PR. Est AV. (Banduri) AR. sed praefixo in antica IMP. (Mus. Caes.)

IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG. Caput laureatum.
FEL. PROCESS. CONSVL. AVG. N.

Imperator in quadrigis elephantorum d. lauri ramum, f. sceptrum a Victoria superne volante coronatur. AE. II. (Banduri, Noris de num. Dioclet. p. 32.)

Alius, sed imperator sexigis equorum vectus. AE. II. (Mus. Princ. de Waldeck.)

IMP. MAXENTIVS. P. F. AVG.
CONS. Protome laureata d. sceptrum cum aquila.

CONSERV. VRB. SVAE. Templum sex columnarum, intra quod Roma galeata sedens. AV. (Tanini.) AE. II. (Mus. Caes.)

Teste Victore ^{a)} Maxentius exstruxit Urbis fanum et basilicam.

V. C. 1062. P. X. 309.

CONSVL II.

Consul II. cum filio Romulo item consule II. praecedit. (Tillemont, Fasti Relandi.)

IMP. MAXENTIVS. P. F. AVG.
CONS. II. Protome laureata d. sceptrum cum aquila.

CONSERV. VRB. SVAE. Templum sex columnarum, intra quod Roma sedens d. globum, f. hastam. AV. (Tanini.) AE. II. (Mus. Caes.)

Conservatores urbis se profitentur etiam in numis synchronis Maximianus Herculus, et Constantinus Caesar. Fuerint tum adhuc causae, cur mitius urbs habenda videretur, quam serius omni immanitate dilaceravit.

^{a)} in Caesariis.

IMP. MAXENTIVS. P. F. AVG.

Caput laureatum.

CONSVL. II. P. P. PROCONSVL. *Imperator stans d. globum, f. hastam.* AE. II. (Tanini.)

V. C. 1064. P. X. 311.

Bellum in Alexandrum, qui purpuram in Africa sumpsit, movet, eumque per duces facile vincit. Ejus defectio- nis obtentu Africam totam caedibus et rapinis adfligit, Carthaginem non Afri- cae modo, sed imperii ea aetate orna- mentum, incendit, subinde Romae de praeclara hac sua victoria triumphat. In urbis postea excidium versus quanta promiscue atrocitate in omnem aetatem, ordinem, et sexum saevierit, docebunt historici.

Deficiunt certi hujus anni numi.

V. C. 1065. P. X. 312.

Maxentius bellum pridem meditaturn Constantino denunciat illata causa ulci- scendi patris, quem is ad mortem ade- git. Variis primum minoribus praeliis ad Taurinum et Veronam victustandem die XXVIII. Octobris prope Romam ad pontem Milvium internecione caeditur, eoque propter fugientium multitudinem rupto ipse in flumen praeceps mergitur, Romamque ac imperium longa formi- dine, quam incredibilis morum fero- cia, turpitudine vitae, et avaritia incuf- sere, liberat, postquam sexennio impe- rasset, sic ut eadem die caederetur, qua imperium auspicatus est, teste pa- negyrico incerti auctoris, qui est in (Vol. VIII.)

Panegyricis hujus aetatis pag. m. 242. cap. 16.

Vxor filia Gal. Maximiani, cujus nomen ignoratur. Filius certus *Romu- lus*, de quo infra in ejus numis.

Numi Maxentii Aug. vagi.

- A. MAXENTIVS. P. F. AVG. *prae- fixo etiam IMP. vel IMP. C.*
- B. MAXENTIVS. PRINC. INVICT. (Banduri.) *vel PRINCEPS. IN- VICTVS.* (Tanini.)
- C. IMP. C. MAXENTIVS. P. F. INV. AVG.
- D. IMP. C. M. A. VAL. MAXEN- TIVS. P. F. AVG.

Caput fere constanter laureatum in omni metallo ac forma. Rarius caput leonis exuviis tectum, quem cultum a patre Herculis hereditarium habuit.

Vt lit. A.

AETERNITAS. AVG. N. *Dioscuri stan- tes cum hastis singuli singulos equos capi- stro retinent. In nonnullis in horum me- dio lupa cum gemellis.* AE. II. (Mus. Caes.)

Post tot *Aeternitatis* typos hic novus, nulla tamen ejus certa ratione.

Vt lit. B.

CONSERVATOR. AFRICAE. SVAE. *Mulier crocodilum calcans d. signum mili- tare, f. dentem elephanti.* AE. II. (Band.)

Numos hos signatos esse oportet sub initium ejus imperii, ut provinciae om- nibus copiis instructae sibi benevolenti- am conciliaret, de quo vide plura mox

H

infra in CONSERVATORES. KART. SVAE. Quam atrociter vero deinceps eam vexaverit, diximus ad annum V.C. 1064. Sitne animal, quod mulier calcat; vere crocodilus, licet istud testetur Bandurius, veniam, si dubitem, merebor. Crocodilus nequaquam Africae symbolum fuit, sed Aegypti, quae, utpote in Maximini potestate, ad Maxentium nunquam pertinuit. Supra in numis Diocletiani inscriptis: FEL. ADVENT. AVG. pro pedibus Africae leonem et taurum vidimus. Auctor musei Theupoli, cum similem numum describit, quale istud esset animal, definire non est ausus.

* * *

Antica varia.

CONSERV. vel CONSERVATORES. VRB. SVAE. etc.

Vide, quae ad numos sic inscriptos Maximiani Herculi post resumptum imperium differuimus. Similem maximi moduli ex argento puro edidit Pellerinus. (Mel. I. p. 191.)

* * *

Vt lit. A.

CONSERVATORES. KART. SVAE. *Templum sex columnarum, in quo mulier, stans utraque manu expansa ramum vel fructus tenet.* AE. II. (Mus. Caes.)

Perperam adserit Bandurius, duos principes, quos velut conservatores Carthago praedicat, Maxentium et Maximianum videri. At vero dubium non est, titulum hunc ad principes omnino tres pertinere, Maximianum Herculum, Maxentium, et Constantinum, cum is in omnium horum numis seorsim exstet.

Ex his ergo numis invicte probatur, Africam et Carthaginem Maximiano iterum Augusto, et ejus filio Maxentio in locum Severi, cui destinatae fuere, adhaesisse, credo propter memoriam beneficiorum ab illo huic provinciae imperante adhuc Diocletiano testibus etiam numis impenforum, in ejusque honoris partem vocatum etiam Constantinum, cujus amicitiam rebus suis necessariam duxere. Quare cum supra ex numis Maxentii adhuc Caesaris viderimus, Africam sese mox ejus partibus adplicuisse, eodemque eam animo fuisse in patrem ad imperium reversum, certum est, Maxentium nequaquam demum post patris mortem, et victum Africae tyrannum Alexandrum eam sibi provinciam subjecisse, ut aliquibus ex dubia Zosimi narratione intellectum, sed jam etiam a Tillemontio argumentis ab historia petitis praeclare confutatum est. a)

* * *

Vt lit. A.

MARTI. PROPAG. IMP. AVG. N. *Mars paludatus stans s. hastam, dexteram jungit cum muliere adstante, inter utrumque lupa gemellos lactans.* AR. (Mus. Caes.)

* * *

Vt lit. A.

PRINCIPI. IMPERII. ROMANI. *Mars galeatus gradiens d. hastam, s. tropaeum super humero.* AV. (Theup.)

Mars propagator imperii, et idem *Princeps imperii Romani* nova sunt hujus dei elogia, quae Maxentii ingenium adinvenit.

* * *

Vt lit. A. et D.

a) Nota XXII, in Constantin.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *typis solitis.*
AV. AE. II. (Band.)

Vt lit. D.

VICTOR. OMNIVM. GENTIVM. AVG.
N. *Miles barbatus Victoriolam porrigit imperatori paludato stanti, ad cujus pedes altera figura supplex.* AE. II. (Band.)

Superbos id genus titulos sequens aetas adfatim suppeditabit, in nonnullis veros, in plerisque, ac praecipue in Maxentio, qui hostem externum non vi-

dit, bellum nonnisi pudicitiae, alienis opibus, templis deorum indixit, plenos turpissimi mendacii.

Vt lit. A. In nonnullis caput Maxentii leonis exuviis legitur.

VOT. QQ. MVL. X. — VOT. X. FEL.
— VOT. QQ. MVL. XX. — *In alio cum epigrapha* VICTORIA. AETERNA. AVG. N. *legitur inscriptum clypeo:* VOT. XX. FEL. AE. III. (Mof. Caef.)

PRETIVM.

Aurei et argentei puri	RRR.
Aenei max. mod.	RRR.
Aenei II. et III. formae	C.

ROMVLVS.

Maxentii filius, de quo aliud certum non tenemus, quam his cum patre puerum admodum, ut vultus docet, processisse consullem, (vide. Fastos.) mortuumque forte in altero consulatu a patre divum appellatum.

esto. Qui genuinum appellare volent, habebunt Romulum dictum quoque *M. Aurelium*, de quibus nominibus hactenus tantum ex Goltzii moneta constabat.

Divus Romulus.

M. AVR. ROMVLVS. NOBILIS.
CAES. *Caput nudum.*
IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG.
Protoma galeata a. hastam, f. clypeum.
AE. M. M. ex metallo duplice. (Mof. Caef.)

Numus mea sententia nimio suspectus, quod bona Italorum nostrae artis magistrorum venia, quibus fides probata fuit, (nam ex Romano Carthusianorum museo Vindobonam transiit) dictum

DIVO. ROMVLO. NVBIS.
CONS. *vel* NVBIS. C.
DIVO. ROMVLO. NVB. AVG.
(Band.)
IMP. MAXENTIVS. DIVO.
ROMVLO. NV. FILIO.
IMP. MAXENTIVS. DIVO. RO.
MVLO. NV. CONS. FILIO.
(Theuposi.)

Caput in omnibus puerile nudum.
AETERNA. MEMORIA. *vel* AETER.

NAE. MEMORIAE. *Templum rotundum jam lapidibus quadratis structum, jam sex columnis suffultum, valvis jam clausis, jam semiapertis, cujus fastigio insistit aquila.* AV. Max. Mod. adpendens grana 309. (Pellerin Mel. I. p. 162.) AR. AE. II. III.

Quam fuerint varia eraditorum iudicia in explicandis vocabulis partis anticae NVBIS. CONS. vel NV. FILIO, compendio recenset Iobertus, et qui in eum erudite commentatus est Baro Bimardus. ^{a)} His recensendis immorari piget, quoniam iudice etiam Bimardo

nihil hactenus allatum est, quod vel probabilis conjecturae modum haberet. Neque mihi tantum est patientiae, ut Harduini sententiam super hoc argumento vel commemorem, vel refutem, qui *to NVBIS. CONS. explet legendo Nostrae Urbis BIS. CONSuli.* Cl. de Boze conjecit, Romulum forte dici *Nostrae Urbis FILIVM* eo sensu, quo Cotiaenses Varum in numis dixere *TION ΠΟΛΕΩΣ, filium urbis.* ^{b)} Ingeniose istud. Verum si quis dici potuit *Urbis filius*, an et *Urbis consul*, vel *Augustus*? Sed inter haec ambigua manum a tabula.

PRETIUM.

Aureus citatus ex Pellerinio	-	-	-	-	-	unicus.
Argenteus purus (Beauvais)	-	-	-	-	-	unicus.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	R.

ALEXANDER TYRANNVS.

Aliis natione Phryx, aliis Pannonius imperante Maxentio in Africa praefectus, cum ab hoc insidias sibi parari intelligeret, jam aevo invalidus purpuram induit, sed missis paucis cohortibus levi certamine confectus est V. C. 1064 P. X. 311. Vide Zosimum, et utrumque Victorem.

IMP. ALEXANDER. P. F. AVG.

Caput laureatum imberbe.

GLORIA. EXERCITVS. KARTH. *Imperator eques pacificatoris habitu, in imo*

PRT. AE. II. (Pellerin Mel. I. p. 214. Tanini.)

Numus hic cum aliis hujus tyranni numis, et historicis parum conspirat, cum illi ejus faciem barbatam, hi provecta eum et debili aetate, at numus praefens imberbem, ac juvenili vultu sistat. Narrat Zosimus, fuisse huic Alexandro filium florente aetate ac forma decorum, quem sibi a patre dari obfidem petiit Maxentius. Quare malim filium hoc in numo exhiberi, quem si una a patre dictum Augustum statua-

^{a)} Tom. II. p. 195.

^{b)} Mem. B. L. T. XV. p. 477.

mus., nihil adferemus magnopere repugnans ejus aetatis moribus ac licentiae, praecipue cum olim eadem Africa idem exemplum in duobus Gordianis dederit.

Eadem epigrapha. Caput laureatum barbatum.

INVICTA. ROMA. FELIX. KARTHAGO. *Africa stans spicas et uvam tenet, in imo PK. AR. et AE. III. (Band.)*

Eadem adversa.

ROMAE. AETERNAE. *Templi facies sex columnis fulta, in quo Roma galeata sedens d. Victoriolam, in imo PTR. AE. III. (Band.) In alio: Vir succincto habitu stans d. Victoriolam, s. hastam. (Pembrock Part. III. tab. 30.)*

Eadem adversa.

VICTORIA. ALEXANDRI. AVG. N. *Victoria gradiens, in imo PK. AE. II. (Catal. d'Ennery p. 570.)*

Eadem adversa.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. *Tria signa militaria. AE. III. (Ibid. p. 633.)*

Soli hi Alexandri numi hactenus sunt cogniti. Tamen placuit Goltzio, huic tribuere Alexandrinos Alexandri Aug. nomine insignes cum annis A. B. Γ. Δ, quo ejus praeconio decepti Tillemon-tius aliique hujus tyranni imperium in annum IV. prorogarunt. At enim numi hi aut per libidinem a Goltzio conficti sunt, aut sunt Alexandri Mamaeae; nam primum huic Alexandro nihil unquam in Aegyptum juris fuit, deinde Maxentii aetate nullos amplius in Aegypto numos Graecos fuisse signatos satis constat, ut jam in Diocletiano observavimus. Literas in imo positas PK. vel PTR. significare *Percussus Karthagine*, vel *TRipoli*, dubium non videtur, quoniam hae fuere illustres Africae urbes, extra cujus fines Alexander agnitus non est.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.

VAL. LICINIANVS LICINIUS PATER.

Caeso V. C. 1060 P. X. 307 Severo, cum Gal. Maximianus alium suarum partium circumspiceret, persuasit Diocletiano et Maximiano Herculo, qui apud Carnuntum convenerant, ut in Licinio deligendo Augusto, hominem agresti ac barbaro, consentirent, factumque

istud die XI. Novembris ejus anni, etiam sint, qui sequentem malint. Quae tum provinciae novo Augusto administrandae traditae sint, non satis constat. Mortuo V. C. 1064, P. X. 311 Galerio hujus provincias in Europa sitas sibi subjecit involante in Asiaticas Maximino.

Collis inter se Constantino et Maxentio verisimile est hujus emicus dissidii spectatorem tantum fuisse, quin favisse potius Constantino, qui suam illi sororem Constantiam desponsaverat, nuptiis biennio post V. C. 1066 P. X. 313 perfectis. Eodem anno victo apud Heracléam Thraciae Maximino, qui bellum sibi intulerat, et Tarfi miserabili morte extincto Orientem totum sibi vindicat. Anno sequente orto inter hunc et Constantinum bello, qui solitum orbis arbitri fuere, multo utrinque sanguine fuso pax denique coaluit, qua Licinio Oriens cum Thracia et Moesiae parte, reliqua Constantino subjecta fuere. Ea cum per annos plures nulla aperta offensione, etsi ficta inter utrumque amicitia constaret, erupit denique V. C. 1076 P. X. 323 gravissimum ac postremum bellum auctore ipso Licinio violatas pacis condiciones palam querente, cujus is fuit exitus, ut acerrima pugna apud Hadrianopolin die III. Julii victus, atque iterum juxta Chalcedonem XVIII. Septembris victoris arbitrio sese dedere cogeretur, a quo missus primum Thessalonicam, ac non multo post rerum novarum metu, ut creditum, morte adfectus est, ut militia bonus, ita artium omnium literarumque non rudis modo, ut esse debuit vir in agris natus educatusque, verum etiam eo usque osor, ut eas pesseret ac exitum patriae appellaret, neque alia re magis delectaretur, quam cum viros praeclarum quoddam institutum professos tormentis subdere occasio fuit. Quo facto cum animus urbanitati et morum

elegantiae invium abunde declararet, incredibilia non videbuntur, quae de ejus avaritia, fraudibus, ac infamili-bidine historia memoriae prodidit, et de arrogancia ac stupore eloquuntur numeri.

Vxor *Fl. Constantia*, Constantii Chlorig et Theodoraefilia, Constantini M. soror. Caeso marito aliquamdiu superfuit a fratre liberaliter habitae. Ejus hactenus numeri non cogniti, nisi quos Goltzio fingere placuit.

Filius *Licinius*, de quo infra.

Licinius Pater utrum Caesar?

Diserte adserit Eusebius, Licinium antea Caesarem non fuisse, sed mox a Galerio appellatum Augustum. Idem testatur Lactantius, additque argumentum illo multo validius; nam refert, statuisse Galerium jam anno P. X. 305 sibi sociare Licinium Caesaris nomine, sed mutavisse consilium, ne filium cogeretur nominare, forte quod ille aetate anteibat, ut postea, addit, in Constantii locum nuncuparet Augustum atque fratrem. Haec aliaque argumenta, quae praeterea memorant Tillemontius, ^{a)} et Norisius, ^{b)} multum praestant paucis iis ex historia sumptis, quae Licinium antea Caesarem statuunt. Audiantur vero et numeri. Quatuor produxit Bandurius, qui Licinium patrem omisso Augusti titulo Nobil. Caesarem faciunt. Vnum aureum, sed de ejus fide ipse dubitat, quia ex Stradaefonte haustus. Alterum aeneum maximae formae, in cujus averfa legitur EXERC.

a) Nota. XFX. in Constantio. b) Diss. II. de num., Licin.

AVGVSTORVM captum ex Vaillantio, sed sibi non conspectum. At Vaillantii in hac causa non maxima est apud me fides, quem constat parum fuisse de numorum parte antica sollicitum. Ad haec, jam etiam additus capiti titulus D. N. dubitare non sinit, numum hunc esse potius filii Licinii, de qua peristasi mox plura. Superfunt aenei duo III. formae, quos Bandurius ex museis Fradeti et Chamillarti recitat, in quorum uno: IOVI. CONSERVATORI. altero: IOVI. CONSERVATORI. CAESS. Sed neque his testimoniis continuo videtur subscribendum. Nam cum utraque haec averfa obvia sit in numis Licinii filii, quin posterior haec nunquam alias in moneta Licinii patris comparuerit, verisimile est, si forte facies in his numis nonnihil sit exesa, aut si forte monetarii vitio ambigua sunt oris lineamenta, a viro praeclaro creditum esse patris numum, qui forte est filii; et quid tandem vetat post tot exempla suspicari monetarium incurium, epigraphen, quae filii est, patris capiti adpingentem? At quo minus hi numi ad patrem pertinere possint, plane prohibet titulus D. N. in his numis Licinii nomina praecedens. An credibile, Licinium vixdum ad imperium adlectum et adhuc Caesarem ausum adrogare sibi titulum non modo suapte invidiosum, ut supra in numis Diocletiani, ex quo privatus vixit, docui, sed quo neque Galerius, cui obnoxius ipse fuit, neque eorum ullus, qui praecessere, in summo fastigio ac liberrima quidquid agendi potestate usi sunt? et si serius, cum Augustus esset,

veterisque instituti ac juris palam contemptor, fiducia potentiae non dubitavit primus omnium involare in superbum hunc titulum, eumque cum filio infante liberaliter communicare, de quo vide plura infra in Observatis general. sub titulo *Domini nostri*. Accedat denique illustre testimonium Norisii, qui multa in museis nobilissimis facta inquisitione ne unum quidem professus est se reperisse Licinii patris numum cum solo Caesaris titulo. *) Ergo secundum certiore et historicorum et numorum fidem Licinius simul ad imperium adlectus simul Augustus fuit.

Numi vagi

ab anno V. C. 1060 P. X. 307 ad V. C. 1076 P. X. 323.

- A. LICINIUS. AVG. vel P. vel P. F. AVG. vel similiter.
- B. IMP. C. LICINIUS. raro LICINIUS. AVG. vel P. vel P. F. AVG. vel similiter.
- C. IMP. C. vel hoc omisso VAL. LICINIUS. P. F. AVG.
- D. IMP. LIC. vel LICIN. vel LICINIANVS. LICINIUS. AVG.
- E. IMP. C. VAL. LIC. LICINIUS. P. F. AVG.
- F. IMP. C. F. VAL. LICIN. LICINIUS. P. F. AVG.
- G. IMP. FL. CL. LICINIUS. P. F. AVG. (Band.)
- H. IMP. C. GAL. VAL. LICINIANVS. P. F. AVG. (Band.)
- I. P. LICINIUS. AVG. (Band.)

a) Dissert. de num. Licin. cap. I.

Caput fere semper laureatum in omni metallo et forma, raro galeatum, aut in AE. III. radiatum, aut protome d. fulmen, s. sceptrum tenens, de quo agitur infra sub titulo IOVIVS.

Vt lit. G.

BONO. GENIO. PII. IMPERATORIS, *Genius fians d. pateram, s. cornucopiae, infra ALE. AE. II. (Mus. Caes.)*

Numus hic ignotus fuit Bandurio. Vide, quae in Maxentio ad similem aversam notavi.

Vt lit. A.

CONSVL. P. P. PROCONSVL. *Imperator paludatus fians d. globum, s. parazonium, in area astrum, luna, item ISINT., in imo ANT. Est AV. (Mus. olim de France.)*

Numus hic pertinet vel ad consulum IV. anni V. C. 1068, vel V. et postremum 1072, nam tempore praecedentium consulatum Antiochia, qua in urbe eusus numus, Maximino paruit.

Antica varia.

IOVI. CONSERVATORI. *addito in aliis AVG. vel AVGG. vel AVGG. NN. Iuppiter variis, usque ab aliis typis, in vario metallo.*

Praecipua numorum Licinii pars sic inscribitur manifesto ejus in Iovem adfectu, cujus causa patebit ex numis sequentibus.

LICINIUS. AVG. OBDV. FILII. *SVI. Caput Licinii adversum nudum.*

IOVI. CONS. LICINI. AVG. *Iuppiter d. Victoriolam, s. hastam adversus sedens*

super basi, cui inscriptum: SIC. X. SIC. XX., pro dei pedibus aquila, in imo SMND. Est AV. (Mus. Caes.)

Numus ob epigraphen anticae. in paucis memorabilis. Ex pluribus eruditorum sententiis ea maximam habet veri speciem, quae literas OBDV. sic explicat: OB. *Decennalia Vota FILII. SUI.* juvante iudicio istud ipsa etiam parte averla, quae numum percussum docet eo anno, quo Licinius vota X. solvit, et XX. suscepit, nimirum V. C. 1070 P. X. 317, qui idem imperii annus X. fuit. At vero eodem hoc anno ex praestantissimorum chronologorum sententia Licinius filius a patre Caesar est appellatus, et tum pro more vota tam quinquennalia, quam decennalia pro eo suscepta publice fuere. D. solum jam Commodi aetate usurpatum fuisse ad notandos *Decennales*, in ejus numis ad annum V. C. 939 vidimus. Quod si quis compendium illud explicare vellet legendo: OB. *Decretos V., nempe. Quinquennales filii sui,* vel cum Vaillantio: OB. *Data Quinquennalia,* nolim magnopere repugnare. At minime ferenda Norisii sententia eas literas explentis: OB. *lationem DeVotam* in dissertatione de numo Licinii, ut egregie pro ejus viri more erudita, ita referta conjecturis partim propalam falsis, partim ejus generis, quales ars nostra jam nimio fastidit. Eum, qui legendum putavit: OB. *Duplicem Victoriam FILII. SUI.* jam, ut oportuit, explofit Bandurius, quod infantem bis victorem statueret. Qua vero laetitia, et inter quae solennia egerint imperatores quinquennalia, vel decennalia filiorum suorum, docebit Nazarius sub initium

Panegyrici sui ad Constantinum.

quam repetito typo explicata.

DD. NN. IOVII. LICINNII. IN-
VICT. AVG. ET. CAES. *Dnae*
protomae laureatas Liciniorum pa-
tris et filii Victoriolam d. simul
sustinentes.

I. O. M. ET. VICT. CONSER. DD.
NN. AVG. ET. CAES. *Iuppiter flans d.*
fulmen, f. hastam coronatur ab adstante
Victoria, infra SMKT. AE. II. (Mus.
Caes.)

Eadem epigraphē. Similes proto-
mae tropaeum simul d. sustinentes.

I. O. M. ET. VIRTUTI. DD. NN.
AVG. ET. CAES. *Iuppiter j. hastam ad-*
stat tropaeo, infra SMNTA. AE. III.
(Mus. Caes.) Ex integerrimo hoc numo
videtur corrigenda lectio Bandurii,
IOV. pro I. O. M. scribentis.

Eadem epigraphē. Similes proto-
mae Fortunae sigillum simul d. su-
sinentes.

I. O. M. ET. FORT. CONSER. DD.
NN. AVG. ET. CAES. *Iuppiter flans d.*
Victoriolam, f. hastam, adstat Fortuna d.
gubernaculum, f. cornucopiae, infra
SMKA. AE. (Mediobarbus ex museo
suo, Tanini.)

In praeclaris his, et uni huic Augu-
sto propriis numis observandi primum
tituli DD. NN. et IOVII, sed de quibus
opportuniū agam infra in titulis; dein-
de praecipuus Licinii in Iovem suum ad-
fectus, cujus causam infra in titulo *Io-*
vii exponam. Denique sigilla, quae in
antica uterque Licinius manu sustinet,
praeclare in averfa tam inscriptione,

Vt lit. B.

SAPIENTIA. PRINCIPIS. *Noctua basi*
imposita inter clypeum, hastam, et gale-
am. AE. III. (Band.)

Novus averfae modus. Neque enim
adhuc haec vitae humanae magistra Sa-
pientia locum in moneta Romana obti-
nuit, viliore prae virtutibus aliis loco
habita, scilicet quae Romae templum,
ubi decore habitaret, nacta non est,
tot aliis vagae Fortunae constitutis. ^{a)}
Sapientiam expriment Palladis attribu-
ta omnia, quam *deam sapientissimam* ora-
torum princeps appellat. ^{b)} Σοφος, *sa-*
piens, vetustissimo Graecorum aevo di-
cebatur πᾶς τεχνίτης, vel χειρωνακτής,
nimirum qui cum consilio, tum manu-
um ope insigne aliquod opus perfecit,
qualem perhibent fuisse Daedalum, qui-
bus studiis praeesse Pallas credebatur.
Vnde apud Homerum: ^{c)}

Ἀλλ' ὥσε σάδμη δόρυ νηϊον ἐκιδυνοί
Τεκτονός ἐν παλαμῇσι δαημονός, ὅς ῥα
τε πάσης

Εὐ εἶδη σοφίης, ὑποδημοσυνήοιν Ἀθῆ-
νης.

Sed velut amussis lignum navale dirigit
Fabri in manibus periti, qui totam

Callet artem praeceptis Minervae.

Serius Pythagoras unam scientiam divi-
ni humanique juris *Sapientiam* dixit.
Vide scholiastem et Eustathium ad hos
Homeri versus.

Principe inter haec Minervae signa
loco eminet noctua, sapientiae imago,

^{a)} Plutarch, de Fort. Rom.
(Vol. VIII.)

^{b)} Orat. pro Milone.

^{c)} Iliad. O. 410.

ac praeterea huic deae in deliciis; nam vigilare meditarique noctu credebatur, quod tempus consiliis maxime opportunum; unde et nox *ἐνφρονή* dicta *ἀπο τῆ ἐν φρονεῖν*. Vide Volsium. ^{a)} Causam etiam, cur sapientia noctuae tributa fuerit, Aesopus fabula lepida intulit, quam enarrat Dio Chrysostomus. ^{b)} Ab avibus, inquit, invitata noctuam, ut pro solis locis secum intra quercus tum primum natae laetos ramos habitaret. Illam contra suasisse, fugerent arborem, quae viscum genitura esset, certam generi perniciem. Quod illae consilium aspernatae, nato deinde visco cum facile ab hominibus caperentur, malo suo edoctas noctuae coepisse sapientiam admirari. Ergo haec avis a monendo perinde sapiens fuit credita, quam patrona ejus Pallas, de qua Festus: ^{c)} *Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant.* Et idem alibi: ^{d)} *Promenervat item pro monet.* Ceterum dolere posset haec artium magistra Pallas, suam sibi noctuam ab homine stupidissimo rapi, nisi videret ab eodem homine ignavo et imbelli patris fulmen possideri. Eadem averfa usus est etiam Constantinus M. In contorniato Honorii legitur SAPIENTIA typo Palladis.

Vt lit. B.

SECVRITAS. AVGG. *Imperator in quadrigis triumphalibus d. oleas ramum, infra SIS.* Est AV. (Mus. Caes.)

Videtur indicari securitas victo primum Maxentio, deinde Maximino utri-

que Augusto, Licinio et Constantino, parta, et dubitare non sinit numus praefens, impotentem Licinium everso aemulo triumphum de victoria civili in quapiam Orientis urbe egisse. Modestior Constantinus eadem quidem inscriptione usus est, sed typo multum diverso, nempe solito Securitatis, quae columnae innititur.

Vt lit. B.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.* AE. III. (Mus. Caes.)

Obvia averfa in Constantini, Maximini, et Licinii synchronorum moneta, et quoniam omnes hi numi tam typo, quam metallo ac etiam forma sunt simillimi, evidens est, uno omnes consilio fuisse percussos, decretumque hunc titulum principibus a senatu deferendi causa honoris, et quidem caeso Maxentio, quia hujus numum cum hac averfa nondum conspiceret licuit. Istud si verum, numi id genus signati sunt ab anno P. X. 312, quo victus Maxentius, usque 313, quo Maximinus interiit.

Vt lit. A.

VBIQUE. VICTORES. *Imperator paludatus stans d. hastam, s. globum, hinc et inde captivus sedens, infra PTR.* Est AV. (Mus. olim de France.)

Similes averfae habentur in Constantino et Crispo, celebrari vero Augustorum ubique victorias, numus per se eloquitur.

^{a)} Theol. gent. L. IX, c. 25. ^{b)} Orat. LXXII, p. 631. ^{c)} Sub Minerva. ^{d)} Sub Promenervat.

Vt lit. B.

VIRT. EXERC. *Vallum decussatum, cui inscripta figura virilis nuda d. protensa, s. globum tenens.* AE. III. (Band.)

Hic typus in hujus aevi imperatoribus saepius redit. Esse vallum Ducangius conjicit; quo istud modo probet, ex ipso vide, ^{a)} tum et Spanhemio. ^{b)} Valli etiam formam habes in numis gentis Numoniae.

Vt lit. B.

VIRTUS. EXERCIT. *Vexillum inter duos captivos humi sedentes, cui inscriptum:* VOT. X. — VOT. XX. AE. III. (Muf. Caes.)

Antica varia.

VOT. XX. *inscriptum coronae, circum quam:* DOMINI. N. LICINI. AVG. *vel INVICT. AVG.* In aliis: VOT. XX. MVL. XXX. *intra coronam.* AE. III. (Muf. Caes.)

Nomina ac tituli.

Privato nomen certum *Licini* fuit. Additum *Liciniani* produnt numi et marmor, quod infra dabimus, et praenomen *Publii* numi bini apud Bandurium. *Galerii Valerii* nomina traxit a Galerio Maximiano adoptante. *Flavii* nomen in aliquot Bandurii numis repertum traxit certe a Constantio Chloro, cujus ex civili instituto filius fuit ducta ejus filia Constantia.

Iovius. Hujus appellationis auctor Diocletianus, quam is transmissit in Gal. Maximianum, hic in Maximinum, mox

Licinium, scilicet lege adoptionis, Licinius denique in filium. Haec confirmata numis vidimus, tum iis, quae supra de hereditariis his nominibus in numis Constantii Chlorig expofui. Atque hujus cum Iove cognationis causa tot Licinius numos cum ejus dei effigie feriri jussit, quot ante eum nemo, neque ingratus is adversus nepotem fuit. Nam ut Hercules olim filio Maximiano leoninum capitis integumentum, ita Iuppiter Licinio fulmen impertivit, quod ille, ut in antica nonnullorum ejus numorum videre est, manu terrificam vibrat, sed cujus aciem Constantinus Enceladus apud Hadrianopolin obtundet.

Dominus noster. Dixi supra in numis Diocletiani post abdicatum imperium signatis, huic primo invidiosum hunc titulum in numis datum, ut et collegae Maximiano Herculio, sed nonnisi tum, cum posito imperio privatae vitae sese dedere, si Aurelianum et Carum demas, qui conjunctos *Dei et Domini* titulos usurpavere. Fuit ergo delatus reverentiae causa, quemque Romani averfati sunt in imperante, tulere tamen in eo, qui fractus aetate, curisque pro republica fufceptis in tranquillo otio confenuit, et velut medius inter imperantem et consecratum fuit. Enimvero Herculus, cum vitae privatae impatiens ad imperium rediit, simul Domini Nostri titulo valedixit, tanquam sibi iterum principi non amplius competeret. Abstinuerunt hoc titulo, qui proxime fuffeffere, Gal. Maximianus, Severus, Maxentius, Maximinus. Primum de-

a) Dissert. de num. inf. aevi § 36.

b) Tom. II, p. 228.

inde comparet in Liciniis, sed quod observandum, nunquam eum deprehendes in antica numorum Licinii patris, nisi quando una caput Licinii filii conjungitur, etsi obvii sint numi Licinii filii cum hoc in antica titulo. Tamen in averfa numorum, quibus vota continentur, patris nomini solitario constanter literae D. N. adduntur. Lege non absimili Constantinus M. in antica nonnisi rarissime D. N. appellatur, in votorum nu-

mis semper, at in filio Crispo haec appellatio obvia. Quod fuerit novum hoc institutum, ut aevo hoc Domini Nostri appellatio fere Caesaribus esset propria, decidere difficile. Vide de hoc titulo plura infra in Observatis generalibus.

Addo marmor insigne Licinii nomina ac titulos complexum, quod apud Bisicam Africae veteris coloniam vidit cl. Shaw. ^{a)}

D. N. IMP. VALERIO. LICINIANO. LICINIO. AVG. MAX.
SARMATICO. MAX. GERMANICO. MAX. TRIBVNITIA
POTESTATE. X. COS. V. IMP. X. PATRI. PATRIAE. PROCONS.
COL. BISICA. LVCANA. DEVOTA. NVMINIBVS.
MAIESTATIQVE. EIVS.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei puri max. mod.	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei moduli ordinarii	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	C.

VAL. LICINIANVS LICINIVS FILIVS.

Natus Licinio ex Constantia Constantini sorore V. C. 1068 P. X. 315, et post menses abhinc XX. teste Victore altero et Zosimo dictus Caesar collegis Crispo et Constantino Constantini M. filiis. Anno P. X. 319 quadrimus cum ipso Constantino M. consul procedit. Verum anno 323 victo patre purpura, ac post triennium, ut censent nonnulli,

vita privatur.

Iovium fuisse dictum perinde ac patrem, vidimus in hujus numis. Titulum *Domini Nostri*, quem saepe jactat, vide in iisdem.

Ab anno V. C. 1070. P. X. 317. ad
V. C. 1076 P. X. 323.

a) Voyages Tom. I. p. 215.

- A. LICINIUS. NOB. CAES.
- B. LICINIUS. IVN. CAES. *vel* N. C. *vel* NOB. CAES. *vel* *similiter*.
- C. VAL. LICINIUS. NOB. CAES.
- D. D. N. VAL. LICINIUS. NOB. CAES.
- E. D. N. VAL. LICIN. LICINIUS. NOB. C.
- F. FL. VAL. LICINIUS. CAES. (Band.)

Caput laureatum, vel protome galeata cum variis attributis. Nudum in aureo unico.

Vt lit. B.

BEATA. TRANQVILLITAS. Globus coelestis impositus cippo, cui inscriptum: VOTIS. XX. AE. III. (Band.)

Obvia aversa in numis Constantini M. et filiorum. De inscriptis VOTIS. XX. agetur in tractatu de numis votorum.

Vt lit. E. Caput Licinii adversum nudum.

IOVI. CONSERVATORI. CAES. *Iuppiter d. Victoriolam, s. hastam adversus sedens super basi, cui inscriptum: SIC. V. SIC. X., pro dei pedibus aquila, infra SMNE. Est AV. (Band.)*

Conferatur cum hoc numo alter patris prorsus geminus, inscriptus: IOVI. CONS. LICINI. AVG., nisi quod in hoc, ut oportuit, votorum numerus duplus est.

Vt lit. E.

IOVI. CONSERVATORI. CAESS. *Iuppiter stans etc. AE. III. (Mus. Caes.)*

Diximus, Licinio huic eodem tempore collegas fuisse additos Crispum et Constantinum juniorem.

Vt lit. B.

VIRTUS. EXERCIT. *Vexillum inter du-*

os captivos, cui inscriptum: VOT. X. in aliis: VOT. XX. AE. III. (Mus. Caes.)

Antica varia.

VOT. V. *intra coronam, circa quam: CAESARVM. NOSTRORVM. In aliis: VOT. V. MVLT. X. CAESS. vel: VOT. XV. FEL. XX. intra coronam. AE. III. (Band.)*

Numus spurius.

Khellius ex museo olim de France numum aureum Licinii Caesaris edidit, in cujus aversa: FELICIA. TEMPORA typo solito quatuor Horarum, sed quem inter spurios ablegandum autopta ipse testari possum.

Licinius filius utrum Augustus?

Hujus suspensionem movet Bandurius ex numo musei Baudelot:

IMP. LICINIUS. P. F. AVG.

Caput Licinii filii laureatum.

FVNDAT. PACIS. *Figura nuda gradens puerulum trahit, s. tropaeum super humero. AE. III.*

Vt supra Licinium patrem contra potiore historiarum et numorum fidem ex numis aliquot ambiguis Caesarem nobis obtrudi vidimus, ita nunc juniorem ex hoc numo Augustum, de quo praestabit, opinor, idem ferre iudicium, quod de patris numis cum credito Cae-

faris titulo, et olim de numis aliquot Tetrici junioris cum titulo Augusti tullimus.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei puri, AE. I. II. formae	-	.	-	.	-	-	-	-	O.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

AVRELIVS VALERIVS VALENS.

Intrusus a Licinio, restituta deinde cum Constantino M. pace dejectus ab eodem, et vita privatus est. Haec ex Ammiano, Zosimo, Victore Tillemonitius.

IMP. C. AVR. VAL. VALENS.
P. F. AVG. *Caput laureatum.*

IOVI. CONSERVATORI. AVGG. *Iuppiter stans d. Victoriam, s. hastam, pro pedibus aquila, in imo* ALE. AE. III. (Catalog. d'Ennery p. 635.)

Ex tot Augustis, quibus Valentis nomen ex veterum testimonio fuit, huic uni, cujus modo vitam paucis dedi, in numum praesentem jus est. Paullo

ante Licinium Alexandriae, qua in urbe numus se signatum proficitur, moneta Graece inscribi consuevit, paullo post dejectum Licinium falsorum numinum argumenta e moneta ordinaria imperatorum exulare coepere, intra quod curtum intervallum unicum hunc reperio, quem dixi, Valentem. Eum Ammianus Caesarem quidem tantum dixit, at Victor alter imperatorem. *) Inter tyrannos vicini temporis, nempe Constantio Chloro, et Gal. Maximiano imperantibus, Goltzius refert eum, qui, ut ipse jactat, in numo Alexandrino dicitur AT. KAI. Γ. ΙΟΤΑ. ΟΤΑΛΕΝC. ΕΤ. CEB. L. A.

MARTINIANVS.

Licinius post varia sinistra praelia V. C. 1076 P. X. 323 bellum in Asia minore adversus instantem acriter Constantinum instaurans Martinianum officiorum magistrum sibi adscivit Caesaris nomine, ut Zosimus, et Victor alter docuere, b) at secundum Victorem prio-

rem cooptatum in imperium. *) Verum dedere sese victoris arbitrio coactus una cum Licinio morte scenicum imperium commutavit.

D. N. * MARTINIANO. P. F.
AVG. *Caput radiatum.*

a) in. Epit. c. 55.

b) in. Epit. c. 49.

c) in. Caesarib. c. 41.

MARTINIANVS.

71

IOVI. CONSERVATORI. *Iuppiter stans d. Victoriolam, s. hastam, pro pedibus aquila et captivus sedens, in arca XIII, in imo SMNA, vel SMN. Γ. (Mus. Caes.)*

Non exstant alii Martiniani numi. Citantur a Bandurio nonnulli cum epigraphe capitis: D. N. MARTINIANVS. P. F. AVG., sed hi ex Strada, Trista-

no, et Mediobarbo hausti sunt. Omnes, quos ipse viderit, aut ego, dandi casum offerunt. Percussos fuisse Nicomediae, non modo colligitur ex additis perpetuo literis SMN, sed etiam, quod Licinius extremo suo tempore apud hanc urbem confedit, et se una cum Martiniano dedere coactus est.

PRETIUM.

Aenei III. formae tantum, iique

RRR.

CONSTANTINVS M.

Natus apud Naissum Dardaniae patre Constantio Chloro, matre Helena anno V. C. 1027 P. X. 274. Diem natalem Kalendarium Dionysii Philocali figit ad III. Kal. Martias. Cum patrem Diocletianus V. C. 1045 P. X. 292 appellatum Caesarem in Gallias mitteret, filium Constantinum obsidis nomine apud se retinuit, et propter egregia morum ac virtutis specimina eximie dilexit. Diocletiano et Maximiano V. C. 1058 P. X. 305 imperio abeuntibus, ut patrem Augustum ex Caesare appellatum laetatus est, ita caput suum in gravissimis versari periculis conspexit, Gal. Maximiano, qui Diocletiano successit, neque dimittere ad patrem volente neque apertis insidiis abstinente. Quare clam Nicomedia fuga elapsus, mutilatis, ut persequentes retardaret, equis publicis sub initium anni V. C. 1059 P. X. 306 ad patrem in Britanniam evasit, quo non multo post Eboraci die XXV. Iulii extincto ipse eadem die un-

animi totius exercitus voluntate Augustus adclamatur, cuius suffragiis cum palam resistere non auderet Gal. Maximianus, qui sibi, quod Diocletiani esset successor, supremam in imperium, et ipsos etiam imperantes potestatem arrogaverat, Constantinum saltem Caesarem, atque istud aegre agnoscit, quo nomine subinde ejus numiferiri coepere.

V. C. 1059. P. X. 306.

CAESAR, PRINC. IVVENT.

Fl. Constantio Aug. VI., Gal. Maximiano Aug. VI. cos.

Constantino patris provinciae, Galliae nimirum, et Britannia committuntur. Galerius Severum Caesarem pro Constantio defuncto Augustum appellat. Paulo post Romae Augustum se item dixit Maxentius, patrique Herculo ex Lucania evocato purpuram reddit. Constantinus Francos et Bructeros vincit,

et pontem lapideum in Rheno prope Agrippinam inchoat. ^{a)}

V. C. 1060. P. X. 307.

CAESAR. PRINC. IVV. COS.

Val. Maximiano Aug. IX. Constantino Caes. cos.

Constantinus hoc anno consul testibus factis etsi mire turbatis procedit. Causas adcuratius expositas vide apud Bimardum. ^{b)} Severus Maxentium Romae obsidet, sed solvere obsidionem coactus captusque Ravennae Herculi iussu occiditur. Hercules ob hujus caedem Galerii vindictam metuens in Galliam proficiscitur, atque ibi Constantinum, ut benevolum eum sibi redderet, Augustum appellat data ei in uxorem filia Fausta. Revera Galerius Romae obsidionem adortus, sed a Maxentio depulsus et Italia ejectus Licinium pro Severo Augustum creat.

Numi Constantini Caesaris.

- A. CONSTANTINVS. CAESAR.
vel NOB. C. vel NOB. CAES.
- B. FL. VAL. CONSTANTINVS.
N. C. vel NOB. C. vel similiter.

Caput, vel protome laureata. Barbam inde ab Hadriano principibus placitam primus attondet. Ejus exemplum sequuntur successores ex eadem gente usque ad Iulianum.

Vt lit. B.

CONCORDIA. IMPERII. *Mulier stans*

d. hastam AE. II. (Mus. Caes.)

Vt lit. B.

PLVR. NATAL. FEL. *intra coronam quernam.* AE. III. (Band.)

Epigraphe hactenus et deinceps ignota, qua pius monetarius plurimos natales felices Constantino precatur. Ejus natales tres in Kalendaris produntur, unus naturalis, seu, ut vocabatur, genuinus, alter, quo creatus Caesar, tertius, quo Augustus. Vide haec comprobata apud Ducangium. ^{c)}

Numi reliqui: CONSERVATORES. VRB. SVAE. *vel* KART. SVAE. — GENIO. POPVLI. ROMANI. — HERCVLI. CONSERVAT. CAES. — MARTI. PATRI. CONSERVATORI. *vel* PROPVGNATORI. — PERPETVITAS. AVG. — PERPETVA. VIRTVS. — PRINCIPI. IVVENTVTIS. — SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. etc. quorum averfae hac aetate sunt obviae, et jam ex praecedentibus cognitae.

Eodem anno:

FILIVS AVGG.

Constantinus et Maximinus a Galerio Filii Augustorum appellantur, de quo titulo vide dicta supra in Maximino.

CONSTANTINVS. FIL. AVGG.

Caput laureatum.

CONSVL. DD. NN. *Imperator togatus stans d. globum, s. scipionem, in area Z, in imo SM. TS. Est AV. (Band. Baldin.)*

Si nomine consulum, quos memorat

a) Eumenius Paneg. c. 13. b) ad Iobert, T. II. p. 376. c) Diss. de num. inf. aevi § XLl.

averfa, intelligitur etiam Constantinus, numusque hic, quod verifimile, eodem anno eft fignatus, quo is primum conful fuit, dubium non erit, numum hunc ad annum, in quo fumus, pertinere, certumque non minus erit, jam hoc anno utrumque Caefarem dictum fuiffe *Auguftorum Filium*, quod factum in annum fequentem differt Tillemontius. Bimardus, qui numum hunc fufe explicat, *) hunc titulum anno praefenti mecum vindicat, et nomine confulum intelligendos Constantinum et Maximinum filios Auguftorum exiftimat. Bandurius recitata capitis epigraphae haec continuo fubdit: *Caput non Constantini, fed Maximini laureatum*. At certum eft teftimonio Bimardi, *) in hoc numo et epigraphen, et caput efle Constantini.

Eadem adverfa.

GENIO. AVGVSTI. *Genius ftans d. pateram, f. cornucopiae, infra SIS.* AE. II. (Muf. Caef.)

FL. VAL. CONSTANTINVS.
FIL. AVG. *Caput laureatum.*

GENIO. CAESARIS. — GENIO. FIL. AVGG. *Idem typus. In numo priore in area KPA., infra ALE.* AE. II. (Muf. Caef.)

Advertendum, Constantinum tantum in provinciis Galerio et Maximino fubjectis appellatum fuiffe *filium Auguftorum*; nam in fuis agnitus jam fuit Auguftus conferente honorem, ut diximus, Herculo, in quo dubium non eft confenfilfe et filium Maxentium Italiae et Africae dominum. Vide hos numos co-

piofe explicatos a Bimardo. *)

V. C. 1061. P. X. 308.

AVGVSTVS COS.

Val. Maximiano Aug. X., Gal. Maximiano Aug. VII. cof.

Maximinus Augufti titulum invadit Galerio primum invito, mox cedente, et Constantinum quoque in ejusdem honoris focietatem vocante. Hoc ergo anno Constantinus per totum imperium Auguftus agnofci coepit. Fuere ergo eodem tempore praeter Maximianum Herculum Augufti omnino quinque Galerius Maximianus, Constantinus, Maximianus, Licinius, Maxentius. Constantinus Herculum compertis, quas fibi paraverat, infidiis Maffiliae obfeffum ad deditionem, et privatum iterum modum adigit.

V. C. 1062. P. X. 309.

Post confulatam Val. Maximiani Aug. X. et Gal. Maximiani Aug. VII.

V. C. 1063. P. X. 310.

COS.

II. post confulatam Val. Maximiani Aug. X., Gal. Maximiani Aug. VII.

Herculum novarum infidiarum convictum morte multat, Alemannos bello persequitur.

CONSTANTINVS. P. F. A.VG.

Caput laureatum.

CONSVL. P. P. PROCONSVL. Impe-

a) ad Iobert. T. II. p. 366. feq.
(Vol. VIII.)

b) l. c. p. 375.

c) l. c.

rator flans d. globum, f. sceptrum. AV.
(Catal. d'Ennery.)

V. C. 1064. P. X. 311.

COS. DES. II.

Gal. Maximiano Aug. VIII. - - - cof.

Moritur Gal. Maximianus. Ejus provincias invadunt Licinius, et Maximianus. Audito, a Maxentio suas Romae everfas statuas, bellumque adversum se per causam ulciscendae necis paternae parari, ad bellum ipse accingitur. Ejus causa Licinio sororem Constantiam provide despondet. Teste Eusebio conspecto in aere crucis signo cum Inscriptione: *in hoc signo victor eris*, Christiana sacra palam suscipit, et crucem vexillis, clypeisque infert, de quo vide plura infra.

V. C. 1065. P. X. 312.

COS. II. DES. III.

Constantio Aug. II. Licinio Aug. II. cof.

Maxentii duces primum apud Taurinum, dein Veronam, ipsum denique Maxentium postremo praelio ad pontem Milvium prope Romam vincit, quo Tiberi hausto cruentum bellum definit. Constantinus triumphans urbem intrat. Hoc anno Indictiones incipiunt.

CONSTANTINVS. P. F. AVG.

Caput diadematum cum margaritis.

P. M. TR. P. COS. II. P. P. *Figura duplici cornuicopiae insidens d. scipionem, in area astrum. in imo PLN. AE. III. (Bimard ex mus. Rothelin B. L. T. XII. Mem. p. 425.)*

V. C. 1066. P. X. 313.

COS. III.

Constantino Aug. III., Licinio Aug. III. cof.

Licinius Maximinum vincit paullo post Tarfi mortuum, totoque Oriente potitur.

V. C. 1067. P. X. 314.

COS. III. DES. IV.

C. Ceionio Rusto Volusiano II., Anniano cof.

Bellum Constantinum inter ac Licinium incertis causis motum, credo, mutua aemulatione ac diffidentia. Post varias in Pannonia et Thracia pugnas pax redintegratur imperio sic inter utrumque diviso, ut Licinio Oriens cum Thracia et parte Moesiae, reliqua Constantino cederent.

V. C. 1068. P. X. 315.

COS. IV.

Constantino Aug. IV., Licinio Aug. IV. cof.

CONSTANTIN. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

FELIX. PROCESSVS. COS. III. AVG. N. *Imperator togatus flans d. globum, f. parazonium, in imo S. M. T. ER. AV. (Olim mus. de France.)*

Eadem adversa.

P. M. TRIB. P. COS. III. P. P. PRO. COS. *Idem typus infra PTR. ER. AV. (Mus. Caes.)*

De titulo pontificis maximi adhuc retento vide infra ad hunc titulum.

* * *

IMP. CONSTANTINVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

TRB. P. CONS. IIII. P. P. - - *Imperator sedens d. globum, f. sceptrum, infra*
TARL. AE. III. (Muf. Caef.)

CONSTANTINVS. MAX. AVG. COS. IIII. *Protome laureata d. globum cum aquila.*

SOLI. INVICTO. COMITI. *Sol flans d. elata, f. globum, in area F., infra PLC.*
AE. III. (Muf. Caef. Band.)

V. C. 1069. P. X. 316.
COS. IV.

Sabino, Rufino cof.

V. C. 1070. P. X. 317.
COS. IV.
Gallicano, Basso cof.

Kalendis Martiis Crispus et Constantinus Constantini M. filii, et Licinius Licinii filius Caesares appellantur.

V. C. 1071. P. X. 318.
COS. IV. DES. V.

Licinio Aug. V., Crispo Caef. cof.

V. C. 1072 P. X. 319.
COS. V. DES. VI.

Constantino Aug. V., Licinio Caef. cof.

V. C. 1073 P. X. 320.
COS. VI.

Constantino Aug. VI., Constantino Caef. cof.

CONSTANTINVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

FELIX. PROCESSVS. COS. VI. AVG.

N. *Imperator togatus flans d. globum, f. sceptrum, infra AQ.* Est AV. (Muf. Caef.)

Antica incerta.

P. M. TRIB. P. COS. VI. P. P. PRO-COS. *Imperator sedens in sella curuli d. globum, f. sceptrum.* AV. (Baldini.)

V. C. 1074 P. X. 321.
COS. VI.

Crispo Caef. II., Constantino Caef. II. cof.

V. C. 1075. P. X. 322.
COS. VI.

Petronio Probiano, Anicio Iuliano cof.

Ad hunc annum refertur bellum in Sarmatas, cujus et in numis fit mentio.

V. C. 1076 P. X. 323.
COS. VI.

Acilio Severo, Vettio Rufino cof.

Bellum cum Licinio nullis iterum causis satis apparentibus, sola, ut credibile, aemulatione motum. Licinium primo prope Hadrianopolin die III. Iulii, mox praelio maritimo duce Crispo, denique prope Chalcedonem XVIII. Septembris vincit, Nicomediae sponte dedititium Thessalonicam mittit, at paulo post contra datam fidem, ut nonnullis visum, occidi iubet.

V. C. 1077. P. X. 324.
COS. VI.

Crispo Caef. III. Constantino Caef. III. cof.

*V. C. 1078. P. X. 325.
COS. VI. DES. VII.
Paulino; Iuliano cof.*

Remotis aemulis et externis hostibus
fui jam juris idolorum cultum persequi-
tur et infestat, eorum multa templa aut
solo aequat suffectis aedibus Christo sa-
cris, concilio Nicaeno interest, cum
episcopis in Christi divinitatem, et ce-
lebrandi paschatis tempus inquirat, eo-
demque tempore teste Eusebio ^{a)} vicen-
nalia celebrat.

*V. C. 1079. P. X. 326.
COS. VII.
Constantino Aug. VII., Constantio Caes.
cof.*

Romam proficiscitur, et paucos ibi
menses moratus in Pannoniam abitur-
bem non amplius revisurus. Crispum
filium, et Faustam conjugem inconsulte,
ut creditur, et magna sua invidia oc-
cidi jubet. (Vide utriusque numos.)
Constantinopolin aedificare incipit. ^{b)}

*V. C. 1080. P. X. 327.
COS. VII.
Fl. Val. Constantino, Maximo cof.*

*V. C. 1081. P. X. 328.
COS. VII. DES. VIII.
Ianuarino, Iusto cof.*

Ad hunc annum pertinet marmor
Ticinense plane ex vetere more: ^{c)}

*D. N. IMP. CAES.
FL. CONSTANTINO. MAXIMO
VICTORI. AVG.
PONT. MAX. TRIB. POT. XXIII.
IMP. XXII.
CONS. VII. PROCONSVLI*

ex quo apparet etiam, Constantinum,
ex quo Caesaream dignitatem suscepit,
tribuniciam potestatem sibi vindicasse,
ut computanti patebit.

*V. C. 1082. P. X. 329.
COS. VIII.
Constantino Aug. VIII., Constantino Caes.
IV. cof.*

*V. C. 1083. P. X. 330.
COS. VIII.
Gallicano, Symmacho cof.*

Constantinopolin inde a quadriennio
aedificari coeptam magnifico apparatu
dedicat. Vide infra in numis inscriptis
CONSTANTINOPOLIS.

*V. C. 1084. P. X. 331.
COS. VIII.
Annio Basso, Ablavio cof.*

*V. C. 1085. P. X. 332.
COS. VIII.
Pacatiano, Hilariano cof.*

Gothos Sarmatis infestos, dein ipsos
Sarmatas bello petit, et obsequentes
esse jubet.

^{a)} Vita Constant. L. III. c. 15.
pag. 370. 1.

^{b)} Theophanes Chronograph.

^{c)} Maffei Mus. Veron.

V. C. 1086. P. X. 333.

COS. VIII.

Fl. Delmatio, Zenophilo cof.

V. C. 1087. P. X. 334.

COS. VIII.

L. Acontio Optato, Anicio Paullino cof.

V. C. 1088. P. X. 335.

COS. VIII.

Iul. Constantio, Cejonio Rusto Albino cof.

Imperium inter filios et ex fratre nepotes dividit, sic ut Constantino natu maximo ditiones Constantii Chlorig, Constantio Orientem, Constanti Illyricum, Italiam, Africam, Delmatio nepoti, quem Caesarem hoc anno dixit, Thraciam, Macedoniam, Achaiam, hujus fratri Hanniballiano Armeniam minorem, Cappadociam, Pontum regis nomine tribueret. Vota tricennalia hoc anno soluta.

V. C. 1089. P. X. 336.

COS. VIII.

Fl. Popilio Nepotiano, Facundo cof.

V. C. 1090. P. X. 337.

COS. VIII.

Feliciano, Ti. Fabio Titiano cof.

In medio apparatu belli, quod laetissimus ipse contra Saporem Persam paraverat, contracto morbo decedit die XXII. Maji anno imperii XXXII. aetatis LXIV.

In aestimandis tanti principis moribus rebusque gestis cautio, ne, si scripto-

ribus Christianis fidem omnem habeas, Constantinum tibi non hominem, sed deum aliquem, si Christianorum hostibus, ut Zosimo et Iuliano, hominem gravissimis flagitiis coopertum, et si quid est homine impuro abjectius, singas. Istud exploratum, illos non semper ejus vitae morumque incorruptos fuisse judices, ne scilicet in religionis Christianae vindicem invidiam deriverent. Vno ut exemplo utar, cum Zonaras aliqua ejus proferre vitia ordiretur, confestim velut injecta calamo compede, *at nolim*, inquit, *pravum quid et perversum de divino hoc viro vulgari.*^{a)} Praestabit audire Eutropium inter utroque medium, neque vel adfectu vel odio in partes tractum, qui innumeras in eo animi corporisque virtutes claruisse adserit, militaris gloriae appetitissimum, usum fortuna in bellis prospera, civilibus artibus et studiis liberalibus deditum, adfectatorem justii amoris, quem sibi et liberalitate et docilitate quaesivit. Alii, ut haec ejus decora non inficiantur, fuisse tamen ambitionis immodicum, qua ductus parem non tulit, et bella civilia concupivit, in molliore corporis cultu nimium, in aedificando, ornandisque urbibus profusum, quibus sumptibus ut sufficeret aerarium, ad injustas saepe rapinas fuisse conversum. Sane rerum secundarum insolentia fuisse mutatum in pejus, profiteri non dubitat Eutropius, ut qui primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis esset comparandus, et adserit Victor, si his vitis posuisset modum, opinione omnium,

a) Annal. L. XIII. c. 4.

qui eum votis ad usque astra extulere, haud multum abfuturum fuisse deo. Cum supplicium de Crispo praestanti virtute filio, et uxore Fauſta ſumpſit, etſi ſaltem in hac ex merito, tamen ſive crudelitatis, ſive praecipitis conſilii notam jure abſtulit, multumque inferior M. Aurelio eſt habitus, qui filium ad ſcelera prolivem, et perditis moribus uxorem tulit. Quod relictis avitis ſacris Chriſtiana palam amplexus eſt, ut intolerandum iſtud viſum vetus inſtitutum profeſſis, ſic omnibus encomiis a Chriſtianae fidei cultoribus fuit celebratum, ſed quas laudes corruptit, cum poſtremis imperii annis theologum ſe magis, quam imperatorem ferendo exceſſiſſe modum videretur, atque ex hac contentione iſtud obtineret denique, ut in celebri, quae tum agitabatur, de Chriſti divinitate controverſia jam Catholicorum, jam Arianorum partes amplexus neutris ſatisfaceret, multum adeo diſſimilis ſibi habitus, qui non multo ante datis ſeveris literis hortari episcopos neceſſe duxit, ut (verba ſunt ipſius Conſtantini) ab inanibus id genus ineptisque quaestionibus, quae puerilem magis incitiam, quam ſacerdotum ſanam mentem ſapiunt, neque ad totius religionis ſummam pertineant, aliquando ſeſe abſtinerent. ^{a)} At graviſſimum reipublicae vulnus inſlavit, ſeu cum novam ad Propontidem Romam exſtruxit, de quo agetur copioſius poſt Conſtantini monetam ad numos inſcriptos CON-
STANTINOPOLIS, ſeu quod non abſterritus recentibus exemplis imperium inter tres filios duosque nepotes diviſit

totidem futuros aemulos, et ligitatores in mutuam ruinam intentos.

Vxor I. *Minervina*, quam aliqui concubinam, non uxorem legitimam cenſuere. Fuit mater Crispi Caefaris. Ea numis caret.

Vxor II. *Fauſta* Maximiani Herculi filia. De liberis ex ea ſuſceptis agitur in ejus numis.

N V M I V A G I

ab anno V. C. 1061 P. X. 308 ad V. C. 1090. P. X. 337.

Opportune hoc loco commemoranda aliqua, quae generatim ad nonnullorum numorum, quos hic articulus complectitur, aetatem poſſunt pertinere.

I. Horum aliquos verifiſimile eſt jam anno V. C. 1061 P. X. 308 ſignatos fuiſſe, quo anno a Maximiano Herc. dictum eſſe Auguſtum conſtat. Valuit igitur Auguſti titulus jam tum non modo in provinciis Conſtantini, ſed haud dubie etiam Maxentii, nempe Italia et Africa. Verum hi numi non dignoſcuntur.

II. Creditum nonnullis, numos Conſtantini, qui Iovem, Herculem, aut alia ſuperſtitionis argumenta oſtentant, feriri deſiſſiſſe, ex quo is Chriſticolam ſeſe profeſſus eſt, quod factum diximus anno P. X. 311. Sed enim in numo ſupra propoſito conſulatus IV., quem inivit P. X. 315, adhuc *Sol invictus* comes proponitur, et eadem deliria legas etiam in numis Crispi et Conſtantini filiorum, qui ante annum P. X. 317, quo Caefares creati ſunt, ſignari

a) Euseb. in Vita Const. L. II. cap. 64 — 69.

non potuere. Verisimile ergo, haec veteris cultus testimonia tum exulare ex moneta iussa, cum victo caefoque anno P. X. 323 Licinio rerum unus positus audentior ad istud imperandum fuit. Revera in numis filii Constantii, qui eodem hoc anno Caesar appellatus est, falsae religionis indicia non amplius observantur. Non igitur satis haec numorum tempora distinxit Bimardus, cum adseruit, ex ipsis his numis palam fieri, Constantinum deinceps quoque continuasse monetam cum indiciiis veteris superstitionis ferire. *) Atque etiam vel ex hac causa suspectum videatur Zosimi testimonium, qui adhuc post motum loco Licinium patriis sacris et hariolis usum, et lustrationes propter caesum injuste Crispum Faustamque a flaminibus petiisse, tum in condita ab se Constantinopoli statuisse aedem Castorum, simulacra Apollinis et Rheae adserit, etsi negari non possit testibus ipsis scriptoribus sacris, nonnulla deinceps quoque a Constantino fuisse constituta, quae cum Christianorum institutis componi non possunt, qualia plura recenset Tillemontius, et nescio, utrum heroem suum, quem immodicis ubique laudibus in coelum effert, plane excuset. b)

III. Numi - in quorum inferiore segmento scriptum CONS., ante annum P. X. 330 signati non sunt, quia Constantinopolis, cujus nota hae literae sunt, hoc demum anno dedicata fuit.

A. CONSTANTINVS. AVG. vel P. AVG. vel P. F. AVG. vel: P. P.

- AVG. praefixo etiam IMP. vel IMP. C.
- B. CONSTANTINVS. MAX. vel MAXIMVS. AVG. vel P. F. AVG. aut similiter, praefixo etiam IMP.
- C. VIC. vel VICT. vel VICTOR. CONSTANTINVS. AVG.
- D. FL. VAL. CONSTANTINVS. AVG. vel similiter.
- E. IMP. GAL. VAL. CONSTANTINVS. P. F. AVG. (Mus. Caes.)
- F. IMP. CONSTANTINVS. P. F. INV. AVG.
- G. D. N. CONSTANTINVS. MAX. AVG. in aliis: CONSTANTIN. in aliis sine MAX.
- H. Sine epigrapha. Caput Constantini diadematum, intextis nonnunquam diademati margaritis.

Caput laureatum in plerisque omnis metalli et formae, etiam galeatum, vel protome cum variis attributis, rarius radiatum aut nudum. Frequenter caput cinctum diademate intextis margaritis. Semel caput tectum nimbo, de cujus forma et significatione agemus in tractatu de numis inferioris aevi § II. Vide infra numum: GAYDIVM. ROMANORVM.

Notandum diadema, atque istud vel purum, vel unionibus aut gemmis illustre, quod deinceps persequens, nunc primum aperte imperatoris Romani caput ambit, jam olim in Constantino nostro observatum a Victore altero: habitum regium gemmis et caput exornans perpetuo diademate. Huc vero partim spectaverit Iulianus, cum delicias ejus,

a) B. L. T. XV. pag. 109.

b) Nota 59 in Constantinum.

vitaeque luxum amare perfrinxit, tum et comam muliebrem in modum ornatam, et quae ibi alia id genus probra velut in Sardanapalum aliquem maligne despuit. ^{a)} Confirmat isthaec Chronicon Alexandrinum, quo teste Constantinus omnium *primus tulit diadema ornatum margaritis*, aliisque pretiosis lapidibus. Synesius, cum in aurea sua *περί εὐσεβείας* oratione libertate plus quam Graeca Arcadii, et ejus aetatis principum luxum deliringeret, in haec verba loquitur interprete Petavio: ^{b)} *quonam tempore Romanas res melius sese habuisse putas? num ex quo purpurati et inaurati estis, lapillosque ex montibus et barbaro mari quaesitos alios redimitis, alios subligatis, alios cingitis, alios appenditis, alios fibulatis, alios insidetis?* Ne vero intemperantius videretur locutus, jam supra offensionem vitavit hoc usus prae- loquio: ^{c)} *Nec enim istud tua culpa commissum, sed eorum, qui primi morbi illius auctores exstiterunt, pestemque eam summo in pretio habitam temporum successionis tradiderunt.* Quibus verbis sugillari Constantinum, ex modo dictis colligi potest.

Observandum denique caput in coelum intuens, quale saepe in aureis ejus argenteisque numis occurrit, nullo altero ante ac postea exemplo. Audiamus scriptorum de hoc corporis habitu judicia. Ac primo quidem Eusebius in haec verba: *At vero quanta vis ferventis fidei ejus fuerit animae infixae, vel eo quis intelligat, quod in numis aureis ita imaginem suam exprimi curavit, ut videretur sursum intueri precantis more in Deum*

intentus. Ejus quidem numi exemplaria omnes Romani imperii fines pervasere. Verum nisi magnopere fallor, hunc quoque capitis modum Iulianus, ut ejus omnia, derisui habet; nam huc collimasse videtur, cum narrat, ^{d)} Constantinum in deorum concilium vocatum juxta Lunae limen adhaesisse; *eam enim*, verba sunt ejus, *prorsus deperibat, totusque in eam intuens nihil de victoria laborabat.* Sane gestus hic, quem numus refert, est hominis lunam aut sidera suspicientis; unde jocus. Nolim utrique scriptori in causa praesente omnem haberi fidem, quorum ille in Constantino suo nil nisi sanctum et coeleste, alter nil nisi lannis et opprobriis dignum videt. Forte aliud Constantino propositum non fuit, quam ut similis videretur Alexandro M., quem simillimo habitu fuisse effectum non scriptores modo veteres, sed et residua monumenta testantur, ut docuimus in ejus regis moneta. Forte et diadema ab hoc mutuatus est, quo primus imperatorum caput cinxit, nimirum ut et hoc eum referret, quem imitari volebat. Quid quod ab eodem *Maximi* titulum, quo saepe in numis utitur, cepisse videtur aucta in majus vanitate, cum Macedoni non nisi *Magni* elogium tribueretur, de quo vide plura infra sub finem in nominibus Constantini. Huc facit cumprimis, quod militaris gloriae fuisse adpetentissimus Eutropio dicatur. Hanc ille cupiditatem si paullulum intendit, en tibi continuo alteram, ut non modo rerum gestarum laude, sed ore etiam, ac gestu prototypon suum referret. Quae hic de Ale-

a) in Caell. sub fin.

b) Pag. 16.

c) Pag. 14.

d) in Caell. sub fin.

xandro sola inductus conjectura memoraveram, eximie roborantur verbis Eumenii in panegyrico, quem circa annum P. X. 310 ad praesentem Constantinum dixerat. Is cum primum in hoc praeclaram corporis formam, fulgorem oculorum, venerandam pariter et gratam maiestatem collaudasset, mox addit: *talem MAGNUM illum REGEM*, (Alexandrum intellige) *talem Thessalum virum* (Achillem) *mente concipio, quorum summa virtus pulchritudini conjuncta celebratur.* ^{a)} Idem infra ad eundem Constantinum: ^{b)} *Vidisti, teque in illius specie recognovisti, cui totius mundi regna deberi vatum carmina divina cecinerunt. Quod ego nunc demum arbitror contigisse, cum tu sis, ut ille, juvenis et laetus et salutifer, et pulcherrimus imperator.* En tibi certum indubitatumque Alexandrum. Qui tam patienter audire auribus sustinuit, esse se Alexandri cum virtute, tum forma simillimum, num incredibile videbitur, eundem et Alexandri gestum aut vere adfectasse, aut se eo fingendum curasse? aut an ausus fuisset Eumenius tam impudenter palpari Constantinum, nisi novisset rem gratam futurum imperatori, Macedonum eum regi utrinque adsimilando? Haec quae modo disputavi, si verisimilia videbuntur lectori, Constantinum propter hunc elati oris gestum neque continuo cum Eusebio velut uni coelo adfixum statuimus, neque cum Iuliano amaris conviciis impetemus, si hominem eum aequae meminerimus, a quo nihil humani alienum. Ceterum inique Iulianus Con-

stantino amorem lunarem exprobrat. Nam si turpe, habere lunam amasiam, multo turpius habere solem catamitum, quam infamiam passim ipse sibi in suis operibus adspersit, ut dicetur in ejus moneta.

*
AVGVSTVS. ^{*}Caput Constantini laureatum.

CAESAR. scriptum intra quernam. AR. m. m. (Band.)

Perpicuum videtur, Constantinum feriundis his numis adfectasse decus servatorum a Maxentii saevitia civium sumpto exemplo ex numis Octaviani, cum quibus praesens typo conspirat. Teste Victore ^{c)} Maxentii nece incredibile, quantum laetitia gaudioque senatus ac plebes exultaverint, quos in tantum adflictaverat, ut praetorianis caedem vulgi quondam adnuerit.

*
*
*
Vt lit. B.

CONSTANTINIANA, DAFNE. *Victoria columellae insidens d. hastam, s. palmam, juxta tropaeum cum adsidente humi captivo, in imo CONS.* Est AV. (Catal. d' Ennery.) AR. (Tanini.) AE. III. (Muf. Caes.)

Iuvat proponere varia eruditorum de hoc numo judicia. Fuere, qui censerent, eo indicari Daphnen celebre Antiochiae suburbium, forte a Constantino aedificiis ornatum. At valde miratur Bandurius, potuisse eruditum in mentem venire, decoratum fuisse a principe locum, in quo oraculum ad Iuliani aetatem perdurasse constat. At enim

a) Cap. XVII. b) Cap. XXI. c) in Caesarib.
(Vol. VIII.)

qua ratione purgabit Constantinum, qui teste Suida, quem citat Tillemontius, *) apud eandem Daphnen mortuae matris pientissimae Helenae simulacrum statui iussit? Huic sententiae praefert aliam, quae hos numos ad Daphnen palatii Constantinopolitani partem refert, de qua scriptor anonymus Graecus, quem citat: *Daphne ita dicta est, quod statua ibi collocata esset, quae Daphne appellabatur. Ipsa autem ex urbe Roma delata fuit, ubi et oraculum erat.* Omnium maxime verisimilis sententia est jam producta a Gretsero aliisque, intelligendam Daphnen castrum, quod in Danubii ripa a Constantino exstructum tradit Procopius, b) a quo in Notitia imperii appellatos videmus *Constantini Dapnenses*. Hanc sententiam amplexus quoque est Spanhemius, quem lege copiosius disputantem Tom. II. p. 613, ac praecipue in Observationib. ad Iuliani imp. Orationem I. p. 266.

*
*
*
Vt lit. A.

CONSTANTINO. P. AVG. B. R. P. NAT. *Imperator paludatus stans d. globum, s. hastae adnixus.* AE. II. (Band.)

Diu in his numis lectum BAP. NAT. pro BRP. NAT. veteres antiquarios induxit, ut crederent, esse eos certa ac sincera monumenta suscepti a Constantino baptismi, quos inter fuit Begerus quoque. c) Inveteratum errorem felici-

ter difflavit Harduinus restituendo lectionem veram, ut eam proposuimus, eamque explendo: *Bono Rei Publicae Nato*, juvantibus marmoribus, quae exstant apud Gruterum pag. 159. 283. 284. 1023. Idem numus explicatur in Hist. Inscript. Tom. I. p. 259. Etiam Magnus Maximus, ejusque filius Fl. Victor in hujus numis dicuntur BONO. REI. PVBLICE. NATI.

*
*
Vt lit. H.

CONSTANTINVS. AVG. *Victoria gradiens.* In aliis: *una pluresve laureae junctae.* AV. AR. AE. III. (Mus. Caes.)

CONSTANTINVS. MAX. AVG.

Caput laureatum.

CONSTANTINVS. AVG. *Victoria gradiens, infra* CONS. AV. (Mus. olim de France Vindob.)

Notanda in his numis epigraphe capitibus aut omissa in antica, et in aversa trajecta, aut in aversa repetita, cujus plura habentur in moneta Constantini exempla.

Vt lit. B.

CONSTANTINI AVG. *Duae Victoriae stantes coronam una tenent, cui inscriptum* VOT. XXX., *in imo* T. Est AV. max. mod. adpendens aureos Hung. fere 8. (Mus. Caes.) *)

Conjungendae in praeclaro hoc, neque adhuc cognito numo binae epigra-

a) ad ann. P. X. 327.

b) L. IV. de Aedific. Iustin.

c) Thef. Br. T. III. p. 178.

*) Est hic numus pars illustris ejus thesauri aurei anno proxime elapso 1797. in Hungaria prope Szilagi-Somlyo monti Magurae aditum reperti, et complexi numos aureos eo volumine, quo majores usque modo conspecti non sunt. Quas ego recentes musei Caesare opes hoc adhuc anno cum eruditis communicare constitui.

phes partes avulsae, sic ut sensus sit:
VOTA XXX. CONSTANTINI. AVG.

Vt lit. H.

CONSTANTINVS. CAESAR. *Victoria gradiens.* AV. (Mus. Caes.) In aliis: *Tres spicae erectae.* AR. (Band.)

Epigraphe averfae Constantinum filium notat, ut mox eodem exemplo et Crispum videbimus. Typus trium spicarum allegoricus certe, cui explicatum nimio vagum quaesivit Bandurius. Verisimile est, quod censet Baldinius, indicari tres Caesares Crispum, Constantinum, Licinium in spem reipublicae succrescentes, aut verius, si extremis Constantini annis signatus est numus, existimo, intelligendos tres Caesares filios, suggerente iudicium istud Eusebio, qui Constantinum in trinis filiis Caesaribus secundum tritico comparat. ^{a)}

Vt lit. H.

CRISPVS. CAESAR. *Victoria gradiens.* AV. (Band.)

Vt lit. A. et B.

CRISPVS. ET. CONSTANTINVS. IVN. NOB. CAES. *Viriusque caput laureatum se respiciens.* AV. (Band.) In aliis: CRISPVS. ET. CONSTANTINVS. CC. *Idem typus, sed capita nuda.* AR. (Mus. Caes.)

Vt lit. B.

DEBELLATORI. GENTIVM. BARBARVM. *Duae figurae militares paludatae stantes, quarum dexterioe galeata s. scutum tenet, d. capiti pueruli stantis innixa, sinisterioe dextera extenta, s. paluda-*

mentum colligit, in imo: GOTHIA. TR. Est AV. (Morelli Specim. tab. VII.)

Vt lit. C.

DEBELLATORI. GENT. BARBAR. *vel GENTT. BARBARR. Imperator eques spiculum in captivum vibrat, sub equi pedibus alter prostratus.* AE. max. mod. (Band.)

Ad Gothos debellatos pertinent hi numi, de quo argumento agam infra ad numum: VICTORIA. GOTHICA.

Vt lit. G.

EQVIS. (sic) ROMANVS. *Imperator eques pacificatoris habitu, infra SMN.* AV. max. mod. (Mus. Caes.)

Singularem hunc numum explicare aggressus Khellius nihil reperit validum, quo posset aenigma expediri, ^{b)} neque me ego magistro meo ausim feliciorum sperare, nisi forte ad *Principem juventutis*, quo Constantinus titulo, etiam cum Augustus jam esset, in numis frequenter utitur, adludit, atque hic *καὶ ἐξοχὴν* appellatur EQVIS ROMANVS, cum princeps juventutis idem esset ac princeps equestris ordinis. Notandum in hoc numo insolitum EQVIS pro EQVES.

Vt lit. B.

EXVPERATOR. OMNIVM. GENTI-VM. *Figura militaris spoliis insidens inter duos captivos humi sedentes d. Victoriolam, s. hastam.* AE. max. mod. (Band.)

Plena est Constantini moneta novis immodicisque titulis, sed quos fastidias, etiam cum veri sunt. Vidimus in

a) Vita Constant. L. IV. c. 72.

b) Subplem. p. 238.

Commodi numis Iovem *Exuperantissimum*, tum vero Commodum ipsum *Exuperatorium*, derivato etiam hoc nomine in mensem Decembrim.

Vt lit. A.

FELICIA. TEMPORA. *Quatuor Horae cultu solito.* AV. (Band.)

Vt lit. A.

FELICITAS. REIPVBLICAE. *Imperator sedens in suggestu adstantibus pone duabus figuris paludatis hastatis, infra tres figurae flexis genibus manum attolentes.* Quin. AV. (Mus. Caes.)

Nimirum parta felicitas barbaris ad petendam pacem adactis.

Vt lit. A.

GAVDIVM. ROMANORVM. *infra ALAMANNIA.* In aliis *infra: FRANCIA. Tropaeum, juxta quod mulier moesta humi sedens.* AV. (Mus. Caes.)

Vt lit. A. Protome Constantini capite nimbato d. globum, cui insitit Victoriola.

GAVDIVM. ROMANORVM. *infra: FRANC. ET. ALAM.* *Tropaeum, juxta quod hinc et illinc mulier moesta humi sedens.* AV. (Morelli Specim. p. 82.)

De Francis et Alemannis a Constantino saepe, et vario tempore devictis pleni sunt ejus aetatis scriptores cum sacri tum profani, tum et panegyricorum conditores. Vt suapte volupe est audire hostes suos bello attritos, sic poterant etiam Alemanni et Franci in sensu populi Romani, quem spectaculorum atrocitate supra modum delectatum novimus, *gaudium Romanorum ve-*

re dici. Nam Constantinus noster teste Eutropio ^{a)} *caesis FRANCIS atque ALAMANNIS reges eorum cepit, et bestias, cum magnificum spectaculum muneris parasset, objecit.* Atque ab hoc tempore *Ludi Francici*, qui notantur in Kalendario Philocali, quod Lambecius ex bibliotheca Caesarea edidit, agi coepere.

Praeter Franciam et Alamanniam vidimus supra etiam scriptum in imo GOTHIA in numo DEBELLATORI etc.

Nunc primum occurrit caput Augusti nimbo cinctum, cujus serius usus magis invaluit, ut dicemus in tractatu de numis inferioris aevi § II.

Vt lit. A.

GLORIA. EXERCITVS. GALL. *Imperator eques pacificatoris habitu.* AV. (Band.) AR. (Mus. Caes.)

Vere dictum, nam exercitui Gallicano Constantinus laeta primordia et victum Maxentium debuit.

D. N. CONSTANTINVS. P. F. AVG. *Caput Constantini velatum, pone A.*

IN. HOC. SIN. (sic) VIC. *Monogramma Christi imminente astro, in area S. C. Est AE. max. mod. (Mus. Pisani tab. 81.)*

Numisma istud adeo multis ex causis est insolens, ut non verear propalam adulterinis accensere, neque a sententia dimoveri me patiar auctoritate adprobantium illud sive Mazzoleni in suis ad Pisani numos commentariis, sive recentiore cl. Toderini in dissertatione sua Italice scripta de Constantiniana crucis

a) L. X.

apparitione pag. 60. De monogrammate Christi agemus infra ad numum: SPES. PVBLICA.

Antica varia.

IOVI. CONSERVATORI. etc. numi in Constantino quoque obvii, de quibus vide, quae mox initio *numorum vagorum* monui.

Vt lit. A.

LIBERATOR. ORBIS. *Imperator eques d. elata, sub equi pedibus leo jacens.* AE. III. (Band.)

Novus titulus captus ex conculcatis sive aemulis, sive barbaris, qui utrique orbi perniciosi fuere, et in hoc numo imagine conculcati leonis adumbrantur.

Antica varia.

MARTI. CONSERVATORI. — MARTI. PATRI. CONSERVATORI. — MARTI. PATRI. PROPVGNATORI. — MARTI. PATR. SEMP. VICTORI. *variis Martis typis.* AE. II. (Mus. Caes.)

Antica varia.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *typis variis in omni metallo et forma.*

Vt frequens est hic titulus Constantino etiam Augusto in numis adiectus, ita deinceps in Augusti cujuspiam numo non amplius reperitur.

Vt lit. A.

PRINCIPI. PROVIDENTISSIMI. *Cippus, super quo noctua, et epigraphe: SAPIENTIA, hinc galea, illinc clypeus et hasta.* AV. AR. (Mus. olim de France, Band.)

Parum differunt hi numi ab aliis inscriptis: SAPIENTIA. PRINCIPIS, quos dabimus infra.

Antica incerta.

RECVPERATOR. VRBIS. SVAE. *Miles stans imperatori sedenti Victoriolam offert.* AE. III. (Catal. d'Ennery, Bimard ad Iobert. T. I. p. 272.)

Numi epigraphe ut nova, et insolens, sic proni explicatus.

Vt lit. A.

ROMAE. RESTITVTAE. *Roma sedens d. florem, s. globum zonis divisum.* AE. III. (Mus. Caes.)

Nimirum caeso urbis tyranno Maxentio, quo nemo atrocius Romae incolae adflixit. Vere secundum hunc numum refert Victor, ^{a)} aegerrime populum Romanum Constantini mortem tulisse, quippe cujus armis, legibus, clementi imperio quasi novatam urbem Rom. arbitraretur.

Vt lit. B.

SALVS. REIP. *Pons lapideus trium fornicum, super quo Victoria gradiens f. tropaeum super humero, dextera imperatori insequenti cum hasta et clypeo viam commonstrat; utrique occurrit barbarus supplice gestu, infra figura fluvii decumbentis scripto juxta DANVBIVS.* AE. max. mod. (Pellerin Mel. I. p. 215.)

Vt lit. B.

SALVS. REIP. *Pons lapideus trium fornicum, super quo miles d. hastam mulierem fugientem et respectantem persequitur, aut forte viam commonstrantem insequitur,*

a) ia Caesarib.

juxta aliae duae supplices flexis genibus; hinc fluuius humi sedens d. urnam, ex qua aqua profluit, s. arundinem, inde turris, in ipso flumine duae naves cum remigantibus, in imo: DANVVIVS. AE. prae-grandis moduli. (Mus. Caes.)

De his numis, quia historiam juvant, curatius agendum. Primus numum his similem ante annos bene multos, scilicet 1559, edidit Sebastianus Erizzus.^{a)} Eum reticet Occo inter numos Constantini nostri. Alium ab Erizziano parum diversum inter numos suos exhibet Oiselius,^{b)} quem deinde in catalogum suum ad annum P. X. 328 recepit Mediobarbus, et, nescio, quo auctore, *aureum* pronunciat, cum tamen metallum taceat Oiselius. Mediobarbum haud dubie indicem secutus Baldinius inter aureos illi locum dedit. Bandurius id genus numos ipse non vidit, unumque testem Mediobarbum appellat. Eorum igitur fides major non est, quam quantam praestare possumus aut Erizzo, aut Oiselio, aut Mediobarbo. Istud adfirmare possum, numum ex his alterum, quem ex museo Caesareo indicavi, offerre multa, quae suspectum reddunt, aut potius plane condemnant, etsi mercem ex Romano Carthusianorum museo advectam probaverint Itali ejus aetatis antiquarii, et video, Frölichium quoque in eo adprobando fuisse difficiliorum.^{c)} Neque mitiorem meretur censuram is, quem ex Pellerinio sitti. Enimvero literarum in eo forma, si modo pictura archetypo respondet, Neronis aut huic vicinum aevum sapit, certe

eius aetatis, in qua sumus, non est. Non auderem diversum sentire a viro maximae in scientia nostra auctoritatis, nisi fateretur ipse, aliis quoque numum suum visum fuisse suspectum, quorum deinde judicia ut refelleret, nequaquam, quod faciendum maxime fuerat, argumentis a fabrica petitis absolvere numum laboravit, sed probare aggressus est, Constantinum perinde atque olim Trajanum lapideum in Istro pontem facere *potuisse*, quod nemo negaverit.

Suspectis igitur horum numorum testimoniiis nondum adsentiri cogimur auctoritati Chronici Alexandrini, quod ad annum P. X. 328 refert, Constantinum iterum ac saepius Danubium transgressum, et pontem in eo *LAPIDEVM fecisse*, (*γεφυραν λιθινην.*) aut Theophanis idem narrantis,^{d)} et satis inepte factum istud jam anno imperantis Constantini XXII., jam XXIV. adfigentis. Pontis lapidei molimen in Danubio, quantus in Moesia fluit, majus est, quam ut sufficere ad fidem extorquendam possit Chronicon tot nugis naeniisque refertum. Et vero si is opere caementicio fuit, necesse esset, ejus hodieque aliqua exflare vestigia, ut exstant pontis Trajani duobus fere saeculis vetustioris, quae tamen adhuc per omnem ejus aevum comperta non sunt. Novi equidem, Constantinum in Rheno apud Agrippinam pontem lapideum anno P. X. 310 molitum, de cujus veritate dubitari nequit, cum istud adserat Eumenius in panegyrico, quem praesenti Constantino dixerat.^{e)} At quo tempo-

a) Discorso sopra le med. p. 567.
d) in Chronographia.

b) Tab. 24.
e) Panegy. VII, cap. 13.

c) Cimel. Vindob. Parte II. p. XXV.

re haec dixit Eumenius, inchoatus tantum fuit, interruptum autem fuisse opus, eo colligunt eruditi, quod nullae ibi tantae substructionis in flumine supersunt reliquiae. Et vero consilium faciendi in Istro pontis lapidei tanto esse debuit priore impeditius, quanto Ister Moesiae Rhenum aquarum mole excedit. Vtriusque Victoris testimonia, quae nonnulli huc arcessunt, nihil decidunt, quorum ille in Constantino; *pons per Danubium ductus*, alter: *hic* (Constantinus) *pontem in Danubio construxit*, at neuter addit: *lapideum*. Quare vero est similis, non fuisse nisi navalem, qui si iunctus fuit, ubi flumen ad exitum properat, quo loco propter collectas ex media Europa aquas immensus fertur, non minoris opus moliminis intelligemus, quam olim fuit Xerxis Hellepontum ponte iungentis, a tot scriptoribus copiose celebratum. Eodem in tractu Iarium Hyfaspis, cum bellum Scythis inferret, suum traduxisse exercitum facto in Istro ponte narrant Herodotus, Strabo, ^{a)} et Trogus, sed et hic navalis tantum fuit. Comes Marfilius, quo loco de jactato hoc Constantini ponte loquitur, ^{b)} perlustrato per omnem hunc tractum flumine, cum nullas reperisset tanti operis reliquias, narrat, audita sese ab accolis accepisse, cum Danubius subsidere solet, prominere ex ejus superficie trabes ligneas paullo supra eum locum, quo Aluta cum Danubio miscetur. Vix credam, pontis lignei vel ipsas reliquias saeculis XIII. et amplius durare posse, in quod inquirant alii. Mihi ad causam praesentem satis

esto, ipsi Marfilio totam eam viciniam, fluminisque meatum attente perscrutato nihil de ruinis caementiciis pontis Constantiniani unquam fuisse compertum. Quare nisi a viris pluribus rei numismaticae egregie peritis similem approbari numum intellexero, licebit de exstructo in Danubio ponte lapideo dubitare. Ceterum si veros demus hos numos, graphice secundum eorum typum dixit Eumenius: ^{c)} *insuper etiam Agrippinensi ponte faciundo reliquiis adflictae gentis insulas, ne unquam metus ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat.*

Vt lit. A.

SAPIENTIA. PRINCIPIS. etc. Vide numos similes in Licinio, tum et alios Constantini inscriptos: PRINCIPIS. PROVIDENTISSIMI, quos supra dedi.

Vt lit. A.

SARMATIA. DEVICTA. *Victoria vario cultu.* AR. AE. III.

De bello Sarmatico et Constantini victoriis vide Zosimum.

Vt lit. A.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.* AV. AE. III. (Band. Mus. Caes.)

Vide, quae ad numos similes in Licinio notavi.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAX. P. F. AVG. *Protome laureata, in ambitu XII. signa Zodiaci.*

S. P. Q. R. QVOD. INSTINCTV. DIVINITATIS. MENTIS. MAGNITVDINE. CVM. EXERCITV. SVO. TAM.

a) L. VII. p. 409.

b) Danub. T. II. p. 37. seq.

c) L. VII. p. 409.

DE. TYRANNO. QVAM. DE. OMNI. EIVS. FACTIONE. VNO. TEMP. IVSTIS. REMP. VLTVS. EST. ARMIS. ARC. TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT. *intra coronam lauream.* AE. max. mod. (Band. Pembrock P. III. tab. 89.)

Esse ex contorniatorum genere affirmat Bandurius. Qualiscunque dicatur, mihi opus antiquum non videtur. Quidquid erit, elogium hoc idem omnino est, quod in hunc diem legitur in arcu Constantini Romae prope amphitheatrum Flavium erecto causa victi Maxentii, et reipublicae ejus metu liberatae. Verba: *instinctu Divinitatis* ex multorum recentiorum mente ad famigeratam divinae crucis apparitionem, de qua continuo, sunt referenda.

Vt lit. B.

SPES. PVBLICA. *Serpens, cui insitit labarum, cui superpositum est monogramma Christi.* AE. III.

Hic numus exstat apud Ducange, ex quo eum Bandurius hausit, tum Oisellium. ^{a)} Similem, eumque integerrimum vidi in illustri museo principis de Waldeck scripto infra CONS., id est: CONStantinopolis. Iudicibus Ducangio et Oiselio indicat hic typus, in contritione veteris serpentis per nomen Christi *spem publicam* consistere. Me autem commonefacit ejus, quod narrat Eusebius, ^{b)} Constantinum publice proposuisse effigiem suam, cujus capiti imminebat salutare signum, et sub pedibus erat diabolus draconis forma.

Si sacros infimi aevi scriptores audias, obvius esse oporteret Constantini numos crucis, aut etiam ipsa Christi insignes imagine. Testatus utrumque est Ioannes Damascenus. ^{c)} *Pietatis, inquit, in Christum verum Deum nostrum praecipuum argumentum fuit, quod imperatorio ac publico numismati salutaris crucis, quod in coelo viderat, signum, Christusque Dei hominis venerandam imaginem cum sua ipsius imprefferit.* Et refert Sozomenus, ^{d)} Constantinum imaginem suam seu in numis expressam, seu pictam in tabulis iussisse semper divino crucis signo inscribi et consignari. Haec si de consequentium imperatorum numis essent effati, lubenter eorum sententiae accederem. Verum excute universam Constantini monetam, nunquam in ea aut Christi imaginem, aut Constantini effigiem cruce insignem reperies, nisi forte boni hi, ac religiosi viri in monumentis his cruces videre amabant, quae aut cruces non fuerunt, aut ut cruces Christianae intelligerentur, hoc consilio ab artificibus formatae non sunt. Constat enim, jam ante Constantini tempora cupidos ecclesiae patres res quasunque in crucis formam convertisse. Iustino martyri et philosopho cruces fuisse vexilla, et tropaea, quibuscum, inquit, vos Romani semper in publicum proceditis, ac in eis vestri imperii et potestatis insignia constituitis, licet id ipsi non advertatis. Quin, addit, et morientium apud vos imperatorum imagines in hanc formam consecratis, eosque literis inscriptis appellatis de-



a) Tab. LIV. 11.
d) H. E. L. I. cap. 8.

b) Vita Constant. L. III. cap. 3.

c) in Synod. ad Theophil.

os. ^{a)} Atqui idem vir sanctus paullo supra etiam eo bruta distingui ab hominibus adferit, quod hi in vultu nasum a fronte prominentem habent, qui manifestam ostendit crucis formam, cui propterea applicat illud Ieremiae in Threnis: *Spiritus ante faciem nostram Christus dominus*. Narrant Socrates, ^{b)} et Sozomenus, ^{c)} cum Alexandriae imperante Theodosio M. Serapidis templum destrueretur, inventos in eo esse lapides literis hieroglyphicis notatos, quae crucis formam referebant. Quis negaverit, similes literas fuisse mysticum Aegyptiorum *Tau*, quod crucem adsimilabat, in horum monumentis passim obvium? At malebat inepta Christianorum credulitas eas religioni suae vindicare, iisque venturam vitam portendi. Quod si forte fortuna bonis his viris oblata fuissent tetradrachma Attica, aut gravia illa Ptolemaeorum numismata aenea, quorum non paucis insculptum est monogramma XP ad eum plane modum, quo numi, de quibus continuo agam, notati sunt, quam amabo illis dentivissent dentes, ut divinam hanc notam palato suo adcommoarent, dejerarentque, salutare hoc lignum, et si aliud vellent monetarii, fuisse venturae veritatis praesagium quoddam, et praefensionem? Ad causam ut revertar, quod unum in Constantini numis Christiani cultus indicium reperitur, est monogramma Christi labaro in aeneis III. formae, inscriptis GLORIA. EXERCITVS, quorum aliquot exemplaria sunt

in museo Caesareo, aut infixum areae numi aurei cum epigraphe VICTORIA. CONSTANTINI. AVG., quem protulit Bandurius et nos infra loco suo. Ut adeo ex numis pertinax ejus in vetera sacra odium, et adversum Christiana adfectus probari non possit. Numum Constantini cum inscriptione in averla: IN. HOC. SIN. VIC., quem altius proposui, quique monogramma Christi offert, videri spurium, ibidem dixi.

Cum hic monogrammati Christi primum injecta sit mentio, quod deinceps frequentem in moneta typum faciet, aliqua de eo paucis memoranda. Fingitur illud in numis hoc modo  aut . Monogramma prioris modi conspiciatur etiam in tetradrachmis Atticis, et in numis Ptolemaeorum gravis aeris, ut continuo diximus, sed incerta significatione. In numis hujus aevi sunt certae literae ἀρχαῖασι nominis Graeci XP1505, hujusque monogrammati, et quale comparet in numis, veracem picturam dedere Eusebius, ^{d)} et Lactantius. ^{e)} In numis jam typum principem facit, jam inferitur labaro aut vexillo, jam in area numi solitarie excubat, jam aliis, ut patebit, comparet modis. Paullo altius diximus, in nonnullis jam Constantini numis illud vexillis infixum conspici, quod idem ejus jussu factum docuere Sozomenus, aliique. Permotum ad istud pium principem iidem ajunt, ex quo bellum in Maxentium meditans pendulam in aere post meridiem crucem cum toto exercitu conspexit, quod

a) Apolog. I. § 55.
L. I. c. 31 et L. IV. c. 21.

b) H. E. L. V. c. 17.

c) H. E. L. VII. c. 15.

d) Vita Const.

e) de Mortib. persec. c. 44.

(Vol. VIII.)

factum, tacentibus adversae partis scriptoribus omnibus; ab ipsius Constantini ore acceptum primus vulgavit Eusebius, ^{a)} post ab eodem haustum tradidere plures, a nostrae aetatis critica vario adsensu acceptum, quod, quippe a meo instituto alienum, praetereo, et videri potest, ut scriptores alios taceam, in laudata altius Toderini dissertatione, et in eruditissimo opere Gibboni Angli. ^{b)}

Vt lit. A.

VBIQVE. VICTOR. *in aliis* VICTORES.

Imperator paludatus stans inter duos captivos hami sedentes d. hastam, f. globum.

AV. (Band.) Quin. AV. (Mus. Caes.)

Hoc nomine praeter Constantinum nostrum intelliguntur etiam Licinius, et Constantinus junior, in quorum numis eadem occurrit averfa.

Vt lit. C.

VICTOR. GENTIVM. BARBARAR.

Imperator eques barbarum telo profernit altero sub equi pedibus jam occiso. AE. max. mod. (Vaillant.)

Numus est ejusdem rationis cum altero supra laudato: DEBELLATORI etc.

Vt lit. A.

VICTOR. OMNIVM. GENTIVM. *Imperator paludatus stans d. signum militare, hinc duo barbari flexo genu supplices, illinc captivus humi sedens.* AV. AR. (Mus. Caes.)

Sociandus alteri simili: EXVPERATOR. OMNIVM. GENTIVM. Laudes

toties ad taedium usque repetitae et exaggeratae, quas in nullius alterius moneta tanta copia et tam secundo ad reperiundas novas ingenio obtrusas videas, dubitare faciunt de modestia, quam in Constantino supra modum praedicavere Eusebius, ejusque adseclae, juvantque Victorem alterum diserte adferentem, fuisse eum ultra, quam aestimari possit, laudis avidum. Numos hos forte esse Constantini junioris, verisimile dicam ad numum Constantii II. cum simili averfa.

Vt lit. G. sine MAX.

VICTORIA. AVGGGG. *Mulier galeata sedens d. Victoriolam, f. hastam.* AR. (Band.)

Forte hic numus certius est Constantini III. tyranni, ut dicetur in hujus numis.

Vt lit. B.

VICTORIA. GOTHICA. *Victoria stans d. coronam offert figurae galeatae et hastatae clypeo insidenti, et f. figuram inclinatam proturbat.* AE. max. mod. (Mus. Albani.)

De bello Constantini Gothico prolixè Tillemontius ad annum P. X. 332, et Spanhemius ad Iuliani Orat. I. p. 93. Verisimile est, ejus feliciter confecti causa constitutos ludos Gothicos, quos Kalendarium Philocali a Lambecio editum ad prid. Non. Febr. adfigit.

Vt lit. B.

VICTORIA. CONSTANTINI. AVG. *Victoria gradiens d. tropaeum, f. palmam, in area monogramma Christi.* AV. (Band.)

a) Vita Const. L. I, c. 23.

b) Hist. of the decline of Rom. emp. chap. 20.

Rarum istud monogramma in numis Constantini, ac praecipue in aureis, ut dixi altius sub SPES. PVBLICA.

Vt lit. A.

VICTORIBVS. AVGG. NN. — VOTIS. *Victoria adversa stans clypeum tenet, cui inscriptum: XX. Est AV. (Mus. Caes.)*

Olim in hoc numo legi XXX. pro XX., ut videre est in Catalogo musei Caesarei. Verum cum Vota XXX. cum AVGG. NN. componi non possint, attentius cum iterum inspexi, et patuit, superiores clypei flexus *re* X speciem praebere.

Vt lit. A.

VIRTVS. EXERCITVS. GALL. *Mars nudus gradiens inter duos captivos humi sedentes, d. hastam, s. tropaeum. AV. (Mus. Caes.)*

Huic respondet numus supra productus: GLORIA. EXERCITVS. GALL. Observandum hoc loco, Constantino non solum exercitum Gallicum ex hominibus conflatum praesto fuisse, sed coelestem etiam, si vera sunt, quae narrat Nazarius, sed orator, in Panegyrico, quem Constantino nostro dixit, ^{a)} scilicet in ore esse omnium Galliarum, exercitus visos, qui se divinitus missos ad ferendam Constantino opem prae se ferebant. Eorum deinde formam, armorumque cultum describit, atque ex hac agminum coelestium apparitione non negandam esse fidem ait rumoribz veteri, etsi plerique fabulam malint, primis reipublicae temporibus Castorem et

Pollucem Romanis in acri praelio adfingere visos. Miremur hominum ejus aetatis patientiam, qui obtrusas sibi ab oratore infulso veteres has naenias accipere auribus sine molestia potuere, etsi id genus aniles fabulas non modo patienter tulit, sed credere se etiam professus est Iulianus dictus philosophus, uti in hoc docebimus. Similis averfa exstat in moneta Constantis Aug.

Vt lit. B.

VOTA. ORBIS. ET. VRBIS. SEN. ET. P. R. *Cippus, cui inscriptum: XX. XXX. AVG. impositus basi quadratae infra AQS. Est AR. max. mod. (Mus. Caes.)*

Singularem hunc numum, qui epigraphen necdum in regno monetario cognitam sinit, haud ita pridem ex tenebris erutum museo Caesareo vindicavi, et aeri incisum fitti in ejus catalogo Tom. II. p. 560. Similis tamen numi saltem picturam vidit Morellius, ut ipse testatur, ^{b)} nisi quod cippo inscriptum legitur: XX. XXX. MVL. FEL.

Vt lit. A.

VOTA. PVBLICA. *Imperator paludatus stans inter duas mulieres, quarum altera turrita Victoriolam ei porrigit, altera coronam. AV. (Band.) In aliis: Isis navi insilens et respiciens utraque manu velum contrahit. AE. III. (Mus. Caes.)*

Numos sic inscriptos jam vidimus in Diocletiano, et videbimus in Iuliano, ubi plura de hoc numorum genere monebuntur.

^{a)} Cap. 14. 15. ^{b)} Specim. p. 80.

Antica varia.

VOT. V. — X. — XV. — XX. — XXX. in copiosis ejus numis, sed occurrunt etiam haec vota in numis aliis, qui alias habent partes averfas, ut adeo, si quis totam ejus votorum oeconomiam nosse volet, necesse sit omnem Constantini monetam scrutari, quod et in sequentibus imperatoribus observandum.

Vt lit. A.

VTILITAS. PVBLICA. *Mulier triremi insistens d. bilancem, f. cornucopiae, cui adstans miles dexteram porrigit.* AE. III. (Band.)

Eandem averfae epigraphen, sed alio typo vidimus in Diocletiano.

Divus Constantinus.

Consecratum Constantinum diserte docet Eutropius, appellatum DIVVM numi, factum tamen istud fuisse diversa ab eo ritu ratione, quo imperatores hactenus coelo adsertos vidimus, modoque, qui Christianorum legibus non repugnabat, verisimile est. Sane quos hujus argumenti superstites habemus numos, nihil profani, aut quod nostra possit stomachari religio, ostendant.

DIVO. * CONSTANTINO. P. *Caput velatum et laureatum.*

AETERNA. PIETAS. *Miles galeatus et paludatus stans d. hastam, f. globum, cui in nonnullis insertum monogramma Christi.* AE. IV. (Band. Mus. Caes.)

DVCONSTANTINVSPTAVGG.

Caput velatum.

Sine epigrapha. Imperator quadrigis sursum vectus, superne manus ad eum recipiendum extenta, in imo variarum urbium nomina. AE. IV.

Ad explicandam numi alterius epigraphen arcesso insigne marmor vetus vulgatum a Scipione Maffeo: *)

DIVO. AC. VENERABILI
PRINCIPI. CONSTANTINO
PATRI. PRINCIPVM
MAXIMORVM

L. CREPERIVS. MADALIANVS. VC.
PRAEF. ANN. CVM. IVRE. GLAD.

Inquiramus primum in literas DV., quae inscriptionem partis anticae inchoant. Plerisque visum, eas ex praescripto numi praecedentis explendas legendo DiVus. Lubenter adsentirer, si post eas adstitueretur punctum, vel saltem intervallum justius, quo constaret, unum eas verbum instar siglarum constituere, quale est v. c. COS. pro CONS., vel ut in numo sequente VN MR, vel *versandae memoriae*. At cum omnes hujus epigraphes literae se aequabili lege consequantur nullo aut puncto, aut intervallo diremptae, non prohibemur, quo minus amplectamur explicationem aliam, si qua aptior sese nobis offerret. Visum aliquando, legi posse Divus Victor, cum quod Constantinus in numis copiosis dicitur VICTOR. CONSTANTINVS, tum quod is alteris his verbis constanter suas ipse literas inscripsit, ut passim videre est apud Eusebium.

a) Mus. Veton, p. 251.

At praeplacet modo praeunte hoc lapide lectio *Divus Venerabilis*. Postremae litterae PTA VGG legendae certe sunt *Pater Trium AVGGustorum*, nempe totidem filiorum successorum. Aliam sane eas explicandi viam ignoro, et confirmatur haec lectio verbis ejusdem marmoris: PATRI. PRINCIPVM. MAXIMORVM.

Averlae explicatum jam praecepit Eusebius, qui ipsum hunc numum secundum omnes causas sic describit: *) *quin et numis insculpti sunt typi, in priore quidem superficie exprimentes beatum velato capite, in altera vectum quadrigis aurigantis more, a dextera sibi desuper occurrente sursum recipiendum*. Video, hanc imaginem jam antea applicatam iis, quos coelo destinavit antiquitas. Ita enim de Constantio Constantini patre Eumenius orator: *receptusque est consessu coelitus Iove ipso dexteram porrigente*. b) Et ferius Themistius, veteris ipse superstitionis cultor, in patris sui laudatione funebri, de qua oratio ejus XX. agit, fingit patrem sublimem ad aethera coelumque subvectum junctis eorum immortalium bigis, et ab occurrente deorum geniorumque concione susceptum.

Eadem adversa.

Sine epigraphe. Imperator velatus et togatus stans manibus veste contextis, in area per transversum hinc VN, illinc MR, infra variarum urbium nomina. AE. IV. (Mus. Caes.)

Bandurius in his numis litteras in a-

rea scriptas legit VNNR. Verum quam dixi, lectionem offerunt numi omnes. musei Caesarei, qui sunt hujus argumenti. Eas explicandas *Venerandae Memoriae*, docebit numus proxime sequens.

Eadem adversa.

IVST. VEN. MEM. in alio: IVST. VENER. MEMOR. *Victoria stans d. bilancem, s. hastam et chryseum solo impositum, in imo SMANB*. AE. III. (Mem. Trev. 1723 Aout p. 1506.) In alio: *Figura solata stans d. bilancem. s. vestis involuta, in imo SMANZ. vel SMALB*. AE. III. (Bimard B. L. T. XV. pag. 105.)

Nova in his numis omnia, et unius Constantini. Epigraphe aliis explenda videtur: IVSTAE VENERANDAE MEMORIAE. Melius Bimardus loco indicato IVSTAE VENERANDAE MEMORIAE legendum censet, nimirum *soluta*, quo nomine antiqui intellexere pias exequias mortuis impensas.

NOMINA AC TITVLI.

Flavius.

Flavii nomen a patre Flavio Constantio habuit hereditarium, eoque jam in iis numis usus est, qui nomine suo post patris excessum signati sunt, sive Caesar tum adhuc tantum esset, sive filius Augusti. Quare mirum videtur, dicere Zonaram potuisse, Constantinum post victos demum aemulos Maxenti-

a) Vita Constant. L. IV. c. 72.

b) Paneg. Constantin. c. 7.

um et Licinium sese Flavium appellasse. ^{a)}

Maximus.

Maximum se passim in numis dixit Constantinus. Eum sic vocatum dejerat Harduinus, non tanquam nomine honorifico, sed ex vetere cognomine gentis Valeriae, ex qua ortum Constantinum ipse unus novit. ^{b)} Iobertum idem cum Harduino sentientem praeclare jam refutavit Bimardus. ^{c)} Si, inquit, familiae nomen fuit Maximus, cur illud non legitur aut in numis patris Constantii, aut matris Helenae? aut cur illud non transmisit quatuor suis filiis, in quorum moneta nomen illud nunquam occurrit? Addo, si nomen istud familiae fuisset proprium, praecederet sane nomen Constantini, legereturque scriptum: MAX. CONSTANTINVS, ut in aliis: FL. VAL. CONSTANTINVS, quia tracta ex familiis nomina praecedere semper solent, at sequi honorifica. Sic nunquam legitur: GER. DAC. PART. TRAIANVS, vel PIVS. FELIX. COMMODVS, sed TRAIANVS. GER. DAC. PART., vel TRAIANO. OPTIMO, et COMMODVS. PIVS. FELIX. etc. Quod ait Harduinus, verisimile non esse, Constantinum adhuc juvenem superbo Maximi nomine usurum fuisse, ajo, minus istud mirum videri in ea saeculi hujus arrogantia et licentia, quando stante adhuc republica et coercita legibus ambitione Pompejus peradolescens Magni nomen sibi parare potuit. Verum quis Harduinum docuit,

Constantinum tum, cum hoc titulo uti coepit, tam adhuc juvenem fuisse? Vultus, inquit, in numis sic inscriptis lineamenta. Pol! praeclari judices, quibus, praecipue in hujus aetatis artium prolapsione, litis hujus arbitrium permittas. Sed et Pagius Constantinum jam V. C. 1064 P. X. 311 fuisse in numis vocatum Maximum adferit. ^{d)} Quo ille usus sponse? numo, inquit, aureo et argenteo, in quorum antica legitur: IMP. CONSTANTINVS. MAX. P. F. AVG., in averfa VOTIS. V. MVLT. X., quae vota laudato anno suscepta fuisse ait. Verum unde hos numos hausit? Ex Mediobarbo, praeclaro et hoc judice. Quos ego, et Bandurius hujus generis numos novimus, in antica titulum MAX. omnes omittunt. Primus numus chronologicus, qui ejus honoris meminit, est is, quem in ejus consulatu IV. descripsi, quem inivit V. C. 1068 P. X. 315. Causa suscepti ejus tituli aut generatim tribuenda est notae ejus principis ambitioni, aut quia privatim Alexandro M. volebat similis videri, de qua ejus vanitate egi supra in numis vagis sub initium.

Pontifex maximus.

Exstant Constantini nostri numi, in quibus pontificatus maximi fit mentio, quem postremum legere est in numo anni V. C. 1073 P. X. 320, ut loco suo vidimus. Non tamen obstitit Christiana religio, quo minus secuti proxime imperatores pontificia hac potestate ad-

^{a)} Annal. L. XIII. c. 2. ^{b)} Opp. sel. p. 431. ^{c)} ad Iobert. T. I. p. 280. ^{d)} Crit. Baron. ap ann. Chr. 311. § 9.

huc uterentur; nam auctore Zosimo primus fuit Gratianus, qui pontificis maximi nomen et habitum sibi pro more delatum respuit. Sed de hoc argumento agemus in tractatu de Pontifice maximo.

PRETIUM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	C.

CONSTANTINOPOLIS. ROMA.

Occurrunt in museis omnibus numi, qui seu *Constantinopolis*, seu *Romae* nomine inscribuntur, et qui peritorum omnium judicio imperante Constantino, aut filiis signati creduntur, quibus adeo commemorandis nullus alius locus visus opportunior.

CONSTANTINOPOLIS.

Tandem etiam Romam, urbem illam aeternam, longa saeculorum patientia inter tot fortunae plerumque prosperae vices ad orbis imperium enixam suum coepit urgere fatum, et quae inde a principio nullum seu populum, seu regem externum aemulum sustinuit, urbem aemulam intra suos ipsius fines simul designatam, simul magnificentia, opibus, magnitudine sibi paene aequatam conspexit. Iam Diocletianus, et quos hic sibi adscivit conlegas, raro adeste in urbe, et quamcunque aliam terram metropoli praeferre visi, sive quod foris nati, et foris ad imperium vocati omnia alienis beneficiis, nihil privatim Romae debuere, sive quod,

ut rerum omnium, ita etiam magnorum et illustrium nominum quaedam est satisfactio. Eodem correptus fastidio Constantinus, cum inter maximas virtutes ingenio esset ad res novas, et parandam nominis immortalitatem praecipite, cum primum everso Licinio rerum unus potitus est, novae Romae condendae adjecit animum. Enim vero ne ii quidem, qui omnes ejus res gestas in coelum extulerunt, habuere, quo possent consilium istud communis boni causa susceptum sibi persuadere. Cum diu anceps esset, in Byzantio adhaesit denique, quam ille urbem immensis substructionibus, ornamentisque cum novis, tum veteris Romae spoliis sic brevi nobilitavit, ut, hac una dempta, aliarum per imperium urbium, quibus ornandis saecula fuere impensa, nulla illustrior magnificentiorque jam tum haberetur. Dedicata est die XI. Maji V. C. 1083 P. X. 330, et ne ambigua esset posteris tanti moliminis gloria, de conditore Constantinopolis appellata.

CONSTANTINOPOLIS. *Caput muliebri galeatum laureatum cum sceptro.*

FELIX. TEMP. REPARATIO. *Mulier prorae insilens d. ramum, f. vexillum.* — RESTITVTOR. REIP. — VICTORIA.

AVG. *Triremis.* In alio: *Victoria capite turrato sedens d. ramum, f. cornucopiae, f. pede prorae navis insiluit, etc.* —

VICTORIA. AVGG. NN. *Mulier capite turrato sedens d. ramum, f. cornucopiae.* Sunt omnes AE. m. m. Vide hos, et alios hujus generis descriptos apud Bandurium, et in Catalogo mus. Caes.

Verisimile est, mulierem, vel secundum alios numos Victoriam, quae prorae navis insistere fingitur, notare *Fortunam*, vel quod idem est, *Genium urbis*, Graecis *Τύχην πόλεως*; nam refert Zonaras, ^{a)} ejus signum fuisse alicubi Constantinopoli aeneum specie mulieris altero pede intra navim posito, quo aetate corrupto passim naufragia existerent, restituto aversum periculum. Videri posset, adstituta navi indicari urbis per suum ad mare situm navigandi opportunitatem. Verum aliud videtur docere numi Bosrae Arabiae inscripti: ΤΤΧΗ.ΒΟCΤΡΑC. *Fortuna Bosrae typo mulieris stantis pede prorae navis imposito*, cum tamen haec urbs longe a mari distaret. Non dubitem additam Fortunae navim, ut alias gubernaculum, quia numen illud arbitrariam suam vim nuspiam magis, quam in mari exercet. De simulacro Fortunae urbis a Constantino fabricari, et una cum sua effigie statim tempore adorari jussit vide Chronicon Alexandrinum ad an-

num P. X. 330, si modo fides inepto huic aniliū fabularum propolae haberi potest. Magis credibile, quod de Iuliano Apostata memorat Socrates, ^{b)} eum publice sacrificia obtulisse Fortunae urbis Constantini in basilica, ubi et simulacrum Fortunae positum est. Haec Constantinopoleos Fortuna frequenter deinceps, praecipue in moneta aurea, recurret.

CONSTANTINVS. IVN. NOB.

C. *Caput laureatum.*

CONSTANTINOPOLIS. *Victoria capite turrato sedens d. ramum, f. cornucopiae.* AE. max. mod. (Band.)

Hoc numo invicte probatur, jam imperante Constantino M. id genus numos fuisse signatos.

CONSTANTINOPOLIS. *Caput muliebri galeatum laureatum cum sceptro.*

Sine epigraphe. Victoria d. pede prorae navis insilens d. sceptrum, f. clypeum, infra variarum urbium nomina. AE. III.

Similium numorum ingens exstat copia, quos verisimile est tanto fuisse numero signatos, cum caecenia urbis peragerentur.

Eadem adversa.

VOT. XX. MVLT. XXX. *intra lauream.* AE. IV. (Mus. Caes.)

Teste Eusebio Constantinus vicennialia eodem, quo Nicaenam synodum anno celebravit, nempe P. X. 325. ^{c)} Sed perrarus hic numus, et ignotus Bandurio ferri ante annum 330 non po-

a) Annal, L. XIV. c. 4,

b) H. E. L. III. c. 11.

c) Vita Constant, L. IV. c. 47.

tuit, quia hoc primum anno Constanti-
nopolis nomen natum constat. Quo
docemur praeterea, etiam annis per-
acta vota consequentibus horum factam
in numis mentionem, quod amplius
probabimus in tractatu de Votis decen-
nialibus.

CONSTANTINOPOLIS. *Caput
muliebre diadematum.*

P. R. *Mulier stans d. ramum, s. hastam
transversam.* AE. III. (Mus. Caes.)

Hic quoque numus Bandurium fugit.
Serviet cumprimis ad stabilienda ea,
quae ad articulum sequentem sumus
dicturi.

ROMA.

Recensebimus hoc loco numos, qui
ROMA, vel POP. ROMANVS inscrip-
tum offerunt, et eadem haud dubie
aetate percussi sunt. Eos Bandurius
signatos Romae dixit, cum haec alte-
ram urbem sibi propemodum aequari,
et in numis celebrari cerneret. At hos
quoque videri apud eandem Constanti-
nopolin signatos, ex iis, quae mox
disputabo, verisimile fiet.

VRBS. ROMA. *Caput muliebre
galeatum.*

*Sine epigraphe. Lupa gemellos lactans,
superne duo astra.* AE. max. mod. In
aeneis III. formae *inter duo astra visun-
tur corona, vel palmae rami etc.* In sin-
gulari musei Caesarei est *monogramma
Christi, et in omnibus his in imo loco le-
guntur variarum urbium nomina.* (Mus.
Caes. Band.)

(Vol. VIII.)

Eadem adversa.

*Lupa gemellos lactans intra specum, pasto-
res duo foris adsidentes, et s. pedum te-
nentes, quorum utrique astrum imminet,
inter se colloquuntur.* AE. max. mod.
(Mus. Florentin.)

Complures id genus numos recitat
Bandurius, in quorum ima parte legi-
tur CONS., certo indicio, hos numos
signatos Constantinopoli, ad quod mi-
ror, virum accuratissimum non adver-
tisse animum, cum, ut diximus, id ge-
nus numos Romae cusos adfirmavit.
At ne contradicere sibi per epigraphen
videantur, sciendum, Constantinopoli
inditum quoque fuisse *novae*, aut *secun-
dae Romae* nomen constitutis in ea, ut
in vetere, magistratibus, senatu, tri-
butus, ut videre est apud Socratem,
Sozomenum, in Chronico Alexandrino.
Neque non respondet typus lupae, quo
secundum coloniarum morem ductam a
metropoli originem testari voluit, non
modo nomine dicta Roma, sed etiam
re, quia cives Romanos complecteba-
tur. Quapropter nova haec Roma in
numis, perinde atque vetus illa, pro-
posita fuit sub imagine capitis muliebris
galeati, tametsi subinde, et satis qui-
dem mature, nova excogitata fuerit
novae Romae imago, haud dubie dis-
criminis causa. Istud numi ipsi mani-
feste docent, in quorum averfa saepe
proponitur utraque Roma, vetus et
nova, et vetus quidem capite galeato
et hastili armata, non raro d. Victorio-
lam praeferebat, quae illa modo frequen-
ter in primorum etiam imperatorum nu-
mis pingitur, at nova capite turpito,
et pede navis prorae imposito, qualem

N

cam mox altius descripsi. Vtraque vario hoc habitu Roma jam in numis Constantii II., inscriptis: GLORIA REIPUBLICAE, ac deinceps frequenter, in aureis praecipue, comparet, et observo, ad discrimen illud ipsos etiam infimi aevi scriptores advertisse animum. Corippus, quo loco narrat, Sophiam Iustini II. uxorem parasse amictum, eumque variis imaginibus intextis ornatum, cui Iustiniani defuncti corpus involveretur, subicit: ^{a)}

Addidit ANTIQVAM tendentem brachia Romam

Exerto et nudam gestantem pectore mammam,

Altrisem imperii, libertatisque parentem.

In numo altero duos, qui adfident, ex pedo pastores facile agnoscas; verum quod duo sunt, et capite pileato, adstitutis etiam astris, videntur aliquid cum Dioscuris habere commune, forte cum adlusione ad typum, quod et ipsi hi infantes gemini fuere. Constat vero etiam ex iis, quae ad numos gentis Sulpiciae dixi, Dioseurorum cultum fuisse inter arcana fundati imperii, si modo in hoc numorum genus vetus superstitio admixta fuit.

FL. MAX. FAVSTA.

Maximiani Herculi, et Eutropiae filia. Eam pater V. C. 1060 P. X, 307 Constantino collocavit, cum sibi necessariam hujus opem, posteaquam imperium iterum adfectavit, intellige-

FL. IVL. CONSTANTIVS. NOB.
C. Caput laureatum.

VRBS. ROMA. Roma galeata clypeo insidens d. Victoriolam, s. hastam. AE. max. mod. (Mus. Caes.)

INVICTA. ROMA. FELIX. SENATVS. Caput muliebri galeatum.

Aquila stans expansis alis. AE. max. mod. (Tanini.)

ROMA. Caput Romae galeatum. P. R. Figura militaris stans d. hastam, s. clypeum. AE. III. (Mus. Caes.)

Confer numum hunc cum postremo articuli praecedentis, ut certius intelligas, numos hos majore veri specie Constantinopolin pertinere.

POP. ROMANVS. Caput laureatum, pone cornucopiae.

Astrum. In aliis: Pons, vel portus duabus turribus munitus profuente subtus aqua; in omnibus infra CONS. AE. IV. (Mus. Caes.)

Applica numos hos iis, quae hactenus disputavi. Pontis vel portus typum nemo hactenus idonee explicavit. Vide Bandurium pag. 305 in nota 2.

ret. Magis maritum, quam patrem reverita magnam ab illo gratiam inivit, dum collocatas ei a socero insidias vulgavit. Verum ut fidam semet uxorem, ita novercam pessimam probavit. Nam

a) in laud. Iustini II. L. I. v. 288.

ut privignum Crispum, qui filiorum suorum fortunae per aetatem obstabat, laqueis implicaret, intentatum sibi ab hoc incestum ementita, sive, nam utrumque traditur, inducta seditionis suspicione ita Constantinum irritavit, ut hic filium e medio tollendum curaret. Verum cum mox patrem perpetratae inconsultae caedis poeniteret, augerentque dolorem audita interea uxoris adulteria et libidines promiscuae, tot criminum ream in balneo suffocari iussit, quod refertur ad annum V. C. 1079 P. X. 326.

Liberi: *Constantinus, Constantius, Constantians*, Augusti omnes. Alterius sexus I. *Constantina*, nupta primum Hannibaliano, dein Constantio Gallo. II. *Constantia*. III. *Fl. Iulia Helena* nupta Iuliano Aug. Vide de his Ducangium in Famil. Byzant.

Numi:

FLAVIA. MAXIMA. FAVSTA.
AVGVSTA. *Hujus caput.*

PIETAS. AVGVSTAE. *Fausla infantem in ulnis gestans sedet inter duas mulieres nimbum capiti suo impositum sustinentes, quarum dexterio caduceum oblongum tenet, pro pedibus utrinque par genierum coronam sustinens, in imo PTR. AV.*

max. mod. (Morelli Specim. p. 53.)

FLAV. MAX. FAVSTA. *Hujus caput.*

PIETAS. AVGVSTAE. *Fausla stans infantem s. gestat, d. alteri pro pedibus adstanti porrigere aliquid videtur. AE. max. mod. (Vaill.)*

Viri eruditi in numis his Faustam in filios piam vident. Non impugno, etsi plerumque inscriptione *Pietatis* in feminis Augustis indicari earum in puellas alimentarias pietatem hactenus vidimus. Sed poterat hoc aevo alia obtinere ratio. De nimbo, qui in praecedentis aurei parte averfa Faustae caput ambit, dictum in Constantino ad ejus numorum partes anticas.

FL. vel FLAV. MAX. FAVSTA.
Hujus caput.

SALVS. REIPVBLICAE. *Mulier velata stans geminos infantes lactat. AR. AE. III. In aliis: SPES. REIPVBLICAE. eodem typo. AV. AR. AE. III. (Mus. Caes.)*

Numi obvii, ad quos obiter observo, neque in his, neque in privigni Crispi numis in parte inferiore observari literas CONS., certo argumento, et hunc et illam ante conditam Constantinopolin periisse.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei I. et II. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

N 2

FL. IVLIVS CRISPVS.

Constantini M. et Minervinae filius, ejusque filiorum natu maximus. Nomen haud dubie illi inditum a Crispo Claudii Aug. fratre, a quo haec gens profecta, ut diximus in Constantio Chlоро. Hieronymo auctore ^{a)} institutorem habuit Lactantium. V. C. 1070 P. X. 317 Kal. Martii Caesar dictus est una cum fratre Constantino et Licinio juniore, et mox anno sequente processit consul. Iam bellis gerendis maturus habitus Francos vicit, mox V. C. 1076 P. X. 323 orto patrem inter et Licinium bello praefectus classis hujus duces in Hellesponto insigni victoria profligavit. Tam illustribus gestis clarum V. C. 1079 P. X. 326 pater instigante noverca Fausta magno nominis sui opprobrio interfici iussit, ut proxime in Fausta diximus. Factum istud anno XX. imperii Constantini diserte docet Sozomenus. ^{b)}

Numi

Ab anno V. C. 1070 P. X. 317. ad V. C. 1079. P. X. 326.

CAESAR. PRINC. IVVENT.

- A. CRISPVS. NOB. CAES. *vel similiter.*
- B. IVL. CRISPVS. NOB. *vel NOBILISS. CAES. vel similiter.*
- C. FL. IVL. CRISPVS. NOB. CAES.
- D. D. N. CRISPVS. *vel* CRISPO. NOB. CAES. *vel similiter.*

E. CRISPVS. N. C. COS. II. (Band.)

Caput plerumque laureatum, aut protome laureata cum variis attributis, nonnunquam galeatum, rarius nudum.

Vt lit. C.

ALAMANNIA. DEVICTA. *Victoria f. pede captivum calcans d. tropaeum, f. palmam.* AE. III. (Mus. Caef.)

Antica varia.

BEATA. TRANQVILLITAS. *Cippus, cui inscriptum VOTIS. XX.; ei impositus globus, cui tria astra imminet, in area et infra variae litterae.* AE. III. Plane obvii.

De his numis infra redibit mentio sub VOT. V.

Sine epigraphe.

Caput laureatum. CRISPVS. NOB. CAES. *scriptum in medio numi, superne laurea, infra SM.* Est AV. (Mus. Vitzai.)

Numus perelegans, et deest in Bandurio.

Vt lit. C.

GAVDIVM. ROMANORVM. ALAMANNIA. *in aliis FRANCIA.* ut in numis patris. AV. (Band. Pellerin Mel. I. p. 168. Liebe Goth. num.)

Apertius ex hoc numo intelligimus, quod ante dixeram, patris res gestas memorari quoque in moneta filii.

Antica varia.

a) Chronis, ad ann. 317.

b) H. E. L. I. e. 5.

IOVI. CONSERVATORI. — SOLI. INVICTO. COMITI. AE. III. (Mus. Caes.)

En veteris adhuc cultus reliquias perinde ac in moneta patris; de quo disserui in prolegomenis ad numos vagos Constantini M.

Vt lit. A.

IVVENTVS. *Figura stans dexteram ad-mouet tropaeo, f. hastam.* AE. max. mod. (Band.)

Hujus averlae sensum collige ex numis M. Aurelii adhuc Caesaris.

Vt lit. A.

MONETA. VRBIS. VESTRAE. *Tres Monetae stantes cum attributis.* AE. max. mod. (Band. Mus. Medic.)

Similem averlam Bandurius memorat etiam in Constantino fratre, quiri etiam, sed non satis fido auctore, in patre. Adverte ad insolentem formulam VESTRAE, in quam inquirerem, si in omnia hujus aetatis recens reperta inquirere operae pretium foret.

Antica varia.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Caesar paludatus stans d. hastam, f. clypeum.* AV. AE. III. (Mus. Caes.)

Antica varia.

PRINCIPIA. IVVENTVTIS. *Figura militaris stans d. clypeum, f. hastam.* AE. III.

Tot exstant Crispi numi sic inscripti, ut credibile non sit in omnibus per errorem scriptum PRINCIPIA pro PRINCIPI, praecipue cum numi cum hac epigraphe typo differant ab iis, qui PRINCIPI offerunt, Notandum etiam,

in unius Crispi moneta hanc occurrere epigraphen; nam quem similiter inscriptum Bandurius inter aureos Constantini jun. prodit, haustus est ex schedis Peirescianis, et nemini alteri conspectus. At huic adfines sunt numi Gratiani inscripti: PRINCIPIVM. IVVENTVTIS. Non videbor forte aberrare a scopo, si credam intelligi *principia juventutis* a Crispo in castris exacta, quorum imago est figura militaris partis averlae. Quae fuerint ejus adhuc juvenis clara facta bellica, supra diximus.

Antica varia.

SARMATIA. DEVICTA. etc. AE. III. (Band.) VBIQVE. VICTORES etc. AV. (Mus. Caes.)

Horum quoque numorum typi, ut plures alii, ex patris moneta fluxere.

Antica varia.

VOT. V. — VOT. V. MVLT. X. — VOT. X. *intra lauream, circum quam in plerisque scriptum:* CAESARVM. NOSTRORVM. *vel:* DOMINORVM. NOSTRORVM. CAESS. *In alio:* VOT. XX. *intra lauream, circum:* D. N. CONSTANTINI. MAX. AVG. AE. III. (Mus. Caes.)

Crispo vota quinquennalia, et quia haec revera solvit, etiam decennalia libenter permittimus; at difficiliōres erimus in largiendis vicennalibus, etsi haec quoque non repugnent, quia finito anno IX. solvi solebant decennalia, et suscipi etiam vicennalia. Et hoc modo explicari quidem possent Crispi VOTA. XX., quae saepe leguntur in ejus numis; inscriptis: BEATA. TRANQVILLITAS, vel: VIRTVS. EXER-

HELENA CRISPI.

CIT., nisi pateret ex numo, quem hic postremum descripsi, etiam patris vota XX. Crispi monetae fuisse inserta, quod plene confirmatur numo Crispi apud Bandurium: *) BEATA. TRANQVILLITAS. VOT. XX., et in cujus antica is dicitur CRISPVS. N. C. COS. II. Fuit is consul II. tantum annis 321. 322. 323., quorum postremo nonnisi annus VI. Crispi exivit, quae adeo Vota XX. nequaquam ejus esse possunt,

sed patris.

Antica varia.

VOTA. PVBLICA. *Isis stans*, vel: *Mercurius stans*, vel: *triremis cum velo*. AE. III. (Band.)

Varia numina numis sic inscriptis solent inferi, ut aliquoties hactenus vidimus, quos fufius explicabo in moneta Iuliani.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei puri vix exstant, demptis, qui in antica Constantini M. caput offerunt.									
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei I. et II. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

HELENA.

Vnus codex Theodosianus Lib. IX. tit. 38 l. 1 Crispum et Helenam conjungit, sed verbis tam obscuris, nisi corrupta sunt, ut difficile sit ex iis eruere, fueritne Helena quaepiam Crispi uxor. Lege Gothofredi commentarium ad hanc legem.

HELENA. N. F. *Hujus caput.*

Sine epigrapha. Astrum intra lauream. AE. III. (Mus. Caes.)

Hunc numum Bandurius Helenae Crispi uxori tribuendum putat, utrum jure, disputabo in Helena Iuliani II. Literae N. F. legendae *Nobilissima Femina*, et eadem haec nomina tribuuntur etiam Faustae, forte uxori Constantii II.

PRETIUM.

Non exstant, nisi aenei III. formae, iique - - - RRR.

a) Pag. 313.

FL. IVL. DELMATIVS.

Delmatius, sive Dalmatius, nam uterque modus reperitur in numis et scriptoribus, fuit filius Delmatil Constantini M. fratris, qui Cenforis dignitate insignis fuit. Mater ignoratur. Constantino patruo charus, quem moribus referebat, factus est consul V. C. 1086 P. X. 333, et post biennium V. C. 1088 P. X. 335 dictus Caesar. Calocerum in Cypro rebellem adhuc privatus domuit, captumque ac vivum patruo sitit, qui eum flammis consumendum dedit. In celebri imperii divisione, quam Constantinus posteriore hoc anno constituit, Thraciam, Macedoniam, et Achaiam abstulit, verum mortuo Constantino paulo post a militibus necatur, V. C. 1090 P. X. 337, obtentu, a solis hujus liberis sibi velle imperari, connivente facile propter invidiam Constantio.

Ab anno V. C. 1088. P. X. 335 ad V. C. 1090. P. X. 337.

CAESAR. PRINC. IVVENT.

FL. DELMATIVS. NOB. C. vel CAES.

FL. IVL. DELMATIVS. NOB. C.

FL. DALMATIVS. NOB. C.

Caput laureatum, vel diadematum in omnibus.

In numis plerumque *Delmatius* dicitur, tamen etiam, etsi rarius, *Dalmatius*, ut docent numi complures musei Caesarei, et jam similem descripsit Ducangius. Quare miror, nullum cum

posteriore hac epigraphe laudari a Bandurio. *Dalmatius*, sive *Delmatius* perinde est, nomen certe ductum a regione, quam Dalmatiam perinde ac Delmatiam dictam constat.

DELMATIVS. NOB. CAESAR.

Victoria gradiens d. coronam, s. ramum, infra TES.

Sine epigraphe. Caput laureatum Constantini M. ARGenti puri. (Mus. Caes.)

Similes habentur inscripto Crispo, qui tamen minus rari sunt, sed hic rarissimus. Victoria haud dubie adludit ad castigatum armis ab hoc Caesare Calocerum, ut diximus.

Caput Delmatii diadematum.

DELMATIVS. CAESAR. *Victoria gradiens.* ARGenti puri. (Liebe Goth. num. p. 266.)

FL. DELMATIVS. NOB. CAES.

Caput laureatum.

DELMATIVS. CAESAR. *Victoria gradiens, in imo CONS.* Est AV. (Tani- ni.)

Antica solita.

GLORIA. EXERCITVS. *Duo milites stantes cum hasta et clypeo intermedio signo militari uno vel duobus, quorum aliquibus insertum monogramma Christi.* AE. III.

Antica solita.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Caesar paludatus stans d. signum militare, s. hastam, pone duo alia signa humi defixa, in imo TSE.* AV. (Band.)

Vt obvii ejus numi cum prioré aver-

sa, ita hic rarissimus. Neque exstant numi aliter inscripti.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argenti puri, quales descripti	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei I. et II. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	vix R.

FL. HANNIBALLIANVS.

Frater Delmatii, cujus continuo numos vidimus. Eum primo patruus Constantinus M. *Nobilissimum* appellavit, subinde data id uxorem filia primogenita Constantina novo, et inde a Tarkinio Superbo inaudito titulo *Regem* dixit tributo illi Ponto, aut Cappadocia et Armenia Ponto vicinis, qui titulus confirmatur a numis et historicis. Spanhemius eum *regem regum* vocatum in Excerptis Valesij reperit. ^{a)} Mortuo Constantino M. mox idem cum fratre fatum habuit; nam V. C. 1090 P. X. 337 Constantii iussu a militibus interfectus est per causam similem, non alios, nisi Constantini liberos sese dominos passuros. Vide Ducange Famil. Byzant. p. 49.

Vxor *Constantina* Constantini M. filia,

ut dictum, a patre diademate et Augustae titulo ornata. ^{b)} Caeso marito elocata Constantio Gallo.

FL. HANNIBALLIANO. REGI. (in aliq apud Ducange FL. CL.) *Caput nudum.*

SECVRITAS. PVBLICA. *Fluvius humi decumbens d. baculo innixus, juxta urna aquam evomens, et grundo, in iano* CONS. AE. III. (Mus. Caes.)

Eadem adversa.

SECVRITAS. REIPVBLICAE. *Typus similis.* AE. III. (Band.)

Conjicit Trifanous, hoc fluvio indicari Euphratem, qui Cappadociam a Syria, et Armenia dividit, et quodammodo securitatem provinciae praestat.

PRETIVM.

Non exstant certi, nisi aenei III. formae, et hi

RRR.

a) T. I. p. 465.

b) Philoſorg. L. III. c. 22.

FL. CL. CONSTANTINVS II. IVNIOR.

Constantini M. ex Fausta filius natu maximus. De anno natali litigant eruditi. V. C. 1070 P. X. 317 dictus Caesar una cum fratre Crispo et Licinio juniore triennio post processit consul, et deinceps saepius. V. C. 1088 P. X. 335 imperium inter filios partitus pater Britanniam illi, Galliam, et Hispaniam largitur, nimirum quas ipse primum provincias habuit.

Animadvertendum ad hujus Caesaris numos, ei hactenus nemine repugnante tributos fuisse eos omnes, qui CONSTANTINVS. IVNIOR. inscribuntur. Verum cel. Valesius dissertatione prolixa comprobare instituit, eos numos, qui epigraphen FL. CL. CONSTANTINVS. IVN. N. C. offerunt, non ad hunc, sed ejus patruum Constantinum, filium Chlorig ex Theodora, Constantini M. germanum pertinere. ^{a)} En rationes ejus in compendium redactas:

I. In numis sic inscriptis facies est magis senilis, et saltem annorum XXX. vel XXXV., qua aetate non fuit filius Constantini, mortuus circiter anno aetatis XXV. Alia etiam sunt in his oris lineamenta, alia fabrica, quam quae observatur in numis, in quibus FL. CL. abest. Hujus autem generis binos tantum vidit, eosque aeneos, in quorum uno est CLARITAS. REIPUBLICAE, altero: PRINCIPI. IVVENTVTIS, uterque in imo offert literas ATR., ex

quo infert, eos apud Atrebates fuisse signatos.

II. Nullum ait sibi conspectum certum Constantini ejus, qui Magni filius fuit, numum, in quo hic FL. CL. diceretur; deinde in numis sic inscriptis semper esse caput nudum, nimirum ut frater Constantini M. distingueretur a filio certo imperii successore, cujus caput semper diadematum, aut laureatum est.

III. Nullo pacto credibile, Constantinum M. voluisse privare germanum alterius thori primogenitum honore Caesaris dignitatis sibi per ipsos natales debito, quem sane absque gravissima injuria, et totius imperii offensione negare non potuisset. Si Caesar fuit, ergo et suos habuit numos, eosque, quos indicavimus.

Hae viri eruditi rationes, quia aut aperte fallunt, aut infirmae sunt, nequaquam cogunt Constantinum alium a Magni filio diversum agnoscere, quod facile evincemus refutatis breviter ejus argumentis.

Ac primum quidem oppido vaga est lex, quam ab aetatis, lineamentorum, et fabricae discrimine repetit. Numi hi signati sunt eo aevo, quod parum in haec criteria subsidii confert, artibus jam in ipsa urbe plane prolapsis, et plerisque tum numis per barbaras provincias percussis, ex quo necesse sane est variare lineamenta nonnunquam, et fabricam.

^{a)} Mem. B. L. Tom. II. p. 543.
(Vol. VIII.)

Quod si his Valefii regulis standum, facile erit, non unum, sed plures Constantinos Magnos in Augustorum syllabum conferre. Et qua tandem fiducia hac aetate oris lineamenta in iudicium vocabimus, qua tanta fuit in his fingendis ruditas, ut ne quidem Constantini junioris Augusti numos a numis Constantini patris possimus discernere, quod mox infra queremus? Si artifices potuerunt confundere lineamenta aliena, an incredibile, eos uni eidemque adfingisse indebita? Non negavero, in numis, quos laudat, nonnihil divergere lineamenta et fabricam; verum istud tribuendum officinae urbis externae, ex qua prodivere, non quidem Atrebatum, ut propter literas ATR. censet vir eruditus, sed Trevirorum; nam in similibus musei Caesarei numis legitur ATR. BTR. ATR. PTR.

Alterum argumentum facile est ex ejusdem musei numis evertere. Exstant in hoc aureus et aeneus: FL. CL. CONSTANTINVS. IVN. N. C. Caput laureatum; in utriusque aversa est PRINCIPI. IVVENTVTIS. Ex lege ab ipso Valefio lata numi hi propter lauream ad Constantinum Magni filium pertinent, ergo et hic *Flavius Claudius* dictus est. Deinde nescio, cur in hoc caput nudum somachetur Valefius, cum et fratres Caesares Constans et Constantius nonnunquam nudo capite compareant, ut videre est apud Bandurium.

Denique si Constantinus M. injurius fuit in fratrem Constantinum negando illi Caesaream dignitatem, injurii etiam erunt dicendi Sept. Severus et Philip-

pus, quorum ille fratrem Getam, hic Priscum intra privatam fortunam continuere, de quo ipso argumento plura disserui in numis Salonini. Et vero an non idem injurius fuisset in fratres minores Delmatium censorem, et Constantium patricium, si his neglectis, quos neglectos fatetur ipse Valefius, unum fratrem natu maximum dixisset Caesarem? An non his quoque per natales ad istud decus jus fuit? Accedit, quod neque certum sit satis, utrum alicui liberorum Constantii Chlorig et Theodora nomen Constantini fuerit, aliis aliud nomen statuentibus, ut in Theodora diximus. Quod suspicatur Valefius, hunc Constantinum forte ab ipso patre Chlorig dictum fuisse Caesarem, liquido refellitur non modo auctoritate Libanii adferentis, a patre Chlorig liberos ex Theodora testamento ab imperio fuisse exclusos, ^{a)} et Zonarae, qui diserte refert, praelatum a Chlorig esse Constantinum propterea, quod filii ex hac Theodora prognati minus ipsi patri ad imperium apti visi fuere. ^{b)}

Ab anno V. C. 1070 P. X. 317 ad V. C. 1090 P. X. 337.

CAESAR, PRINC. IVVENT.

- A. CONSTANTINVS. IVN. *vel* IVNIOR. N. C. *vel similiter.*
- B. FL. CONSTANTINVS. IVN. N. C.
- C. FL. IVL. CONSTANTINVS. IVN. NOB. C. *rarissime sine addito* IVN.
- D. FL. CL. CONSTANTINVS. IVNIOR. NOBILISS. CAES.

a) Orat. III.

b) Annal. T. II. sub fin.

- E. D. N. CONSTANTINVS. *vel*
CONSTANTINO. IVN. N. C.
F. D. N. FL. CL. CONSTANTI-
NVS. NOB. C.

Caput plerumque laureatum, rarius galeatum. aut nudum, aut diadematum, rarissime radiatum, in aliis protome laureata cum variis attributis.

IVNIOR dicitur propter patrem, qui fuit Constantinus senior. Rarissime in ejus numis epitheton istud omittitur, sic ut jam hoc vel addito vel neglecto utriusque numi (nam et pater aliquamdiu Caesar tantum fuit) commode possint discerni, ad quod discrimen nonnunquam multum conferunt ipsae partes avervae; nam v. g. PROVIDENTIAE. CAESS. *vel* VICTORIAE. LAETAE. PRINC. PERP. etc. in usu nondum fuere, quando Constantinus senior Caesar tantum fuit.

Numi: ALAMANNIA. DEVICTA. — VBIQVE. VICTORES, aliique repetendi non videntur, quia hae avervae ex numis synchronis patris et fratris Crispi jam abunde sunt cognitae.

Vt lit. A.

FELIX. PROCESSVS. COS. II. AVG. *Imperator togatus stans d. globum, f. sceptrum, infra* SIRM. AV. (Mus. olim de France.)

In hac averva haud dubium sphalma latet. Quando Constantinus noster consul iterum processit, Augustus nondum fuit. Ad Constantinum M., aut Licinium sen. pertinere nequit, cum uterque consulatum II. obiverit, antequam junior noster Caesarea dignitate ornatus es-

set. Quare nulla hujus numi causa chronologiae habenda est ratio.

Vt lit. D.

GAVDIVM. ROMANORVM. *infra*: SARMATIA. *Tropaeum, juxta quod mulier moesta sedens.* AV. AR. (Band.)

Similes numos, sed inscriptos ALAMANNIA *vel* FRANCIA jam in patre et fratre Crispo vidimus, SARMATIA nunquam. Verisimile est, cufos cum hac averva etiam numos patris; nam five pater ipse per se bellum cum Gothis aut Sarmatis gessit, five commisit filio Constantino bellum cum his gestum V. C. 1085 P. X. 332, ut prodidit Anonymus Valesii, (Tillemont ad hunc ann.) certum est, honores bello partos patres inter ac filios fuisse communes.

Antica varia.

IOVI. CONSERVATORI. CAESS. — SOLI. INVICTO. COMITI. etc., ut in numis patris ac fratris.

Vt lit. E.

MONETA. VRBIS. VESTRAE. *Tres Monetae stantes.* AE. max. mod. (Band.)

Vide similem sub Crispo.

Vt lit. D.

SACRA. MONETA. VRBIS. *Tres Monetae stantes.* AE. max. mod. (Band. Mus. Pifani.)

Vt lit. E.

VICTORIA. CONSTANTINI. CAES. *Victoria thoraci insidens f. clypeum, cui inscriptum* VOT. X. *infra* SIRM. AV. (Mus. Caes.)

Confirmatur insigni hoc numo, quod paullo altius innui, a Constantino adhuc Caesare revera gestum bellum.

Antica varia.

VOT. V. — X. — XV. — XX. *in-*

tra lauream etc. AE. III. (Mus. Caes. Tanini.)

Vt lit. A.

VOTA. PVBLICA. *Caesar. paludatus stans d. globum, f. hastam.* Vel: *Isis vel Anubis.* AE. IV. (Tanini.)

Vide de numis similibus plura in moneta Iuliani.

Vt lit. A. et B.

VOTA. VICENNALIOR. *Imperator togatus sedens dextera caput quoddam ostentat, f. bacillum tenet.* AE. III. (Band.)

In vocabulo VICENNALIOR. aut scalptoris erratum video, aut quis alius me edoceat, posse eam cum grammaticae legibus componi; nisi forte postremae literae dividendae sunt, et separatim sensum faciunt.

V. C. 1090. P. X. 337.

AVGVSTVS.

Patre hoc anno e vivis translato Augustus cum fratribus appellatur. Caesis paullo post Delmatio et Hanniballiano, factaque nova provinciarum, quas hi tenuere, partitione, cum sibi plus deberi a fratre Constante incassum contenderet, hujus provincias cum exercitu ingressus, sed a Constantis ducibus apud Aquileiam victus caesusque est V. C. 1093 P. X. 340, princeps, ut fertur, si ambitionem demas, praeclarae indolis.

Vt certum est, Constantinum nostrum, ex quo Augustus appellatus est, suos

habuisse numos, qui, cum Caesar tantum esset, tot habuit, ita certum etiam, non exstare criterium, quo hujus Augusti numos a numis patris tuto saepe dignoscas. Meum judicium si minus valet, en tibi judicem valentiorum Bandurium. *Ceterum, ait, nullum hactenus numum reperire potuimus, quem ad Constantinum jun. Augustum referremus; ita omnes Constantini M. numis similes sunt.* a) Idem repetit in praefatione ad Tomum II. Quos argenteos aliqui huic tribuunt inscriptos VICTORIA. AAAGGG. vel AAAAGGGG., pertinere ad Constantinum tyrannum, in hujus moneta dicitur. Reperio tamen unum, quem non dubitem huic tribuendum Constantino:

FL. CL. CONSTANTINVS. P.

F. AVG. *Caput laureatum.*

SIS. *sine typo.* AV. (Pellerin Mel. I. p. 169.)

En rationes: I. Lineamenta juvenilia sunt quam pro patre Constantino. II. Nullus hactenus cognitus est Constantini M. numus cum nomine Claudii, at obvium illud est in moneta filii Constantini. III. Neque adhuc ullus repertus in omni patris moneta huic similis, sic ut in averfa aliud videre non sit praeter urbis nomen. At similes plures in fratre Constantis numis videbimus. Ex eadem causa nostro huic Constantino tribuendus erit numus inscriptus VICTOR. OMNIVM. GENTIVM, quem altius in moneta patris pag. 90 descripsi.

a) Pag. 333.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei puri vix exstant, nisi max mod., iique	RRR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei I. et II. formae	O.
Aenei III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

FL. IVL. CONSTANS.

Constantini M. et Faustae filiorum natu minimus. A patre dictus Caesar V. C. 1086 P. X. 333, biennio post, cum imperium is inter filios patiretur, Italiam, Illyricum, Africam obtinuit.

Ab anno V. C. 1086 P. X. 333 ad V. C. 1090 P. X. 337.
CAESAR, PRINC. IVVENT.

CONSTANS. N. C. *vel* NOB. CAES.
 FL. CONSTANS. NOB. CAES.
 FL. CONSTANTIS. BEA. C.
 FL. IVL. CONSTANS. NOB. C.
 CONSTANS. IVN. NOB. C.
 (Mus. Caes.)

Caput fere laureatum tantum.

Iunior diserte dicitur in numo musei Caesarei, et fraudis suspicione absolvit simillimum alium, quem recitat Bandurius, sed adulteratum a viro quodam prave diligenti conjicit. ^{a)} Quae monetario causa fuerit addendi hujus tituli, quo tempore senior Constans non exstitit, nisi quem finxit Harduinus, mi-

hi incompertum. Sed enim neque necesse fuerat, Constantinum Caesarem appellare in numis juniorem. quia tum ejusdem nominis pater nequaquam Caesar, sed Augustus fuit.

In numis Constantis Caesaris averfas nonnisi obvias videas, v. c. GLORIA. EXERCITVS. — PRINCIPI. IVVENTVTIS. etc. Nobilior est :

Antica solita.

TRIVMFVS. CAESARVM. *Victoria adversa stans.* AE. II. (Tanini.)

V. C. 1090. P. X. 337.
AVGVSTVS.

Hunc honorem cum fratribus cepit defuncto patre. Triennio post Constantini fratris a ducibus suis, ut in ejus moneta diximus, apud Aquileiam victi provincias occupat, totique deinceps Occidenti imperat. Bella subinde cum Francis gerit, qui Gallias invasere. V. C. 1103 P. X. 350 insidiis Magnentii, qui Augustum sese in Gallia dixit, in Pyrenaeis montibus interficitur aetatibus, quod nonnulli conjiciunt, anno fe-

a) Pag. 362.

re XXX. laudatus ab aliis, ab aliis vi-
tuperatus.

Ab anno V. C. 1090 P. X. 337 ad V. C.
1103 P. X. 350.

- A. CONSTANS. AVGVSTVS.
- B. CONSTANS. P. F. AVG.
- G. IMP. CONSTANS. AVG.
- D. D. N. CONSTANS. AVG. *aut*
similiter.
- E. FL. CONSTANS. *vel:* CON-
STANTIS. P. F. AVG.
- F. FL. IVL. CONSTANS. AVG.
vel P. F. *vel* PIVS. FELIX. AVG.
- G. FL. IVL. CONSTANS. PERP.
AVG. in AV. (Mul. Caes.)

Caput plerumque diademate vel lau-
rea gemmis divite redimitum, saepius
tamen in aeneis max. mod. laurea pu-
ra, in aureo Pellerinii, qui dabitur in-
fra, caput radiatum. Etiam ejus pro-
tome cum variis attributis.

Vt lit. B.

BONONIA. OCEANEN. *Mulier stans in*
triremi s. clypeum, d. hastam intorquet in
figuram natantem, ad proram triremis Vi-
ctoria, ad puppim duo signa militaria.
AE. max. mod. (Band. Tanini.)

Bononia, hodie Gallis *Boulogne*, cui
secundum tabulam Peutingerianam vet-
tus nomen *Gessoriacum* fuit, hoc nomi-
ne nonnisi inde a Constantino a scripto-
ribus proditur, quorum testimonia vide
apud Cellarium. Sed certissimum testi-
monium est, quod ex historico anony-

mo Constantini M. refert Anvillius: *)
properans ad patrem Constantium venit
Bononiam, quam Galli prius Gessoriacum
vocabant. Fuit oppidum Galliae Belgi-
cae, magnoque in bello usui; quia per-
brevis inde in Britanniam per Oceani
angustias trajectus est. Ex hoc loco et
Claudium in Britanniam trajecisse, scri-
bit Suetonius. b) Numum hunc Ducan-
gius praeclare ex Iulio Firmico expli-
cat sic ad Constantem scribente: *hyme,*
quod nec factum est aliquando, nec fiet,
tumentes ac saevientes undas calcastis OCE-
ANI, sub remis vestris incogniti jam no-
bis paene maris unda contremuit, et in-
speratam imperatoris faciem Britannus ex-
pavit. Similia refert Libanius. c) Hu-
jus expeditionis tempus verisimile facit
subscriptio legis V. Codicis Theodes.
L. XI. tit. 16. quae dicitur *data VIII.*
Kal. Febr. Bononiae Placido et Romulo
cos., qui processere V. C. 1096 P. X.
343. Male hoc loco in Codice scribi
Constantium pro Constante, jam vidit
Iac. Gothofredus, (ad eand. legem, et
iterum in Chronol. Cod. Theod. pag.
XLIV.) et nunc hoc numo eximie con-
firmatur. Vide haec pleraque apud
Ducangium. d)

Vt lit. F.

FELICIA. DECENNALIA. *Genii duo,*
seu Victoriae coronam gestant, in qua
VOT. X. MVLT. XX., in imo TES. ER
AV. max. mod. (Band.)

Vt lit. F.

FELICITAS. PERPETVA. *Imperator*
vultu adverso et habitu consulari sedens in

a) B. L. Tom. XXVIII. p. 401.
num. inf. aevi § 58.

b) in Claud. c. 17.

c) in Basilico.

d) Dissert. de

pegmate altiore, capite nimbato dextera sursum elata, suppedaneo inscriptum VOT. V., *in pegmate inferiore hinc et illinc adfiget figura juvenilis eodem habitu d. volumen, infra* SIS. Est AV. (Mus. olim de France.) AR. max. mod. (Band.) In alio: *Victoria gradiens d. lauream, f. tropaeum, infra* AQ. Est AR. (Mus. Caes.)

Argumentum prioris typi explicatu sane difficile, cujus causam in spissam eorum temporum caliginem merito conferas. Vide de hoc conjecturas parum probabiles cum Bandurii, tum Khellii. *)

Antica varia.

FEL. TEMP. REPARATIO. *Phoenix gradibus insistens lauream rostro stringit. Vel: Triremis, super qua imperator paludatus stans d. phoenicem, in aliis Victoriolam sustinet, f. innititur labaro, in quo monogramma Christi, adsidente ad gubernaculum Victoria. Vel: Miles barbarum erinibus prehensum e specu, aut silvarum latebris protrahit. Vel: Miles equitem prostratum hasta petit. Vel: Imperator stans d. labarum tenet, in quo monogramma Christi, f. clypeum, adsidentibus humi duobus captivis. vel: Imperator in equo citato hostem procumbentem ac supplicem hasta impetit.* AR. AE. II. III.

Typos deinceps usque ad Gratianum perpetuos et obvios semel descripsisse suffecerit. Natos fuisse post mortem Constantinorum patris et filii, argumento esto, quod certus hujus generis cum eorum capite non exstat. Ipsi explanatione non egent, cum nota aut prona certe symbola sint felicitis temporum re-

parationis, ac praecipue phoenix avis, cujus imaginem jam vidimus in numo divi Trajani, tum et Hadriani cum epigraphe SAEC. AVR., nunquam felicio-re ejus usu, quam cum significanda fuit temporum reparatio secundum ea, quae veteres de singulari hac avi commenti sunt. Vide Tacitum, Plinium, aliosque, tum prolixum carmen de phoenice, quod Lactantio tribuitur.

Vt lit. F.

OB. VICTORIAM. TRIUMFALEM. *Duae Victoriae stantes coronam una tenent, cui inscriptum: VOT. X. MVLT. XV. vel: MVLT. XX. Est AV. AR. (Mus. Caes. Band.)*

Constantem gessisse bella cum Francis, deinde Scotis constat, ex quibus *victoriae triumphalis* titulus arcessitus.

Vt lit. F. Caput radiatum.

TR. in medio numi, nullo alio typo. In aliis: SIS. vel MT. ES. Sunt AV. (Pellerin Mel. I. p. 169.)

Si Pellerinium audimus loco laudato pagina praecedente, signati sunt hi numi eum in finem, ut ex vexillis militariibus suspenderentur, qui fuit mos vetustus, idque tanto magis illi visum conjici posse, quia duplici foramine pertusi sunt. Vtrum istud videatur verisimile, praecipue in numis, qui modulum ordinarium vix excedunt, arbitretur lector.

Vt lit. F.

TRIUMFATOR. GENTIVM. BARBARVM. *Imperator togatus stans d. la-*

a) Subplem. ad Vaill. p. 251.

barum, cui inscriptum monogramma Christi, *f. hastam*, vel: *d. labarum*, *f. clypeum*; in aliis a Victoria retro stante coronatur. AV. AR. m. m. (Band. Mus. Caes.)

Aversa speciosior quam verior secundum numum paullo supra descriptum explicanda.

Vt lit. G.

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victoria gradiens d. lauream, intra quam scriptum XXV., f. tropaeum, humi barbarus sedens elatis manibus, infra SMNC. Est AV. (Mus. Caes.)*

Numum descripti propterea, ut tanto magis appareat turbata ratio, qua in votorum calculo imperatores usi sunt. Illi, qui ne totos quidem annos XVIII. imperio seu Caesar, seu Augustus praefuit, vota XX., sed et haec solum suscepta dabimus, at qua ratione XXV.?

Vt lit. D.

VIRTVS. EXERCITVM. (*sic*) *Quatuor signa militaria, quorum secundo inscriptum A, tertio W, superne monogramma Christi. AR. max. mod. (Mus. Caes.)*

En tibi jactatum aliquoties in Apocalypsi: *Ego sum alpha et omega, principium et finis*, nunc etiam ad contestandam in Deum unicum fidem huc advocatum. Simili oratione sincerum suum in Pollionem adfectum testatus est Maro, quando eum his verbis compellat: ^{a)} *a te principium, tibi desinet*. Deinceps quoque utramque hanc literam non infrequenter in moneta intuebimur.

Vt lit. F.

VIRTVS. EXERCITVS. GALL. *Miles cum hastili tropaeum super humero gestans, ad pedes duo captivi. AV. (Band.)*

Similem averfam vidimus in numis Constantini patris.

Antica varia.

VOT. XV. MVLTV. XX. — VOT. XX. MVLTV. XXX. *intra coronam. AE. IV. (Mus. Caes.)*

Ejusmodi spectato numero vota, aliaeque, quae in aliis Constantis numis proponuntur, qui volet, ad Constantis chronologiam exigat. Vide infra tractatum de numis votorum.

Vt lit. D.

VOTA. PVBLICA. *Isis stans in navi. AE. IV. (Tanini.)*

Vt lit. B.

VRBS. ROMA. *vel VRBS. ROMA. BEATA. Mulier galeata spoliis insidens d. Victoriolam, f. hastam. AE. max. mod. (Band.)*

Divus Constans.

Fuisse Constantem consecratum continuato etiam in principibus Christianis more, nequaquam dubito, verum non exstat ejus facti testis numus. Talem quidem promulgavit Mediobarbus, sed jam observavit Bandurius, male lectam anticae epigraphen, restituendumque Constantio Chloro, quod non advertit Mazzolenus, qui hunc Mediobarbi errorem propagavit. ^{b)}

a) Eclog. VIII. 11.

b) Animadv. III. p. 77.

SATVRNINVS III.

113

PRETIVM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	C.
Majoris moduli in utroque metallo	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	C.

SATVRNINVS III.

Aevum Gallieni, deinde Probi tyrannum habuit dictum Saturninum. Ad neutrum pertinere potest numus, quem describimus, quia averfam offert, quae utriusque Augusti aetate non valuit. At enim, ut haec aetatem sibi, in qua sumus, jure postulat, sic ab historicis omnibus, qui hujus aevi res gestas dicant, Saturninus tyrannus plane igno-

ratur. Fuere tamen etiam, qui numi hujus fidem in dubium vocavere, ut testatur Bandurius. ^{a)} Eccum.

IMP. CAE. SATVRNINVS. AV.

Caput radiatum.

FEL. TEMP. REPARATIO. *Miles hostem equo prolapsus hasta confodit, in imo*
BSIS. AE. III. (Band.)

FL. IVL. CONSTANTIVS II.

Constantini M. et Faustae alter filius, natus V. C. 1070 P. X. 317. Dies natalis in catalogo Caesarum proditur VII. idus Aug. ^{b)} V. C. 1076 P. X. 323 VI. idus Nov. ad Caesaream dignitatem fuit evectus. V. C. 1088 P. X. 335 ei pater in celebri provinciarum divisione Orientem administrandum dedit, ac biennio post, antequam moreretur, bellum in Persas demandavit.

Ab anno V. C. 1076 P. X. 323 ad V. C. 1090 P. X. 337.

CAESAR. PRINC. IVVENT.

- A. CONSTANTIVS. NOB. C. *aut similiter.*
- B. D. N. CONSTANTIVS. NOB. C. *vel similiter.*
- C. FL. CONSTANTIVS. NOB. C. *addito etiam D. N.*
- D. FL. IVL. CONSTANTIVS. NOB. C.
- E. FL. VAL. CONSTANTIVS. NOB. C.
- F. FL. IVL. CONSTANTIVS. NOB. CAES.

Caput laureatum aut diadematum.

a) in praef. ad Tom. II.
(Vol. VIII.)

b) Marini Frat. arv. p. 387.

raro nudum, et tum cautio, ne cum Constantii Galli moneta confundatur, ut in hoc dicetur.

Vt lit. A.

FELICITAS. ROMANORVM. *Quatuor armati et paludati hastas tenentes stant sub arcu.* AR. (Band.)

Videtur exhiberi Constantinus M. cum tribus filiis. Eadem averfa est etiam in numis ejusdem Constantii, sed Augusti, et in his duo tantum armati.

Vt lit. F. Protome laureata Constantii d. hastam tenens, f. clypeum, cui insculptus imperator eques praecedente Victoria, et adducta hasta in barbaros supplices irrumpens, pons subit turba militum.

GAVDIVM. ROMANORVM. *Vir paludatus altiorque stans d. hastam, cujus capiti manus superne e nube promicans coronam imponit. Ei a sinistris adstat vir eodem cultu, sed minor, quem adstans Victoria coronat; a dexteris alius eodem cultu, sed item praecedente minor, quem stans juxta figura militaris galeata amplectitur, in imo MCONS.* Est AV. praegrans moduli adpendens aureos Hung. 74. (Mus. Caef.) Vide altius notam p. 82.

Numus hic propter pondus insignis inter fratres meriti, quia Constantium adhuc Caesarem appellat, signatus est intra annum P. X. 323, quo Caesaris primum dignitatem abstulit, usque ad annum mortis paternae 337, ex quo dictus Augustus. At quoniam facies Constantii plenior jam est, et maturior, malim signatum hunc numum paullo ante mortem patris, quo annum vitae saltem XX. egit. Iuvat conjecturam

cultus militaris; nam eo ipso tempore bellum illi Persicum decrevit pater. Ad partem averfam quod attinet, virum, qui medius stat altior, non dubitem appellare Constantinum patrem propter venerabile senium pietatemque jam nunc coelitus coronatum, eum, qui illi a sinistris adstat, fratrem majorem Constantinum, qui a dexteris, fratrem minorem Constantem. Deest Constantius, jam in antica conspicuus. Capita gentis dominantis eodem modo in utramque numi partem divisa jam vidimus in numis Sept. Severi ad annum V. C. 954. Frater Constantinus a Victoria coronatur, quia revera eo ipso tempore victor fuit teste ejus numo: VICTORIA. CONSTANTINI CAES. Adverte, jam nunc variam gentis regnantis dignitatem majore minoreve corporis mensura indicari, quod deinde in numis Byzantium obvium.

Vt lit. D. Caput laureatum.

GLORIA. ROMANORVM. *Mulier galeata sedens d. glabrum, cui insistit Victoriola, f. hastam, humi clypeus, in imo TR.* Est AV. max. mod. (Mus. Caef.)

Deest hic numus in catalogis hactenus vulgaris cum nomine *Caesaris*. Alios, sed cum typo aliquantum diverso, vide mox infra in numis Constantii, sed Augusti.

Vt lit. E.

VOTA. PVBLICA. *Amphis stans d. fistrum, f. caduceum.* AE. IV. (Theupoli.)

Vide infra similem in numis ejusdem, sed Augusti.

Numi reliqui: GLORIA. EXERCI-

TVS. — PRÍNCIPI. IVVENTVTIS. — VICTORIA. BAEATISSIMORVM. CAESS. etc. jam fere ex praecedentibus cogniti.

V. C. 1090. P. X. 337.
AVGVSTVS.

Mortuo hoc anno patre Augustus, et totius Orientis jam rector, bellum primum cum Sapore Persarum rege varia fortuna gerit. Subinde Occidenti prospicit inde ab anno P. X. 350, quo caesus frater Constans, Magnentii, Vetranionis, Decentii tyrannide turbato, quibus omnibus loco motis, ac cumprimis relata insigni apud Mursam de Magnentio victoria unus rerum potitus pacem restituit. Cùm unus tantae moli non sufficeret, Constantium Gallum consobrinum Caesarem appellat quidem, verum propter morum asperitatem ad mortem adacto hujus fratrem Iulianum sufficit, eumque bello adversum Alamannos praefesse jubet. V. C. 1110 P. X. 357 de Magnentio Romae triumphat. Triennio post bellum adversus Saporem instaurans, audito sub ipsum iter, Iulianum, qui magnis rebus gestis Alamannos ad pacem compulerat, Augusti titulum in Galliis a militibus acceptasse, dilata interim vindicta coepta prosecutus Euphratem transit. At Sapore ad ejus adventum territo, et cum exercitu dilapso regressus et ipse, in Iulianum, qui jam Italiam, et Illyricum occupaverat, bellum instruit, verum in medio apparatu apud Mopsucrenen Ciliciae contracto ex aegrimonia morbo extinguitur V. C. 1114 P. X. 361. Corpus

Iuliano jubente translatum Constantino-polin, ibique honorifice conditum.

Habitus est ingenii solidi, vani, arrogantis, in suspiciones patens, ac tum in crudelitatem proni, atque istud non ab idololatriis modo scriptoribus, sed Christianis quoque, qui, ut ejus in veterem superstitionem odium collaudarent, ita ad ejus insaniam ingemuere, qua in controversis sacrae doctrinae quaestionibus agere ipse arbitrum est ausus, et episcopos inter se committendo tantum fere ecclesiae pacem turbavit, quantum qui eam ante persecuti sunt. Inter haec vitia fuisse tamen clarum eloquio, temperantem, egregiae tranquillitatis perhibent Eutropius et uterque Victor.

Vxor I. incerti nominis Iul. Constantii patrui filia, neque magis certa ejus reliqua vita. Sunt, qui *Faustam* appellatam conjiciant, quo nomine percussum numum post Constantium hunc ipsum prodam.

Vxor II. *Eusebia* patris consularis filia. Haec quoque sterilis, ut prior. Ejus numi necdum reperti.

Vxor III. *Maxima Faustina*, quam postremo vitae anno duxit incerto genere ortam. Ex hac mortuo marito nata Constantia ab eventu dicta Postuma, subinde Gratiano Aug. nupta. Faustinae numum edidit Mediobarbus, sed qui verius videtur ad Faustam Constantini M. pertinere.

Ab anno V. C. 1090 P. X. 337 ad V. C. 1114 P. X. 361.

- A. CONSTANTIVS. AVG. *vel* AVGVSTVS, *etiam* P. F. AVG.
 B. D. N. CONSTANTIVS. AVG. *vel* P. F. AVG.
 C. IMP. *vel* IMP. C. CONSTANTIVS. AVG. *vel* P. F. AVG.
 D. D. N. CONSTANTIVS. MAX. AVGVSTVS.
 E. D. N. CONSTANTIVS. VICT. P. F. AVG.
 F. D. N. FL. CONSTANTIVS. AVG. *vel* PERP. AVG.
 G. FL. IVL. CONSTANTIVS. P. F. AVG. *vel* PER. AVG. *vel* P. F. PERP. AVG.

Caput plerumque diadematum cum margaritis, rarius laureatum. Non infrequens ejus protome cum variis attributis.

Vt lit. B.

DEBELLATORI. GENTI. *vel* GENTI-VM. BARBARARR. *vel*: GENTT. BAR-BARR. *Imperator eques variis additis.* AE. max. mod. (Tanini.)

Vt lit. B.

FELICITAS. ROMANORVM. *Fornix binis columnis spiralibus fultus, intus duae figurae paludatae hastatae stantes, infra* SIRM. Est AR. max. mod. (Mus. Caes.)

Videntur indicari Constantius Aug. et Gallus Caesar; nam et in hujus moneta hic typus exstat. Aversam similem, sed cum quatuor armatis vidimus supra in numis ejusdem Constantii, sed Caesaris.

Antica varia.

GLORIA. REIPVBLICAE. *Duae figurae muliebres cum hastis, quarum dexterior galeato capite est, sinisterior turrito, et simul d. pede prorae navis insistit, sedentes clypeum tenent, cui inscriptum:* VOT. XX. MVL. XXX. *In aliis:* VOT. XXX. MVL. XXXX. *In unico:* VOT. XXXV. MVL. XXXX. Est AV. (Mus. Caes.)

En binis his signis utramque Romam propositam, veterem, quae dextera sedet, novam, quae capite turrito et adstituta navis prora distinguitur, ut dictum in numis inscriptis: CONSTANTINOPOLIS, quos post Constantini M. monetam descripsi. Moneta haec aurea in Constantio nostro magno numero exstat, verum rara in hac sunt VOTA. XXXV., nimirum quinquennalia decaeteridos III.

Vt lit. G.

GLORIA. ROMANORVM. *Mulier sedens d. Victoriolam, f. hastam, pede prorae navis imposito.* AV. Max. Mod. (Mus. Caes.)

Typo aversae iterum haud dubie indicatur Constantinopolis. Haec aversa obvia est in numis aureis inde a Gratiano. Duplex est hic numus in museo Caesareo, alter insignis voluminis, adpendens aureos Hung. 12½ (Vide altius notam p. 82.) sed utcunque attritus, alter aureos tantum 5¾, sed nitidissimus.

Vt lit. B.

HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS. *Victorius coronans imperatorem paludatum stantem, et d. labarum, in quo monogramma Christi, f. hastam tenentem.* AE. II.

Numus in Constantio nostro et Vetrone obuius, in Gallo rarior. In numis Constantini M. ad numum: SPES. PVBLICA copiose egimus de Christi monogrammate illo iubente vexillo inserto, cum in bellum Maxentii exiret. Hoc in mediam aciem delato, qua parte maximum videbatur discrimen, cum certam semper victoriam referret, ut tradit Eusebius, et qui hunc exscripsere, factum, ut hoc signum valere unice ad victoriam crederetur, ex quo habemus rationem epigraphes: HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS, quae haud dubie ipsi etiam vexillo addita fuit. Aliqui aversam ad ipsam crucem a Constantino in coelo conspectam referunt, juxta quam scriptum legebatur: EN. TOTTONI. NIKA, in hoc (signo) vince.

Vt lit. B.

LARGITIO. Imperator sedens medius mulieri capite radiato ad dexteram accedenti d. quid largitur, a sinistris stans mulier alia galeata s. hastam tenet. AE. max. mod. (Band.)

Hunc numum varie explicant eruditi. Spanhemius Chisletium secutus typo figurae radiatae accedentis censet exhiberi Arsacem Armeniae regem, quem teste Ammiano magnificis muneribus Constantius est prosecutus. Gorius, qui in museo Florentino binos similes ex gazza M. Ducis edidit, typo mulieris capite radiato Constantinopolin, alterius mulieris galeatae Romam veterem, et factas his a Constantio largitiones exhiberi censuit. Nemo erit, qui non posteriorem hanc sententiam praeferre malit, praecipue si recolat ea, quae paullo supra de symbolica utriusque ur-

bis imagine dixi, tametsi difficile est, certi quidquam adfirmare, antequam de ipso typo, nam in hoc describendo nimium variant auctores laudati, certiora habeamus. Novum nunc in numis nomen LARGITIO, cum antea pro hoc *Liberalitas*, *Congiarium* in usu esset. At enim proprium illud erat hujus aetatis vocabulum, unde *Comites privatarum*, vel *sacrarum largitionum*, quod probare supervacaneum.

Vt lit. A.

OB. VICTORIAM. TRIVMPHALEM. *Duae Victoriae stantes et tenentes clypeum, cui inscriptum: VOT. X. MVL. XX. Est AV. max. mod. (Mus. olim de France Vindob.)*

Similem aversam jam dedit moneta Constantis.

Vt lit. B.

SALVS. AVG. NOSTRI. *Monogramma Christi, in area hinc A, illinc W. AE. II. (Mus. Caes.)*

Nova aversa, etsi jam cognitus ejus typus seorsim acceptus. De monogrammate jam actum abunde, et de A. W. supra in Constante ad numum VIRTVS. EXERCITVM.

Antica varia.

TRIVMFATOR. GENTIVM. BARBARVM, ut in numis Constantis. AR. max. mod. (Mus. Caes.)

Vt lit. G.

VICTOR. OMNIVM. GENTIVM. *Imperator paludatus stans d. labarum, s. clypeum, hinc duae figurae flexis genibus supplices, inde captivus sedens. AV. (Mus. Caes.)*

Eandem prorsus aversam vidimus in numo Constantini M., nisi forte hic tu-

FAVSTA CONSTANTII II.

tius Constantino filio tribuetur vel propterea, quod simillimus est descripto hic fratris Constantii numo. Diximus autem supra in moneta Constantini jun. Augusti, hujus numos vix discerni posse a numis Constantini patris.

Antica varia.

VOT. XV. MVLTV. XX. — VOT. XX. MVLTV. XXX. — VOTIS. XXV. MVLTV. XXX. — VOTIS. XXX. MVLTV. XXXX. Numi obvii fere in argento. Singulares sunt propter insolentem saltum bini argentei apud Bandurium :

VOTIS. XXV. MVLTV. XXXX. In aureo musei Caesarei, et apud Liebeum *) VOT. XXXV. MVLTV. XXXX., quem lege de hoc votorum numero differenter.

Vt lit. B.

VOTA. PVBLICA. *Anubis fons d. sistrum, f. caduceum.* AE. III. (Band.)

Similem jam dedimus supra in ejusdem Constantii, sed Caesaris numis. De his agetur copiosius post numos Iuliani.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	C.
Aenei max. moduli	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

FAVSTA.

Exstant numuli hujus rationis.

FAVSTA. N. F. *Hujus caput.*

Sine epigraphe. Astrum intra lauream, infra TSA. Sunt AE. III. (Mus. Caes.)

Cujus uxor fuerit Fausta, quae in numis his *Nobilissima Femina* exemplo Helenae Crispi appellatur, omnino ignoramus. Quoniam nomen uxoris primae Constantii II. a scriptoribus reticetur, non improbabile visum Bandurio, hanc ipsam numorum praesentium Faustam Constantio primis nuptiis fuisse junctam.

Tamen fatetur etiam, potuisse esse uxorem Constantini junioris. Quisque facile videt, macris rem conjecturis agi. Interea ego numum hic proposui, quod locus tamen feminae dandus fuit, et certe ad istud aevi pertinet. Illud denique observandum, numos hos simillimos esse numis, qui vulgo Helenae Crispi tribuuntur, sic ut in his scriptum HELENA, in illis FAVSTA totum discrimen peragat, de quibus vide, quae in Helena Iuliani observabo.

a) Goth. num. pag. 83.

PRETIVM.

Non exstant nisi aenei, iique - - - - - RRR.

FL. POP. NEPOTIANVS.

Matrem habuit Eutropiam Constanti-
ni M. sororem, incerta patris fortuna.
V. C. 1103 P. X. 350 Constante Ma-
gnentii infidiis caeso, et hoc Occidentis
imperium usurpante inter haec turbida
aliquid et sibi tentandum ratus sumpta
purpura Romam invasit, sed post dies
XXVIII. a Magnentii duce victus cae-
susque temeritatis et exercitae in cives
crudelitatis iustas poenas dedit.

FL. POP. NEPOTIANVS. P. F.

AVG. *Caput nudum.*

GLORIA. ROMANORVM. *Imperator
eques barbarum supplicem hasta impetit,
infra clypeus et hasta fracta, in imo: RO.*

vel RQ. vel RS etc. AE. II. (Mus.
Caes.)

Eadem adversa. In aliis:

FL. NEP. CONSTANTINVS.

AVG. *Caput corona gemmata re-
dimitum.*

VRBS. ROMA. *Roma galeata sedens d.
Victoriam, f. hastam.* AE. II. (Band.
Mus. Caes. Com. Vitzai.)

Cum posteriore capitis epigraphe edi-
tus est unus, sed mutilus a Bandurio,
post a Pellerinio, *) serius integerri-
mum vidi ipse in museo ill. com. Vitzai,
quem et edidi in meis Num. vet. p. 316,
ex quo tenemus, Nepotianum etiam
Constantini nomen tulisse.

PRETIVM.

Non exstant, nisi AE. II. formae, iique - - - - - RRR.

VETRANIO.

Etiam Vetratio in Pannonia magister
militum audita Constantis caede jam ae-
tate invalidus imperium Sirmii invasit
eodem, quo Nepotianus, anno V. C.
1103 P. X. 350. Aberat tum Constan-
tius bello Persico dissentus, qui intel-

lectis turbis, quas in Occidente excita-
verant Magnentius ac Vetratio, confe-
ssim advolat, et Serdicae invitatum ad
colloquium Vetratorem corruptis prius
ejus militibus ad ponendam purpuram
adigit ejus anni die XXV. Decembris,

a) Mel. I, pag. 216.

cum vix menses X. imperium usurpasset. Permissa vitae venia reliquam aetatem Prusae Bithyniae a Constantio liberaliter habitus exegit.

D. N. VETRANIO. P. F. AVG.
Caput laureatum.

HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS. *ut in Constantio.* AE. II. III. (Mus. Caes.)

Eadem adversa.

SALVATOR. REIPUBLICAE. Imperator paludatus stans d. labarum, in quo monogramma Christi, f. hastam, coronatur ab adstante Victoria, infra ASIS. Est AV. (Mus. Caes.)

Nova est haec inscriptio, sed et barbara. Nam ab eruditis jam est observatum, vocabula *salvator*, *salvare* a Christianorum disciplina, et SS. Patribus inventa, pro quo melius Latine dices *servator*, *servare*. Vide Seidelium

in rarissimum hunc numum commentantem. *)

Eadem adversa.

VICTORIA. AVGVSTORVM. Victoria gradiens d. lauream, f. tropaeum, in imo SIS. Est AR. puri. (Mus. Caes.)

Reliqui cognitis jam aversis: CONCORDIA. MILITVM. — GLORIA. ROMANORVM. — VIRTVS. AVGVSTORVM. — VIRTVS. EXERCITVM. Sunt omnes in museo Caesareo.

Vetranionis numum aeneum III. formae produxit Bandurius, in cujus antica legitur: VETRANIO. NOB. CAES. *Caput imberbe nudum.* Cum vir praeclarus numum ipse non viderit, sed eum solum ex schedis Hen. commemoret, licebit ejus fidem in dubium vocare.

PRETIUM.

Aurei et argentei puri	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	R.

NONIVS.

In catalogo musei olim d' Ennery numi bini vulgati exstant: b)

D. N. NONIIVS IL AVG. *Caput margaritis diadematum.*

FELICITAS. REIPUBLICAE. *Mulier stans d. globum cum Victoriola, et labarum, in imo: R. P. L. C. Est AE. III.*

D. N. NONIIVS. M. N. V. *Caput nudum, in area A.*

VICTOR . . . NONA. *Duae Victoriae stantes tenentes clypeum arbori adfixum; clypeo inscriptum OVI. AV. Q., in imo H. M. R. Est AE. III.*

Vtriusque numi jam meminit Beau-

a) Electa Woltereckii pag. 301.

b) Pag. 641.

vaiſius, ſuſpicatus, eſſe poſſe Regalia-
ni, cui nomen *Nonii* in numis fuit. Ve-
rum numos hos praeter Goltzium nemo
alius vidit, ſinceri nomine *Nonii* abſti-
nent, ut vidimus volumine praecedente
p. 461. Non puto, de novo hoc Au-

guſto magnopere eſſe laborandum. Ma-
gis veriſimile, eſſe cogniti cujuſpiam
Auguſti, ſed cujuſ nomen monetarii ru-
ditate male eſt exaratum, cujuſ exem-
pla in muſeis omnibus copioſa reperi-
untur.

FL. MAG. MAGNENTIVS.

Originis minus exploratae, certe pa-
rentibus barbaris natus, ſive Germani
hi fuere, ſive Britanni. Conſtanti Au-
guſto propter belli ſpecimina carus, et
ad maximas ab eo dignitates evectus
malam tantis beneficiis gratiam repen-
dit, quando Auguſtoduni in Gallia V. C.
1103 P. X. 350 Auguſtum ſe palam di-
xit Conſtante non procul inde venatio-
ni vacante, et ubi inſidias intellexit,
profugo quidem, ſed per ſubmiſſos a
tyranno percuſſores in Pyrenaeis mon-
tibus interfecto. Patrato parricidio om-
nes ſibi provincias, quae Conſtanti olim
paruere, ſubjicit, Nepotianum, qui au-
dita Conſtantis morte imperium in urbe
invaſit, duce Marcellino vincit, et ad
mortem adigit, Romam ipſam inaudita
crudelitate dilacerat. Deſperata cum
Conſtantio concordia bellum parat, De-
centium fratrem Caefarem dicit, ſed
victus anno ſequenti P. X. 351 apud
Murſam Pannoniae in Galliam fugit,
ibique bellum inſtaurat, ſed victus ite-
rum anno P. X. 353, cum nulla jam
ſalutis ſpes ſuperellet, fratre primum
Deſiderio, quem Caefarem appellavit,
multis vulneribus paene confecto, de-
inde caeſa matre ſe ipſum interimit. De
ejus truculentis moribus incredibilia pro-
(Vol. VIII.)

didere ſcriptores veteres.

Vxor *Iuſtina*, quam, Auguſtus cum
eſſet, duxit, nupta ſerius Valentiano I.
Aug.

Ab anno V. C. 1103 P. X. 350 ad V. C.
1106 P. X. 353.

- | | |
|----|--|
| A. | D. N. MAGNENTIVS. AVG.
vel P. F. AVG. |
| B. | IMP. MAGNENTIVS. AVG. vel
IMP. C. — CAE. — CAES. |
| C. | MAG. MAGENTIVS. AVG.
(Muſ. Caef.) |
| D. | FL. MAGNENTIVS. P. F. AVG.
(Muſ. Caef.) |
| E. | FL. MAGNENTIVS. TR. P. F.
AVG. (Muſ. olim de France
Vindob.) De literis inſolentibus
TR. mox infra. |

Caput plerumque nudum, etiam lau-
reatum cum margaritis.

Vt lit. C.

BEATITVDO. PVBLICA. *Mulier ſedens
d. elata, ſ. haſtam.* AE. III. (Muſ.
Caef.)

Averſa nova, et Bandurio ex una
Mediobarbo cognita, ſed ſerius et Ta-

Q

ninio. *Beatitudinem* tum in pretio fuisse habitam, praeter hunc numum docet marmor dedicatum Constantio: PRO. BEATITVDINE. TEMPORVM. DD. NN. CONSTANTI. ET. CONSTANTIS. etc.

Vt lit. B.

LIBERATOR. REIPVBLICAE. *Imperator capite nimbato eques dexteram offert occurrenti mulieri turritae s. palmae ramum et cornucopiae tenenti, in imo SMAQ.* Est AV. max. mod. (Tanini.) *Alius similibus AV., sed moduli ordinarii.* (Band.)

Vt lit. A.

RENOBATIO. VRBIS. ROME. *Roma galeata sedens more solito.* AE. II. (Tanini.)

Vt lit. E.

RESTITVTOR. LIBERTATIS. *Imperator paludatus flans d. Victoriolam, s. vexillum cum monogrammate Christi, in imo SMAQ.* Est AV. (Mus. olim de France Vindob.)

Anticae variae.

VICTORIA. AVG. LIB. ROMANOR. *in aliis: VICT. AVG. LIB. ROM. ORB. Victoria et alia mulier s. hastam transversam tenens stans tropaeum in medio positum dexteris tenent.* AV. AR. (Mus. Caef.)

En collectos Magnentii numos omnes, qui libertatem reipublicae, Romae, ipsius adeo orbis vindicatam, et hoc pacto urbem renovatam crepant, atque istud sese victo Nepotiano perfecisse iubet intelligi. Verum quam is fuerit praeclarus vindex, in ejus vita perstrinximus. Non praetereundum socium marmor apud Gruterum^{a)} eidem tyrannum

no dicatum, tanquam LIBERATORI. VRBIS. ET. ORBIS. ROMANI. RESTITVTORI. LIBERTATIS etc.

In numo ex adductis tertio post nomen MAGNENTIVS leguntur literae TR. Eum vidi ipse, et jam olim ex museo Franciano edidit Khellius, ^{b)} tamen quid iis intelligi voluerit monetarius, neque ipse indicavit, neque ego conjectura adsequor.

Vt lit. A.

VICTORIAE. DD. NN. AVGG. *Victoria thoraci insidens clypeum tenet, cui inscriptum: VOT. V. MVLT. X., inferne astrum, et AQ.* Est AR. max. mod. (Mus. Caef.)

Duo in hoc numo Augusti colliguntur. Horum alter sitne intelligendus Constantius, an Vetrano, non satis liquet. Istud certum ex ejus aevi historia, fuisse tempus, quo utrumque observavit Magnentius, Constantium, ut ab hoc conlega agnosceretur, Vetranium, quod cum hoc communem hostem Constantium metuebat. Inscriptio VOT. V. MVLT. X. aenigma visum Khellio est, quod nulla possit arte extricari. Nam qua ratione, aiebat, is, qui non nisi trium annorum et medii spatio imperium tenuit, praestare potuit soluta quinquennalia, et suscepta decennalia? ^{c)} Ad hunc rigorem si votorum numis inscriptorum oeconomiam exigere volet vir eruditus, nimium hercle saepe laborabit. Vide, quae de his votorum causis prolixius disputabo infra in Observatis generalibus.

a) Pag. 281.

b) Adpendic. ad Vaill. p. 259.

c) Subplem. ad Vaill. p. 260.

DECENTIVS.

123

PRETIVM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	C.

MAG. DECENTIVS.

A fratre Magnentio cooptatus Caesar V. C. 1104 P. X. 351, cum is urgente Constantio violentas sibi manus intulisset, fraternum secutus exemplum laqueo sibi fauces elisit P. X. 353.

NOR., alii:

VICTORIA. CAES. LIB. ROMANOR. (Vtrique in Mus. Caes.)

Decentius utrum Augustus.

D. N. DECENTIVS. CAESAR, vel: NOB. C.

D. N. DECENTIVS. FORT. CAES.

MAG. vel MAGN. DECENTIVS. NOB. CAES. vel N. CS.

Caput constanter nudum.

Partes averfae fere conspirant cum iis, quas in fratre Magnentio descripsimus. Quare eas recoquere inutile videtur. Memorandi tamen aurei, quorum alii inscribuntur:

VICTORIA. AVG. LIB. ROMA-

Mediobarbus ex museo Faeschii numum citat inscriptum: D. N. DECENTIVS. P. F. AVG., verum sitne hic numus sincerus, dubitat ipse Bandurius, habetque me sibi facile consentientem.

Bandurius aeneum maximae formae ex museo regio Etruriae obtulit cum epigraphe: IMP. DECENTIVS. NOB. CAES. Eum deceptum profitetur Gorius, *) eique lectionem multo adhuc magis miram sufficit: MAG. DECENTIVS. NOB. CAES. AVG. Vtri horum habenda fides? Vterque certe numum ipse vidit. Opperiatur diluculum.

PRETIVM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	C.

a) Mus. Florent.

DESIDERIVS.

Magnentii item frater, et ab hoc dictus Caesar, sed qua paullo post dignitate excidit crudeliter a fratre ipso Magnentio interemptus, ut in hoc diximus.

* * *

Ejus numi unis Goltzio et Stradae cogniti, neque ad eum pertinere puto contorniatum cum epigraphe DE. SID. NC., qui ei passim tribuitur, ut dicemus infra in tractatu de numis contorniatiss.

FL. CL. CONSTANTIVS GALLVS.

Iul. Constantii, fratris Constantini M., et Gallae filius, Iuliani, quem proxime imperatorem dabimus, frater germanus natu major. Mortuo Constantino M., cum filius Constantius in suam ipsius gentem saeviret, et jam Galli nostri patrem, fratremque natu maiorem e medio sustulisset, uni valetudini infirmiae, ex qua brevi decessurus videbatur, servatam vitam debuit. Idem Constantius, qui mortem puero intentavit, patruelem Gallum V. C. 1104 P. X. 351, cum bellum in Magnentium meditaretur, Caesarem dixit abolito Galli nomine, suoque Constantii indito, ut dixerit Victor, *) eumque in Oriente reliquit ad arcendas Persarum incursiones. Verum cum ejus atrocitas morum ferri diutius non posset, Constantius ad se evocatum primum Petovione imperii insignibus exiit, deinde Flanone in Istria interfici iussit V. C. 1107 P. X. 354.

Vxor *Constantina* Constantini M. filia, Hanniballiani vidua, quam Constantius frater Gallo collocaverat, cum eum Caesarem dixit. Numis caret.

Criterion numorum Gall.

Cum Gallus noster eadem habuerit nomina, quae patruelis Constantius II., quamdiu hic Caesar erat, dubitatum non raro, utri tribuendi sint numi complures Constantii nomine insignes. Nam *Galli* nomen in numis certis non legitur ex causa, quam continuo dedimus, nisi certos velis appellare, quos Bandurius ex unis Trifano et Strada produxit. Ad hoc igitur discrimen servient leges sequentes:

I. Numi: CONSTANTIVS. IVN. absque dubio sunt Galli, qui *junior* dictus est propter seniorelem Constantium Augustum.

II. Non minus Galli sunt, in quibus legitur FL. CL. Nam Constantium seniorelem Claudii nomine fuisse usum, ex numis certis non constat.

III. Si in numo Constantii Caesaris nomine inscripto sese tibi offerat averfa, quae in usu nondum fuit, quamdiu Constantius senior Caesaris nomen tulit, talis numus certe erit Constantii Galli.

a) in Caesarib. c. 42.

Istud autem facile docebimur inquirendo, utrum talis averſa reperiatur etiam in numis Conſtantini M., aut filiorum Conſtantini et Conſtantis adhuc Caeſarum, quos vidimus fere communes habuiſſe averſas. Si ergo ejusmodi averſam in horum quidem numis non reperiſſes, ſed tamen in numis Conſtantii *Auguſti*, certum indicium, eam ſerius natam, et quod conſequitur, tribuendum numum Gallo, qui tum ex Conſtantiis duobus Caeſar tantum fuit altero jam Auguſto. Exemplo ſerviant numi *Conſtantii Caeſaris* nomine notati, in quorum averſa legitur: FEL. TEMP. REPARATIO. Cum haec averſa non reperiatur aut in numis Conſtantini M., aut ſynchronis filiorum adhuc Caeſarum, at frequenter deinceps, ex quo hi Auguſti fuere, ſequitur, eam ſerius inſectam Conſtantio ſeniore jam Auguſto, omneſque hoſ numos cum nomine *Conſtantii Caeſaris* in Galli moneta putandos. Idem iudicium de numis: HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS, aliisque. Haec animadverſio magnam ambiguis hiſ numis lucem ſuppeditabit.

IV. Quoniam in indicatis hactenus numis, qui certe ſunt Galli, caput conſtanter nudum obſervatur, cavebimus Gallo tribuere numos, in quibus caput diademate, vel laurea ambitur, quod etiam criterium multum valet, cum Conſtantius ſenior raro ſit capite nudo. Eodem exemplo Iulianus, quamdiu Caeſar fuit, nudo ſemper comparet capite. Diſtinguit etiam Gallum, etſi non nihil fallere poſſit hoc diſcrimen, facies oblongior, caput liberalius capillatum, crinibus fronti invergentibus. Haec indicia cum adſunt, non dubitat Hardu-

inus, et poſt eum Bandurius, tribuere Gallo etiam numos, in quibus leguntur nomina FL. IVL., nam *Iulii* nomen hereditarium habuit a patre Iulio Conſtantio.

In haſ leges cum intuebimur, in utriusque Conſtantii Caeſaris numis expeditum habebimus diſcrimen, in quo antiquarii veteres graviter offenderunt temere utriusque monetam miſcendo. Quo loco et meum ipſe peccatum profiteri cogor, cum in edito catalogo muſei Caeſarei numos aeneos: FEL. TEMP. REPARATIO, et argenteos: VOTIS. V. MVLTIS. X. Conſtantio ſeniori tribui, qui revera ſunt junioris. Adeo curae ſecundae primis praefant.

Ab anno V. C. 1104 P. X. 351 ad V. C. 1107. P. X. 354.

- | | |
|----|----------------------------|
| A. | CONSTANTIVS. CAES. vel: |
| | NOB. CAES. |
| B. | D. N. CONSTANTIVS. NOB. |
| | CAES. |
| C. | D. N. FL. CL. CONSTANTIVS. |
| | NOB. CAES. |
| C. | D. N. CONSTANTIVS. IVN. |
| | NOB. C. |
| E. | FL. IVL. CONSTANTIVS. |
| | CAES. |

Caput ſemper nudum, pone in multis, ſed aeneis tantum comparet litera A. vel Δ.

Vt lit. C.

FELICITAS. ROMANORVM. *Imperatores duo ſub arcu ſtantes, d. haftam tenent.* AV. AR. (Band.)

Vide eandem averſam in numis Conſtantii II. ſenioris.

Vt lit. B. et D.

FEL. TEMP. REPARATIO. *Typis variis.* AE. II. III.

Numos cum hac averſa noſtri eſſe Conſtantii, continuo diximus ad § III.

Vt lit. D.

HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS. *Typus, ut in ſimilibus Conſtantii II.* AE. II. III. (Band.)

Criterium numi praecedentis etiam huc valet.

Vt lit. C.

VIRTVS. AVGG. *Miles ſtans d. Victoriolam, ſ. haſtam, pro pedibus duo captivi ſedentes.* AE. max. mod. (Band.)

Cum Galli aetate alter Auguſtus praeter Conſtantium ſeniores non fuerit, ſaltem qui ab hoc agnitus eſſet, nomine AVGG. intelligendi ſunt Conſtantii ſenior et junior, atque hic per conſortium cum priore dicitur Auguſtus, cujus exempla jam alias ſaepe vidimus.

Vt lit. C.

VIRTVS. EXERCITVS. *Tria vexilla humi defixa, in imo: S. M. K. Δ.* Eſt AR. max. mod. (Muſ. Caef.)

Illuſtris hic numus deſt in locuplete catalogo Bandurii, neque in toto ejus opere hunc typum cum hac epigraphe lociatum reperio.

Vt lit. B.

VOTIS. V. MVLTI. X. *intra lauram.* AR. (Muſ. Caef.)

CAESAR. *Caput nudum.*

XX. *intra coronam quernam.* AR. max. mod. (Muſ. Caef.)

Hoc numisma Bandurius Tomo II. pag. 333 per conjecturam Conſtantino juniore tribuerat, at pag. 418 Gallo, quod veriſimilius ſpectatis ejus lineamentis, atque tunc ꝛo XX. indicabit vota XX., ſed Conſtantii ſenioris, etſi pridem ſoluta,

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

CONSTANTINA.

Conſtantini M. filia, ex Hanniballiani vidua Conſtantii Galli uxor. Ambitioſa, moribusque aſpera, in Bithynia eodem, quo maritus, anno ex febre moritur V. C. 1107 P. X. 354.

Ejus numum, inſcriptum: FL. IVL. CONSTANTINA. AVG., ſolus vidit Goltzius, et poſt eum, ſed tantum ex eo, vulgare alii.

SYLVANVS.

Imperante Constantio variis muneribus cum laude perfunctus, ac denique Galliarum rector, sumpta ibi purpura facile ad obsequium revocatus morte

perfidiae poenas dedit.

D. N. FL. STAVANVS. P. F. AVG.
ex unius Goltzii fallace officina emerfit.

FL. CL. IVLIANVS.

Filius Iul. Constantii, quem Constantini M. fratrem diximus, et Basilinae alterius tori, Constantii Galli Caesaris frater germanus natu minor. V. C. 1090 P. X. 337 mortuo Constantino M. parum aberat, quin a Constantio Aug., qui jam patrem Constantium sustulerat, occideretur. Servatus tamen est, quod ab infante septenni omnis insidiarum suspicio aberat. Educatus deinde apud Macellum Cappadociae una cum fratre Gallo literarum studiis totum se dedit, et inter Clericos adscriptus lectoris munus publice obivit. Gallo ad Caesaream dignitatem evecto ipsi quoque exire e solitudine permissum, ac tum variis in urbibus in philosophorum plerumque consortio vixit, quorum institutum et ipse quoque professus est. Fratre Gallo propter morum asperitatem caeso, cum Constantius adiutore sibi in administrando imperio opus esse videret, V. C. 1108 P. X. 355 Iulianum ad se Mediolanum accitum Caesarem creat die VI. Novembris.

omnes Iuliani imagine insignes conflare iussisse. Istud si verum, tam parum illi propositum istud e voto celsit, atque illis, qui ante eum simile quid tentare.

Ab anno V. C. 1108 P. X. 355 ad V. C. 1113 P. X. 360.

CAESAR.

Iulianus ad vindicandas ab Alemanorum incursionibus Gallias a Constantio mittitur. Eos variis primum praелиis, demum P. X. 357 collatis apud Argenteratum signis internecione caedit.

- A. D. N. IVLIANVS. N. C. *aut similiter.*
- B. D. N. FL. IVLIANVS. N. C.
- C. CL. IVLIANVS. N. C.
- D. D. N. CL. IVLIANVS. N. C. *aut similiter.*
- E. FL. CL. IVLIANVS. N. C., *aut similiter, praefixo etiam D. N.*
- F. IMP. IVLIANVS. N. C. vel: NOB. CAES. (Mus. Caes. Band.)

Caput, ut fratris Galli, semper nu-

Narrat auctor incertus Enarrationum chronographicarum, quem vulgavit Bandurius, *) Theodosium M. numos

a) Imp. Orient. pag. 96.

dum, quoad Caesar fuit. Et narrat Ammianus, ^{a)} cum Augustus a militibus salutaretur, iustum proferre diadema, at negasse eum, se unquam habuisse, adhibitum deinde in praesens torquem militis.

Imperatorem etiam, licet Caesar tantum esset, appellari in numis videmus. Nequaquam istud novi exempli, ut abunde diximus in moneta Salonini.

Vt lit. E.

GLORIA. ROMANORVM. *Imperator paludatus sedens d. Victoriolam, f. scipionem, cui ad sinistram adsidet mulier capite turrato, d. Victoriolam, f. hastam tenens, et pede dextero proram navis calcans, in imo CON addito monogrammate.* AV. (Band.)

Mulierem adfidentem esse Fortunam urbis Constantinopoleos, patet ex iis, quae altius in numis inscriptis CONSTANTINOPOLIS diximus.

Vt lit. E.

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victoria feminuda insidens spoliis, et Cupido, vel genius alatus stans utraque manu tenent coronam, in qua VOT. V., in imo CONSTAN. Est AV. (Band.)*

Augustorum nomine intelliguntur Constantius Aug. et Iulianus Caesar, qui Augustus et ipse dicitur, nimirum in consortio Augusti, ut saepe alias vidimus. Suas vero ipsius victorias Constantio etiam imputat, nimirum ut praefagiverat Eusebia Constantii uxor, quae cum maritum hortaretur, ut Iulianum Caesarem appellaret, et Galliis praesi-

ceret, his verbis cunctantem impulit: *nam sive, ajebat, fortuna prospera rebus agendis utitur, faciet, ut imperatori felices illi successus adscribantur etc.*

Vt lit. E.

Sine epigraphe. Corona laurea, in cuius medio astrum, infra T. CON. (Band. Mus. Caes.)

De hac averfa agetur in numis Helenae sequentis.

In numis reliquis: FEL. TEMP. REPARATIO. — GLORIA. REIPUBLICAE. — SPES. REIPUBLICAE. (sic) etc. — VOTA. PVBLICA, quem postremum numum restituiam infra post hujus Iuliani numos.

V. C. 1113. P. X. 360.
AVGVSTVS.

Constantius, sive quod revera subsidiis ad bellum Persicum egebat, sive quod elatum victoriis Iulianum verebatur, exercitus Gallicani partem ad se evocat. At milites istud indigne ferentes Iulianum Augustum appellant, eumque aliquamdiu seu simulate, seu serio cunctantem super scuto elatum populo ostentant circiter mense Martio hujus anni. ^{b)} Constantius re intellecta apud Caesaream Cappadociae, qua in urbe tum per iter in Persas morabatur, datis severis ad Iulianum mandatis, ut coepto desisteret, iter in Persiam prosequitur. At Iulianus, cum Constantium flecti posse desperaret, arma anno sequente P. X. 361 expedit, Italiam-

a) L. XX.

b) Tillemont.

que et Illyricum occupat. Erat pro foribus bellum iterum civile atrox, nisi Constantio, qui aemuli facinus ultum iverat, in Cilicia defuncto flamma refuldisset. Hoste remoto solus ipse Augustus Constantinopolin nemine obfistente intrat, et renovato cum Sapore Persa bello multis jam captis urbibus longius in hosticum progressus, at comaeatuum inopia redire coactus, dum infestos quaquaversum Persas vi reprimere nititur, fortuito telo ictus ex vulnere in castris decedit die XXV. Iunii V. C. 1116 P. X. 363 anno aetatis XXXII. in ipso adeo juventutis flore, et in medio hactenus victoriarum cursu.

Quod in Constantino M. evenisse diximus, quem religiosa partium studia aut coelo intulere, aut Furiis excruciantum commiserere, idem et in Iuliano evenire necesse fuit, ex quo repudiatis palam Christi sacris veterem superstitionem revocavit. Cavendum igitur cum primis, ne in iudicandis Iuliani meritis aut solis utamur eorum testimoniis, qui Christiana sacra amplexi sunt, quos inter praecipue nominandi Gregorius Nazianzenus, totumque scriptorum ecclesiasticorum agmen, aut solis eorum, qui deorum cultum longe praetulere, quos inter facile eminet Libanius sophista. Quo in partium conflictu istud accidit ad causam nostram opportunum, quod inter hos ipsos auctores fuere, qui Iuliani et virtutes aperiunt, et vitia, moderati sane, et amici veritatis, ex quibus laudandus praecipue Ammianus Marcellinus idolorum ipse cultor,

et Iuliani ad bellum Persicum comes, aequissimus vir iudicii, ac consilii, illinc Aur. Prudentius, juratus certe polytheismi hostis, cujus de Iuliano iudicium lubet hic proponere: ^{a)}

*Principibus tamen e cunctis non defuit
unus*

*Me puero, ut memini, ductor fortissimus
armis,*

*Conditor et legum, celeberrimus ore
manuque,*

*Consultor patriae, sed non consultor ha-
bendae*

*Religionis, amans tercentum millia di-
vum,*

*Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus
orbi, etc.*

Ex sanae igitur criticae legibus, si amplectamur ea, quae Christiani in eo laudanda, quae adversarii vituperanda duxere, fieri non poterit, quin sinceram habeamus, germanamque Iuliani imaginem. Accedit, quod etiam his remotis, quo ille fuerit animo, qua indole, incorruptum nobis suppedient testimonium ejus ipsius scripta, quae insigni numero ad nostram usque aetatem pervenere.

His si fontibus ad causam nostram utemur, convincemur facile, fuisse Iulianum a libidine longe alienissimum, frugalem, parcum ciborum et somni, contemptorem opum, ut in exigendis tributis non molestum, ita in remittendis fisci debitis facilem, tenacem iustitiae, et si qua alia sunt decora ex philoso-

a) in Apotheosi v. 449.
(Vol. VIII.)

phiae praeceptis hausta, tum vero artibus omnibus literisque, et cumprimis Graecis insigniter eruditum, et quod maxime mirabile visum in viro, qui omnem anteactam vitam in philosophiae otio transegit, repente ad arma evocatum rudimenta belli inter victoriasoccoepisse. At eundem fuisse gloriae ac popularis aurae plus quam philosophum deceret, appetentem, peccantem interdum in iis ipsis, quae in Constantio culpaverat, nonnunquam in vindictam pronum, scriptores perhibent, non vero novisse imperare linguae, et abstinere amaribus salibus aculeisque, ipsa ejus scripta adfatim testantur. Levitatis ac impotentis animi argumentum insigne, quod provocatus Antiochenis dicteris et traductus acerbius, quod barbaram aleret, et austeriore vitae consuetudine uteretur, cum contemnere angustiae mentis vulgus oporteret, injuriam objecta oratione vindicavit, quam *Μισοπρωγυνα, osorem barbae*, inscripsit, in qua, quam is multa inepta atque inficeta effutierit, in propatulo est, cuius exemplum lemniscatum infra in numis dabo. Cum

deceat philosophum, aliorum aliter sentientium doctrinam patienter ferre, an ille germani philosophi partes implevit, cum Epicureorum, scepticorumque dictata iniquo animo tulit, et abolere adlaboravit? qua in re multo sane inferior habitus est M. Aurelio, qui stoicus ipse Epicureos tamen iisdem, quibus suos, beneficiis adfecit. *) Descivisse a Christianis sacris crimini datum, ob quam causam ei *Apostatae* nomen velut proprium inditum. *) Satis constat, adhuc puerum nonnullorum, quibus literarum causa familiarius utebatur, praeceptis ad vetera instituta fuisse imbutum. Auxerint ingestum odium episcoporum ejus aetatis dissensus, jurgia, et aliquorum non ferenda ambitio, tum vero conventus in locis disjunctissimis usque eo frequentati, ut in eorum commeatus saepe vehicula publica, et in viatica, nam publice praebebantur, fere aerarium deficeret, tam raro ex his colloquiis secuta pace, ut plerumque etiam odia intenderentur. Et quoniam harum auctores synodorum ipsi potissimum fuere Constantinus M., ac filius Constantius,

a) Vide Vol. VII, pag. 66.

*) *Αποστατης* is dicitur, qui partes, quas antea secutus est, aut institutum, quod professus est, mutata voluntate deserit. A vario ergo hominum judicio pendet, utrum haec a causa priore defectio laude digna sit, an vituperio. Hominis Epicurei ad Stoicos *ἀποστασία* probaverint Stoici, vituperaverint Epicurei. Fecit igitur ignorata vocabuli Graeci significatio, ut plerique, qui in admirando Iuliano modum excessere, irascerentur illis, qui *Apostatae* illum nomine, tanquam contumelioso, distinguere amant. Hos inter Voltairius: *Il n'y a pas encor longtemps qu'on ne citoit son nom qu'avec l'épithète d'Apostat, et c'est peut-être le plus grand effort de la raison, qu'on ait enfin cessé de le désigner de ce surnom injurieux.* (Suite des *Mélanges de littérature* etc. Tome IV. Ch. 63.) Contra non vereretur Christianus ego, spectata ejus vocis natura ipsum Constantinum M. vocare *Apostatam*, quippe qui abjecto polytheismo Christiana sacra respexit.

tanto magis utriusque in Christiana studiis irascebatur, quanto impenius utrumque, ac privatim Constantium propter continuatas domus suae caedes oderat, et odisse debuit. Ergo cum primum Augustus sine aemulo fuit, referare deorum templa, illuc hostias incredibili numero adigere, ipse securi admovere manum, sic ut victimarius per ludibrium diceretur, ipse comportare ligna, accendere focum, exsecandis e cadaveribus extis Augustas cruentare manus, iisque inspiciendis consulendisque advertere animum, quam insaniam graviter perstrinxit Ammianus ipse, ut idolorum cultor, sic iudex aequissimus. ^{a)} Ad haec omnibus, visis secundum quietem, prodigiis miseranda superstitione fidem habere, vigiliis jejuniisque sese ad deorum occursum praeparare, quos saepe ex Olympo descendisse, ut ad amasium suum inviserent, ejus suaviter contigisse manus crinesque, et tam familiariter illo usos, ut ad extremum, quae sit Iovis, quae Minervae vox, quae Apollinis forma, quae Herculis, facile dignosceret, perhibet Libanius. ^{b)} Hi si mores, atque hic animi habitus si potest praestare philosophum, nihil sane obstat, quo minus Antonios, Pachomios, Hilariones philosophos praestemus, quos tamen ii ipsi, qui maxime Iulianum philosophum praedicant, solent ridere. Cumque error fanaticus, captusque superstitione animus istud maxime sibi habeat proprium, ut quemque susurrum, quasque aniles fabulas, modo causae suae serviant, sed quas

philosophia jure condemnat, facile credat, nemini mirum videbitur, Iulianum libenter amplexum tradita civitatum ab ultima antiquitate prodigia, quae jam tum aniculas inter puerosque vix fidem amplius reperere. Miraculum Claudiaae Vestalis, quae sola Matris deum navim adligata zona traxerat, cum late enarrasset, haec continuo subjecit: *quanquam scio, nonnullos ex iis, qui nimis sunt sapientes, haec tanquam muliercularum intolerabiles nugae contempturos. Mihi vero civitatibus ipsis major habenda fides videtur, quam scitis et elegantibus istis, quorum animula acri quidam indole praedita est, sed nihil sani contueri potest.* Haec cum legis, aude philosophum Iulianum cum philosopho Arpinate componere. Hoc suo adfectu cum extinguere Christianum nomen cuperet, non ille Christianos, quod a moribus suis alienum erat, tormentis insectari voluit, sed modis aliis, quos omni crudelitate valentiores sperabat. Eorum enim pueros a ludis literariis arcuit, ne adulti essent ingenio ad evitendam superstitionem capace, deinde episcopos exules suis omnes sedibus restituit, ut inter se jurgiis odiisque collis, ut antehac factum, Christianis ipsis essent despiciatui. Demens, qui non reflexerat animum, opiniones humanis mentibus alte defixas amatasque non posse sive benevolentia, sive terriculis eradicari, et perperam tum cultum religiosum oppugnari quibuscunque machinis, quando ejus illecebrae jam magnam populi partem occupavere. Ac

a) L. XXII. c. 12. 14.

b) Legat. ad Iulian. et in Orat. parental. c. 83.

denique si Christianae fidei praecepta ejus fuere naturae, ut Iuliani animum permovere ad adfensum non possent, an vere is philosophum sese comprobavit, quando repudiata illa veterem cultum male cohaerentem, ac propterea jam tum passim et sponte fastiditum maluit revocare? et cum satius tum fuisset, neutri adhaerere, tam immoderato illum studio amplecti, ut non possit ipsa superstitio, quo tempore maxime floruit viguitque, pertinacioris in se pietatis inter homines exemplum ostentare. Adeo verum est, summos etiam viros, quos inter Iulianum jure numeramus, dum praecipiti mentis suae ὁρμη nimium obsequuntur, et virtutes ipsas nimium intendunt, tum maxime philosophiam omittere, et sibi met ipsis multum detrudere de veris laudibus, quas communi orbis judicio promeriti videbantur. Iuliani vitam praeclare scripsit Bletterius Gallus, etsi illi religionis causa iratior, in opere *Histoire de l'Emp. Julien l'Apostat* Parisiis annis 1735. 1746. 1776 in 12 edito; idem multa, quae ad Iulianum pertinent, inseruit operi alteri: *Histoire de l'Emp. Jovien* Parisiis 1748 et Amstelodami 1750 in 12 vulgato. At optime, ut ego existimo, de Iuliani philosophia, virtutibusque et vitiis judicavit Eduardus Gibbon Anglus. *)

Vxor *Helena*, de qua infra.

Ab anno V. C. 1113 P. X. 360 ad V. C. 1116 P. X. 363.

A. IVLIANVS. AVG.

B. D. N. IVLIANVS. P. F. AVG.
C. D. N. FL. IVLIANVS. P. F. AVG.
D. D. N. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. vel: PP. AVG. vel: PERP. AVG.
E. D. N. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. vel: PP. AVG. etiam sine D. N.
F. D. N. CL. IVLIANVS. SEMP. AVG. (Ducange Fam. Byz. tab. XIV.)

Caput cinctum diademate gemmato. Diximus supra, Iulianum, quamdiu Caesar erat, uti diademate non solitum. Gestasse illud, ex quo Augustus fuit, non numis modo testantur, sed et Ammianus: ^{b)} *Quinquennalia Augustus jam edidit, et ambitioso diademate utebatur lapidum fulgore distincto, cum inter exordia principatus adsumpta vili corona circumdaretur xystarchae similis purpurato.* Sed vilem hanc coronam in ejus Caesaris numis videre nondum licuit.

Cum privatus adhuc esset, barbam aluit, sed attondere eam jussus, cum ad Caesaream dignitatem vocaretur, ut fatetur ipse, ^{c)} barbatus in numis, in quibus Caesar dicitur, non comparet. Numi ejus, deinceps Augusti, aut imberbem illum, aut, quod saepius, liberaliter barbatus sistunt. Dubium non est, prioris generis numos ad principia imperii pertinere, quando ancipite adhuc sua fortuna, et nondum omissa concordiae cum Constantio spe recepto cultu uti malebat; quae causa

a) The History of the decline and fall of the Rom. empire chap. XIX. — XXIV. b) L. XXI. c) ad S. P. Q. Athen, p. 274.

fuit, cur Christiana etiam tum sacra adhuc frequentaret. Paullatim sui securus barbam, quam inde ab Hadriano principibus honoratam primus posuit Constantinus M., et post eum ex eadem gente omnes, revocavit. Non impune. Nam palam ridebatur ab Antiochenis, tanquam qui barbam praeferret hircinam, quae tam esset pilis spissa, ut inde funes possent confici. ^{a)} Convicium ut convicio rependeret, *per me*, respondit, *istud vobis licebit, at vereor, ut evellere illos possitis, neque delicatulas vestras mollesque manus eorum asperitas laedat*. Addidit barbae suae commoda alia, ut: delectari se discurrentibus per eam pediculis, ceu per silvam feris, obitare eam gulae, metu, ne una cum pane se pili miscerent, et esse impedimento dandis accipiendisque osculis. ^{b)} Quae quidem modo commemorata eo usque intoleranda visa fuere delicatis nostrae aetatis Gallis, ut Bletterium Iuliani biographum obtestarentur amici, ab his verbis Gallice reddendis in popularium suorum gratiam abstineret. ^{c)} ^{d)} Secundum Ammianum Iulianus adhuc Caesar barbam aluisse videtur, nam jam tum tanquam *capella*, *non homo*, et *hirsutus* in aula Constantii tradebatur. ^{e)} Verum in numis hac dignitate insignibus imberbis semper est, et hoc dicerium ejus adhuc privati mores respexerit.

Vt lit. C. Caput barbatum.

SECVRITAS. REIPVB. *Bos stans, superne duo astra; in nonnullis juxta bovem corona, cui insistit aquila; in imo variorum urbium nomina.* AE. II.

Hujus typi in numis Iuliani jam meminere Socrates, ^{e)} et Sozomenus. ^{f)} Nimirum alimentis Antiochiae praesente imperatore deficientibus oppidani, ut erant suoapte ingenio ad cavillandum proni, taurum, aiebant, numis esse insculptum, ejusque exemplo perverti orbem terrarum. Nempe, ut aculeum explicat Socrates, cum ad aras deorum assidue tauros immolaret Iulianus, aram et taurum numis jussisse insculpi. Quod ad aram attinet, fallitur certe Socrates; nam inter tot numos, qui cum hoc typo exstant, nullus adhuc cum memorata hac ara repertus est; sed nec Sozomenus ejus arae meminit. Neque etiam Bandurius in causa, cur ejusmodi numi signati sint, cum Socrate consentit. Existimat enim, quoniam Iulianus Aegyptiorum sacris pertinacius inhaesit, bove stante cum duobus astris intelligi Mnevin soli, et Apin lunae sacros. Revera quo tempore is Antiochiae moratus est, quaesitum solícite in Aegypto novum Apin, ac repertum denique, refert Ammianus. ^{g)}

Id genus numi, praeterquam quod miro numero habentur, istud praestant etiam, quod in ima parte urbes, ex

a) Ammian. L. XXII. Socrat. L. III. c. 17. II. p. 94. d) L. XVII. e) L. III. c. 17.

b) in Misopog. f) L. V. c. 19.

c) Hist. de Iovien T. g) L. XXII.

^{h)} Secus visum Voltairio, loco, quem paullo altius in nota indicavi. *Le peuple d'Antioche, inquit, insulte Julien. Il ne se venge qu'en homme d'esprit, et pouvant lui faire sentir la puissance impériale, il ne fait sentir à ce peuple que la supériorité de son génie.*

quarum officina monetaria prodivere, distinctius atque alii numi exhibent. Ita legere in iis est: ANT. — AQVIL. — CONS. — CTZIC. — HERACL. — LVGD. — NIC. — SIRM. — SIS. — TES. additis variis notis arithmetice seu Latinis, seu Graecis, quae adeo praeclare serviunt ad explicandas notas in huius aevi moneta contentas. In aliis ejus numis, praecipue Votorum, additae item notantur urbes, quas inter reperitur etiam VRB. ROM.

Vt lit. E. Caput imberbe.

VICTORIA. DD. NN. AVG. *Victoria gradiens, infra LVG. AR. (Mus. Caes.)*

Omnia comprobant, numos hos sub initium imperii invito Constantio suscepti fuisse percussos, nimirum caput adhuc imberbe, scriptum DD. NN., quo comprehensus etiam intelligitur Constantius, antequam arma in hunc moveret, denique infra scriptum LVGDunum in Iuliani ditione positum, in qua sola ejusmodi numi majoris Augusti voluntati repugnantes feriri potuere.

Vt lit. E. Caput barbatum.

VIRTVS. EXERC. GALL. *Figura militaris barbarum in genua prostratum crinibus prehensum trahit, s. tropaeum, in area aquila fulmini insistens, et coronam ore tenens, infra CONSTAN. Est AV. (Mus. Caes.)*

Vt ex certis testimoniis constat, Iulianum palam ad veterem superstitionem fuisse reuersum, sic tamen in ejus numis neque dicatas diis inscriptiones, ut: IOVI. vel MARTI etc., neque eo-

rum propria signa aperte proponi videmus. Nam bos signatus in numis SECVRITAS, etsi, ut verisimile diximus, Mnevin, vel Apin notet, tamen in plures patebat explicatus, ut revera Socratem historicum aliter de hac imagine sensisse vidimus. Quid quod neque pontificis maximi titulum monetae suae inscripsit, etsi talem sese continuo post adscitum idolorum cultum palam professus est. ^{a)} Quid vero sentiendum sit de numis VOTA. PVBLICA, in quibus obviae sunt deorum inscriptiones et signa, post Iuliani numos exponetur. Tamen, si fides Sozomeno, ^{b)} in publicis imaginibus curavit, ut juxta se pingetur Iuppiter velut e coelo apparens, et coronam ac purpuram, imperii insignia, ipsi praebens, aut Mars ac Mercurius oculos in ipsum conjicientes. Fuit igitur Iuliano certa quaedam constituta ratio, cur aut non auderet, aut non vellet cultum suum manifestare in moneta publica, quem aliorum palam professus est. Sane in praesente numo nequaquam Iuppiter ipse imperatori coronam offert, ut istud in tabulis pictis fuisse propositum dixit Sozomenus, sed ejus vice minister fulminis ales, eodem quidem sensu, sed tamen modestiore. Adverto vero etiam, cum aquila insistens fulmini, et coronam ore stringens vetus fuerit legionis signum, et constet ex eodem Sozomeno, ^{c)} Iulianum in pristinam formam commutasse signum illud nobilissimum exercituum Romanorum, quod Constantinus in crucis formam converterat, posse hoc aquilae typo intelligi restitutam hanc ipsam aquilam legiona-

a) Socrat. L. III. c. 1.

b) L. V. c. 17.

c) l. c.

riam, quae praeterea recte respondet inscriptioni: VIRTVS. EXERC. GALL.

Typus prehensū crinibus hostis, qui deinceps in Valentiniani moneta obuius est, humilis est imago inimici in servitutem abstracti, quae et elegantiorum temporum monumenta invasit. Sic in celebri gemma Augustea musei Caesarei milites Romani virum et mulierem barbaram capillitio arreptos trahunt. Eodem sensu Deriades Indorum rex apud Nonnum his verbis furit: *)

Σήμερον ἡ Διονυσον ἐγὼ πλοκαμίδος ἐρυσσω,

He μοθος Βακχείος αἰῶσαι γενοῖς Ἰνδῶν.

Hodie vel Bacchum ego crinibus traham,
Aut pugna Bacchica exterminabit genus
Indorum.

Antica varia.

VOTA. PVBLICA variis deorum typis, quos numos vide infra post numos Iuliani.

Antica varia. Caput imberbe.

VOTIS. MVLTVS. X. intra lauream, infra LVG. vel CON. Eß AR. (Mus. Caes.)

Quinquennalia a Iuliano jam Augusto Viennae fuisse edita, diserte docet Ammianus, ^{b)} cuius causa primum Lugduni eorum telles numi fuere signati, aliquanto serius iterati Constantinopoli.

Antica varia, capite in aliis barbato, in aliis imberbi.

VOTIS. X. MVLTVS. XX. intra lauream. AR. AE. III. (Mus. Caes.)

Quocunque utaris calculo, non potuit Iulianus, qui annos tantum septem, et menses fere octo sive Caesar, sive Augustus imperavit, solvere decennalia, et suscipere vicennalia. Ex quo efficitur, quo tempore solvit quinquennalia, suscepisse eum decennalia, tum vicennalia, nimirum ut recte ad hos numos observat Bandurius, ^{c)} spe tantum, et cogitatione praecepta. Et vero complures ex his numis post peracta quinquennalia fuisse signatos, probant illi, qui caput imberbe sistunt; nam paullo post coepit promittere barbam, ut dictum. Magis mirare vota XX. in Ioviano septem mensium imperatore. Sed de hac votorum oeconomia agetur alibi.

Vt lit. B. Caput imberbe.

VOTIS. XXX. MVLTVS. XXXX. intra coronam. AR. (Band.)

Haec vota, etsi prioribus multo ampliora, difficultatem non creant; sunt enim Constantii, non Iuliani, atque hi numi signati fuere sub ejus imperii principium, quando nondum abjecta spe concordiae adhuc perrexit majorem Augustum observare.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

a) Dionys. L. XXXVI. v. 140.

b) L. XXI.

c) Pag. 429.

Aenei max. mod.	Ξ	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III. formae		-	-	-	-	-	-	C.

*Numi Iuliani
inscripti VOTA PVBLICA, alique simili
argumenti Iuliano vulgo tributi.*

A. 1. D. N. FL. CL. IVLIANVS. P.
F. AVG., in aliis PP. AVG.,
in aliis sine D. N. Protome Iulia-
ni d. globum cum Victoriola, j.
clypeum, cui insculpti gemini la-
tentes.

VOTA. PVBLICA. Anubis stans d. si-
strum, f. caduceum. AR. max. mod.
(Mus. Princ. de Waldeck.)

2. Vt lit. A. Protome similis.

VOTA. PVBLICA. Isis sedens Horum la-
etat. AE. II. (Mus. Caef.)

3. Vt lit. A. Caput Iuliani barba-
tum diadematum.

VOTA. PVBLICA. Isis cane vecta d. si-
strum, f. hastam, AE. II. (Mus. Caef.)

4. Vt lit. A.

Sine epigraphe. Currus binis Sphingibus
super mari vectus, cui insistit Isis d. sistrum
tenens; infra stat Harpocrates, ante cur-
rum canis posterioribus pedibus insistens la-
trat. AE. I. II. (Tanini, Band.)

B. 5. D. N. FL. IVLIANVS. P. F.
AVG. Protome similis.

VOTA. PVBLICA. Isis et Osiris in aspi-
des desinentes vasculum una sustinent, cui
insistit aspis. AE. III. (Band. ex Ducan-
ge.)

C. 6. D. N. IVLIANVS. NOB. CAES.
Caput nudum.

ISIS. FARIA. Caput Iuliani imberbe co-
rona gemmata cinctum. AE. III. (Band.)

*Numi similis argumenti,
sed sine inscriptione imperatoris.*

7. DEO. SANCTO. SERAPIDI,
in alio SARAPIDI. Caput Sera-
pidis.

DEO. SANCTO. NILO. Fluvius barba-
tus humi sedens, d. arundinem, f. cornu-
copiae, juxta hippocampus, in aëra B,
infra ALE. AE. III. (Mus. Caef. Ta-
nini.)

8. DEO. SERAPIDI. in aliis:
VOTA. PVBLICA. Capita ju-
gata Serapidis et Ifidis cum at-
tributis manus attolentium. In
aliis caput Serapidis tantum.

VOTA. PVBLICA. Anubis stans d. si-
strum, f. caduceum. AE. III. (Mus. Caef.
Band.)

9. VOTA. PVBLICA. Caput Ifi-
dis.

VOTA. PVBLICA. Anubis idem. AE.
III. (Mus. Caef.)

10. DEO. SERAPIDI. Caput Sera-
pidis radiatum.

VOTA. PVBLICA. Serapis stans d. ela-
ta, f. hastam. AE. IV. (Mus. Caef.)

11. DEO. SERAPIDI, in aliis SA-
RAPIDI. Caput Serapidis cultu
solito, in aliis imberbe radiatum.

VOTA. PVBLICA. Isis d. sistrum in mu-
larum bigis. AE. III. (Mus. Caef.)

12. DEO. SARAPIDI. Caput Sera-
pidis.

VOTA. PVBLICA. Isis navi insistens ve-
lum explicat. AE. III. (Mus. Caef.)

13. DEO. SARAPIDI. Capita Sera-
pidis et Ifidis.

VOTA. PVBLICA. *Ifis cani insidens d. sistrum.* AE. III. (Band.)

14. *Eadem aduersa.*

VOTA. PVBLICA. *Ifis stans figurae in genua prolapsae manum imponit.* AE. III. (Band.)

15. DEO. SERAPIDI. *Caput Serapidis.*

VOTA. PVBLICA. *Ifis et Osiris in aspidibus desinentes unā vasculum sustinent.* AE. III. (Band.)

16. *Eadem aduersa.*

VOTA. PVBLICA. *Sphinx.* AE. III. (Band.)

17. *Eadem aduersa.*

VOTA. PVBLICA. *Harpocrates stans dextera ori admota, s. cornucopiae.* AE. III. (Band.)

18. ISIS. FARIA. *Protome Isidis d. elata sistrum.*

VOTA. PVBLICA. *Ifis cani praegrandi currenti insidens d. sistrum, s. hastam.* AE. III. (Mus. Caes.) In alio: *Ifis gradiens d. sistrum, s. situlam.* Vide copiosas aversas alias, sed jam ex praecedentibus cognitae, apud Bandurium et Taninium, ab his commemoratas sub Helena Iuliani.

19. GENIO. ANTIOXENI. *Mulier turrita et velata rupi insidens, pro pedibus fluvius emergens.*

APOLLONI. (sic) SANCTO. *Apollo stollatus stans d. pateram, s. lyram, infra SMA.* AE. III. (Mus. Caes.)

20. GENIO. CIVITATIS. *Caput muliebre velatum turritum.*

Eadem aversa. AE. III. (Tanini p. 318.)

En syllabum hujus classis numerorum, neque tamen adhuc omnes recitavi; nam alios praeterea, sed ignobiliores, commemorant Bandurius, Taninius, alique catalogi. Antequam de singulis agam, de universo agmine nonnulla sunt praecipienda.

Fuere, qui hos numos Iuliano jubente fuisse percussos adfirmarent, et esse ejus ad idolorum cultum conversi testes luculentos, quos inter miror existisse cel. Bimardum. *) Temere istud, ac nullo auctore edici, vel ex eo liquet, quod nemo veterum, etiam eorum, qui copiosissime ea, quae pro revocandis idolis constituit, persecuti sunt, novitatem in numos quoque lege inductam meminerint. Quid quod praefito sunt argumenta, quae haud dubie contrarium docent. Horum catalogum numerorum percurrenti continuo patebit, iis omnibus, demptis duobus postremis Antiochenis, natale solum esse Aegyptum. Quaeso, si Iuliani veterem iterum superstitionem revocantis jussu sunt signati, cur defunt numi Constantino-politani, Cyziceni, Thessalonicenses, Lugdunenses, deorum Graecorum Romanorumve imaginibus insignes? An imperatoris lex ad solam Aegyptum valuit, aut haec sola imperatoris dicto audiens? Enimvero si ab his numis Iulianum idolorum cultorem probare quis volet, longius se, quam intenderat, progressum videbit; nam et Constantium II., quem acerrimum fuisse superstitionis hostem constat, oportebit idololatram confiteri, cum ejus essent nu-

a) B. L. Tom. XV. pag. 114.
(Vol. VIII.)

mi simillimi tam Caesaris, quam Augusti nomine insignes, in quorum averfa legitur: VOTA. PVBLICA typo Anubis, quibus adde numum Iuliani adhuc Caesaris supra num. 6. descriptum, et, ut patet, imperante adhuc Constantio signatum, quo tempore is Constantio adhuc obnoxius Christianum sese profiteri quomodocunque invitatus debuit. Similem Constantini M. numum consulto praetereo; nam video posse responderi, fuisse signatum tum, cum adhuc Iovem, Martemque in moneta toleraverat. Denique similes numi occurrunt etiam sub Ioviano, Valentiniano, Valente, Gratiano, idololatriae nequaquam suspectis.

Enimvero omnia persuadent, fuisse in Aegypto vetus institutum, ut statis temporibus vota publica forte pro salute principum conciperentur, ac tum moneta cum imaginibus deorum, quibus supplicatum est, erogaretur. Sane inde a Diocletiano omnium fere Augustorum et Caesarum id genus numos habemus, suntque forma modisque multum diversis a moneta ordinaria Alexandriae signata. Quid quod huius origo monetae forte altius est repetenda. Exstat in museo Caesareo aeneus Hadriani formae II. HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *Caput laureatum. X Sine epigraphe. Isis praegrandi sani currenti insidens d. fistrum, s. hastam.* Numus hic commatis Romani certe non est, nam deest nota S. C., et multum ab hoc abluat fabrica, neque typus ipse adhuc in ullo certo ejusdem commatis numo observatus; at frequens est in huius,

de qua agimus, classis numis, ut videre est supra in numis 3, 13, 18. Huic adde similem Faustinae senioris in museo Theupoli. Vnde verisimile sit, Hadriano imperante, quem Aegyptiorum sacra cupide amplexum novimus, aliquid novi ritus votorum publicorum nomine fuisse inventum, et continuatum deinceps, et sub ipsis etiam, ut vidimus, principibus Christianis, ferentibus his adhuc inveteratos quosdam ritus, quos penitus evertere intempestivum visum, eodem nempe modo, quo Christianos tulit Iulianus. Hoc deinde imperante haec vota publica cum omni sua superstitione altius extulisse caput, et, quod sequitur, impune multiplicatos numos, nemini credo mirum videbitur cognito praecipue ejus in Aegypto sacra adfectu. Cui illustrando argumento praeclare servit, quod refert Ammianus, ^{a)} Dracontium monetae Alexandrinae praepositum per idem tempus ab oppidanis idololatrīs fuisse exanimatum, quod aram in moneta, quam regebat, recens locatam evertit. Dubium non videtur, a Iuliano in ejus locum suffectum fuisse hominem sui cultus, a quo verisimile est demerendi imperatoris causa ejusmodi numos tanto fuisse numero percussos.

Plerique credidere, in his numis sub imagine Serapidis latere Iulianum, et sub altera Isis Helenam uxorem. De Iuliano dubitare vix licet, quoniam in illis facies Serapidis nihil habet ejus, qualis ille in aliis monumentis proponitur, sed vix ambigua Iuliani lineamenta, et habuimus innumera hactenus

a) L. XXII.

exempla, quibus docemur, Augustos et Augustas numinis cuiuspiam manifesto cultu fuisse propósitos. Praeclare illud confirmat Libanius haec de Iuliano adfirmans: ^{a)} πολλὰι πολεὶς ἐκείνοις τοῖς τῶν θεῶν παρασησάντες εἶδουσιν ὡς τῆς θεῆς τιμῶσι, *multae cum urbes deorum formis effictum deorum instar venerantur*. Video praeterea, in similibus numis, quod jam advertit Begerus, ^{b)} protomen Serapidis amirici paludamento Romani prorsus moris fibula ad humerum nexa, quod constat proprium fuisse imperatoribus gestamen. Quid quod et Anubis in his numis paludatus totus est, ex quo jure possumus conjicere, sub horum numinum imagine latere Iulianum, eidemque posse applicari, quod de consule apostata scribit D. Cyprianus, aut quisquis est auctor, ^{c)}

Teque domo propria pictum cum fascibus ante

Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam.

Idem de Helena adfirmari nequit, cuius non aequae explorata habemus oris lineamenta. Ad haec illa, quo tempore Iulianus Augusti nomen adsumpsit, supremum diem obiit, nisi forte mortuae imaginem ab Alexandrinis moneatae fuisse illatam velimus statuere.

His generatim praeceptis ad typos singulos, si qui rariores sunt, aut quid observatu dignum offerunt, progrediamur.

Num. 3, 13, 18 *Isis cane vecta cum suis attributis*. Quoniam Isis dearum omnium, quae coelo, terrae, inferis imperant, virtutem, et potentiam, et nomina ipsa sortita est, ut praeter alios late docuit Apuleius, ^{d)} facile multifor- mi huic deae quaecunque aut animalia, aut addita illi signa adcommodaveris. Eodem teste illa semetipsam appellat *reginam manium*, quae *inferorum deplo- rata silentia nutibus suis dispensat*, et mox infra: *Stygiam Proserpinam, et Hecaten*. At Hecates comitem esse canem, alibi copiose probavi ^{e)} Gestatur ergo Isis cane suo, ut Cybele leone suo. Pro- piores rationem ipsa liberaliter suppe- ditat, cum teste Diodoro Siculo ^{f)} inter alia de se jactat: *Εγὼ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἀσ- τρῷ τῷ κυνὶ ἐπιτελευσῶ, ego sum, quae in canis sidere exorior*, quo factum, ut Si- rius Ildis astrum nonnullis diceretur. ^{g)} Fuisse vero et Romae Ildem hoc cultu effictam, docemur ex Dione, qui inter prodigia, quae Elagabalo imperante exstiteret, recenset etiam, quod Ildis, quae super templi sui pinnaculo cani in- sidet, faciem introrsum converterat. ^{h)} Idem canis Ildem suam in pompa ma- rina, quam numus num. 4. exhibet, ex eadem causa comitatur. Idem typus est etiam in numis Hadriani et Faustinae altius memoratis, et in Alexandrino Antonini Pii cum anno KA, (Theupo- li.) quo rursus comprobatur, praesen- tium numulorum patriam esse Aegy- ptum.

a) Tom. II. Orat. X. p. 330. Paris. 1726. p. CLVII.

b) Thef. Brand. T. III. p. 184.

c) Opp. Cypr. edit.

e. 27.

d) Metam. L. XI. sub init.

e) Numi vet. p. 243.

f) L. I.

g) Schol. Apollonii ad L. II. v. 519. Theon ad Aratum.

h) L. LXXIX. § 10.

Num. 5, 15. *Isis et Osiris vasculum tenentes, super quo aspis*, haud dubie magnum et infandum mysterium objiciunt, a quo vulgando abstinere deorum iram veritus. Expertus eam est in illo scrutando curiosior Bandurius; nihil enim ex Apuleio, ad quem provocavit, probabile attulit.

Num. 6. ISIS. FARIA scriptum iuxta caput Iuliani. Mirum profecto, ad rem adeo insolitam nihil observare Bandurium. Subit igitur suspicari, a viro praeclaro in numo non optimi operis creditum vultum Iuliani imberbis, qui revera Isis esset.

Num. 18. ISIS. FARIA in hac numorum classe perfrequens. Dicitur *Faria*, vel *Pharia* ab insula Pharo Alexandriae objacente. De ea haec notavit Bandurius: *) Isidem jam hoc nomine appellatam a Minucio Felice, etiam in Gruteri marmore legi ICIAI. ΦΑΡΙΑ, b) et apud Statium: c)

Isi! Phoroneis quondam stabulata sub antris,

Nunc regina Phari, numenque Orientis anhelis,

Excipe multifono puppem Mareotida sistro.

Haec erudite Bandurius. Atque hi Statii versus non praesentes modo numos, sed etiam Graecos Alexandrinos praeclare illustrent, in quibus eadem Isis tenens sistrum, et velum explicans (ut et in his Iuliani numis num. 12.) pro-

ponitur, adstituta etiam saepe Pharo turri in insula cognomine posita, insigni artificio structa a Sostrato Cnidio, ut navigantibus noctem illustraret, ut testatur Plinius. d) Habes igitur ex hoc Statii testimonio causam nominis *Fariae*, habes sistrum, quod et in his numis Isis manu tenet, habes Isidem navigantium praesidem, quod et navis, cui insistit, velumque, quod explicat, significant; nam teste Cassiodorio e) *vela Isis rati prima suspendit*. Teste Luciano f) Io in vaccam mutata missa est in Aegyptum, ubi Isis nomine Nili incrementis praecesset, ventos immitteret, et navigantibus opem ferret. Sed de hac Iside navigantium praeside lege praeclaram dissertationem abbatis Fontenu, g) contractius apud Morcellum, h) denique apud Zoëgam. i)

Num. 18. *Isis gradiens d. sistrum, s. fitulam*. Vtrumque signum Isis proprium, et utrumque in Iside eleganter descripsit Apuleius. k) *Iam gestamina longe diversa; nam dextera quidem ferebat aerum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum balnei recurvatam trajectae mediae paucae virgulae, crispante brachio tergeminos jactus, reddebant argutum sonorem. Laeva vero cymbium dependebat aureum*. De utroque item Servius: l) *Isis est genius Aegypti, qui per sistri motum, quod gerit in dextera, Nili accessus recessusque significat, per fitulam, quam sinistra manu retinet, ostendit adfluentiam omnium lacunarum, id est: fossarum, in quas Nilus stagnans recipiebatur*.

a) in Iuliano p. 427.

b) Pag. 85.

c) Silv. L. III, carm. II. v. 101.

d) L. XXXVI.

e) Epist. XVII.

f) Dial. deor. III.

g) B. L. T. V. Mem. p. 84.

h) de

Stilo infer. p. 56.

i) Num. Aegypt. p. 135.

k) Metam. L. XI.

l) ad Aen. VIII. 696.

Numus 7. exhibet *Deum sanctum Serapidem*, et *Deum sanctum Nilum*, utrumque cultu solito. De utroque alias saepe a me actum, ac praecipue Vol. IV. p. 29 et 36. Nilum ab indigenis religiose cultum praeter alios testatur quoque Eusebius, ^{a)} et disertè testatur Sozomenus, ^{b)} ei ex instituto majorum fuisse sacrificatum, ut uberius restagnaret. Ad hunc numum, qui utrumque hunc deum conjunctum exhibet, servit quod narrat Sozomenus, ^{c)} praecepisse Iulianum, ut cubitus Nili juxta morem majorum ad templum Serapidis deferretur, cum annis proxime superioribus jussu Constantini M. ad ecclesiam portaretur. Denique apte in his numis junguntur Serapis ac Nilus, quia ille credebatur Nilum ad irrigandos agros adducere, ejusque regere et incrementa et decrementa. ^{d)}

Reliqui typi in his Aegypti numis aut memorabile nihil continent, aut si qua sunt, jam satis in moneta Aegypti explicata fuere.

Num. 19. 20. Signati Antiochiae Syriacae, et jam recitati in ejus urbis moneta. Etiam hos imperante Iuliano emeruisse verisimile est. Antica offert *Genium Antiocheni*, id est: populi, speciei mulieris turritae fluvio subitus emergenti super scopulo adsidentis, de qua imagine vide quae diximus in numis Antiochenis. Apertius scribitur in numis Romanis aevi Diocletiani: GENIO. POPVLI. ROMANI. De geniis populorum, urbium, locorum etc., quorum tutelae

singuli commissi fuere, multa in variorum eruditorum operibus congesta reperies. Ad populorum, urbiumque genios quod attinet, de quibus nunc tantum nobis sermo, habemus in numis Nicaeae Bithyniae: ΑΓΑΘΗ. ΤΤΧΗ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ, in numis Ephesi: ΤΟ. ΑΓΑΘΟΝ. ΕΦΕCΙΩΝ, frequentissime solum ΤΤΧΗ, aut, ut in numis Germes Myliae, et Attacae Phrygiae: ΤΤΧΗ. ΠΟΛΕΩC. Graecorum Τυχην idem fuisse, quod Latinorum *Genium*, docuit Charisius grammaticus. Non tamen propterea erravisse dicendi sunt interpretes, qui Τυχην verterunt *Fortunam*, ut eos erravisse statuit Henricus Valesius. ^{e)} Neque enim facile evicerit, quod visum fuit Charisio, visum fuisse etiam diversae aetati, variisque populis. Videmus, *Genios*, *Fortunas*, *Tutelas* nonnunquam a veteribus distingui, ut in marmore apud Maffei: ^{f)} GENIO. ET. FORTVNAE. TVTELAEQVE. HVIVS. LOCI, at constat etiam, haec numina, etsi a variis discreta demus, tamen propter descripti muneris adfinitatem saepe fuisse permutata atque confusa, quod fieri solet ac debet, quando judicia in rebus extra naturam humanam positae a populorum opinione, et saepe privato singulorum arbitrio pendunt. His geniis oppidanos urbis suae tutelam credidisse, in vulgus notum, at non perinde cognitum, iisdem his geniis suum etiam natalem fuisse adsignatum. Narrat loco mox indicato Eusebius, Adrianum martyrio fuisse adde-

a) Vita Const. L. IV. c. 25.
P. II. pag. 236.

b) L. VII. c. 20.

c) L. V. c. 3.

d) Iablonski Panth.

e) ad Eusebii Martyres Palaeft. c. XI.

f) Mus. Veron. pag. 313.

n. 3.

ctum προ τριων νωνων Μαρτιων γενεθλιων της κατα Καισαρεων νομιζομενης Τυχης ημερα, ex ante III. nonas Martias, qui dies fuit natalis Genii, quem suum Caesarenses constituerunt. Hunc equidem natalem eum ipsum existimo, quo civibus creditum urbem suam aut fuisse aedificatam, aut certe dedicatam. Ex hac lege natalis Genii Romae fuit XI. Kal. Maji, Constantinopoleos V. idus Majas, quo ea die dedicata est. Γενεθλιος ημερας των βασιλιδων πολεων, natales dies regiarum urbium, Romae scilicet, et

Constantinopolis, memorat quoque Sozomenus. ^{a)} Ceterum templi Genii, quod stetit Antiochiae, meminere Ammianus, ^{b)} et Iulianus Aug. ^{c)}

Pars averfa *Apollinem sanctum* praedicat ab Antiochenis in suburbio Daphne summa religione celebratum, non ingrato ad haec obsequia deo, nam pro his oracula eodem loco rependerat. Ea excepturus Iulianus ad templum istud accessit, paullo post sive fortuito, sive admotis ignibus exustum, ut narrant Sozomenus, ^{d)} et Ammianus. ^{e)}

FL. IVL. HELENA.

Constantini M. et Faustae filia, quam frater Constantius Iuliano collocaverat, cum Caesarem eum appellasset. Mortua est V. C. 1113 P. X. 360, paullo post, quam imperium in Gallia maritus arripuit, incertum, an morte naturali, an accelerata. Fuisse dictam Augustam, dubium non est, cum et soror Constantina Hanniballiani, deinde Galli uxor a patre Augusta dicta fuerit. ^{f)}

Filium enixa quidem est, sed qui vix natus diem obiit.

Numi:

Huc distuli adcuratius examen numorum, qui *Helenam* inscribere, quo nomine in Constantini M. familia tres cognitae fuere, eaeque conjuges Constantii Chlorig, Iuliani, et forte Crispi. Quam

hactenus in earum numis recte distributendis incassum desudaverint Ducangius, ^{g)} Gallandus, ^{h)} Bandurius, aliique, in aperto est. Quare necesse visum, horum quoque censuram peragere, magis, ut eruditorum irritos hoc in iudicio conatus meo quoque experimento comprobem, quam ut aliis me plus vidisse possem gloriari. Qua in causa si parum profecero, me eorum, qui praeceperunt, calamitate solabor. Lubet Helenarum numos secundum titulos, et nomina iis inscripta recitare.

Flavia Iulia Helena Aug.

1.) FL. IVL. HELENAE. AVG.

Ejus caput.

PAX. PVBLICA. *Mulier flans d. ramum, s. hastam, in imo:* CONSE. — TRP. —

^{a)} L. V. c. 17. ^{b)} L. XXIII. sub init. ^{c)} in Misopog. ^{d)} L. V. c. 3. ^{e)} L. XXII. ^{f)} Philostorg. L. III. c. 22, 28. ^{g)} Dissert. de num. inf. aevi § 69. ^{h)} B. L. Tom. I. hist. p. 248.

TRS. etc. AE. IV. numi obvii.

2.) *Eadem adversa.*

PIETAS. ROMANA. *Mulier stans duos pueros in sinu fovet.* AE. III. (Tanini in Helena Chlorig.)

Flavia Helena Aug.

3.) FLAVIA. HELENA. AVGVSTA. *Ejus caput.*

FELICITAS. AVGVSTA. *Mulier stans d. oleae ramum, f. hastam transversam.* AE. m. m. (Tanini in Helena Chlorig.)

4.) *Eadem adversa.*

PIETAS. AVGVSTAE. *Helena stans f. infantem tenet, d. puerulo nudo adstanti pomum offert.* AE. m. m. (Tanini ibid.)

5.) FL. HELENA. AVGVSTA. *Ejus caput.*

PROVIDENTIAE. AVGG. *Castra praetoria, superne astrum, infra SAR.* AE. III. (Bandur. T. II. pag. 113.) Numi RRR.

6.) *Eadem adversa.*

SECVRITAS. REIPVBLICE, *rarius REIPVBLICAE. Mulier stans d. demissa ramum, f. vestem colligit, in imo:* TCONST. — ARLS. etc. AV. (Mus. olim de France, Beauvais.) AR. (Tanini.) AE. III. obvii.

Helena Nobil. Femina.

7.) HELENA. N. F. *Ejus caput.*

Sine epigraphe. Astrum in corona. AR. (Band. T. II. p. 325.) AE. III. (Mus. Caes.) Numi RRR.

Helena Flavia Maxima.

8.) HELENA. FL. MAX. *Ejus caput.*

Sine epigraphe. Astrum in corona. AV. (Strada, Trifan T. III. p. 733. Band. T. II. p. 441.)

Praesentem numum descripsisse suffecerit nulla deinceps ejus futura mentione, quia dubitari potest, an unquam existerit. Bandurius eum ex Trifano citat.

Helena Iuliani ab antiquariis tribui etiam solent numi inscripti ISIS. FARRIA, sed iudicium istud minus certum, ut dixi in numis Iuliani.

De his, quos coram descripsi, numis varie ab antiquariis iudicatum. Quos I. et VI. loco dedi, quique omnium maxime abundant, Mediobarbus, et, quod mirere, Bandurius quoque nullo discrimine jam Helena Chlorig, jam Iuliani tribuunt. Serius Bandurium suum ipsius vellicavit iudicium, atque inter tres Helenas sequens statuit criterium: *) Helenam, quae in numis FL. vel FL. IVL. dicitur, esse Chlorig, quae N. F. appellatur, esse Crispi, quae demum FL. MAX., Iuliani uxorem. Addit, numos FL. et FL. IVL. propterea Helena Chlorig tribuendos, quod literae in horum numorum margine expressae eadem in Constantini numis conspicuae sunt, in Iuliani vero longe aliae visuntur, quo argumento pridem Gallandum in laudata dissertatione usum video. Etiam nuper cl. Taninius numos loci I. partim Chlorig, partim Iuliani Helena adjudicavit.

a) in praef. ad Tom. II.

At vero sententiam Bandurii gravis urget difficultas. Ait, numos inscriptos FL. vel FL. IVL. pertinere ad Helenam Chlorig. Verum si istud, qua ratione in ima numorum sic inscriptorum parte notari potuit CONS., etiam ipso iudice certa Constantinopolis nota? Constat, quo tempore haec Chlorig Helena mortua est, fere adhuc fuisse ignotum Constantinopolis nomen. Vnde sequitur, numos PAX. PVBLICA, et SECVRITAS. REIPVBLICE, in quibus novae hujus urbis nomen saepe legitur, hujus Helenae esse non posse, sed neque esse posse Helenae Crispi, cum et hic ante novum hoc nomen Byzantio inditum diem obiverit.

Hoc tamen non obstante sunt rationes non aspernandae, quae numos numero I. positos Helenae Chlorig vindicare videntur, ac I. quidem in illis dicitur *Flavia Iulia*, quae ei fuisse nomina docet marmor Gruteri. *) II. In his tantum numis notae in imo positaе conspirant cum iis, quae in Constantini M. moneta observantur, et discrepant ab iis, quas Iuliani moneta exhibet. III. Plurimum probant conlati cum his Theodoraе numi, quae fuit altera Chlorig uxor. Simillimi enim inter se sunt, sive fabricam spectes, sive volumen, (nam utrique sunt aenei IV. formae) sive notae in imo collocatae, sive enunciandi modum insolentiorum in dandi casu, nempe in his HELENAE, in illis THEODORAE, quae omnia collecta eandem utrorumque aetatem arguunt. Cum ergo certum sit, Theodoraе numos imperante Constantino M. signatos, eadem

etiam aetas huic Helenae numorum classi tribuenda. At quo, inquires, modo difficultatem, quam tute ipse Bandurio objecerat, tolles, nempe ro CONS. his quoque numis inscriptum? Ea sane aliter expediri nequit, quam statuendo, eos in mortuae memoriam a Constantino signatos, quod a vero nequaquam abhorret, quin et luculento Eusebii testimonio juvatur narrantis, Constantini jussu numos aureos cum imagine matris Helenae cufos, ^{b)} quanquam videatur errasse in promulgando metallo, nam hactenus id genus aureus nondum compertus. Idem narrat Theophanes, ^{c)} sed suppressa metalli mentione. At argumentum his multo valentius sufficit formula HELENAE dandi casu in his numis concepta. Novimus, inde ab Augusti aetate in numis, qui in mortuorum memoriam cufi sunt, valuisse dandi casum, atque ob eandem causam verisimile est, Theodoraе quoque numos post hujus mortem fuisse percussos. Ex his ergo, quae modo disputavi, dubitare vix licet,

Numus I. ex propositis esse Helenae Chlorig.

Numus II. inscriptus PIETAS. ROMANA haud dubie etiam erit ejusdem Helenae Chlorig, partim quia eandem habet capitis epigraphen, partim quia eadem averfa est etiam in obviis ejusdem Theodoraе numis.

Numus IV. quoque ejusdem erit cum praecedentibus Helenae, nam eadem averfa, et in numis quoque maximi moduli reperitur in moneta Faustae, cui illa convixit. Varians capitis epigra-

a) Pag. 284. 1.

b) Vita Const. L. III. c. 47.

c) in Chronographia.

phe aliud non docet, quam numum hunc viva Helena fuisse signatum, quod et de sequentibus notandum.

Numus V. in parte averfa epigraphen et typum offert obvium in Diocletiano et conlegis, et cum Constantino M. definentem, ut adeo eidem Helenae Chlorigi adimi vix possit.

Numi loco VI. descripti spectato capitis cultu, et notis infra positis aliam a praecedente Helenam sine dubio sistunt, cumque hae ejusdem sint rationis, cujus illae, quae in Iuliani moneta observantur, verisimile est, numos hos hujus uxori Helenae tribuendos. Adde, scriptum in his REIPUBLICE pro REIPUBLICAE in nullo adhuc Constantini M. numo observatum, at post hunc demum invaluisse, ac saepe occurrere in moneta Iuliani. Denique epigraphen SECVRITAS. REIPVB. in numis hujus Augusti novimus esse obviam.

Numus III. FELICITAS. AVGVSTA utri Helenae debeatur, plane incertum, cum haec epigrapha prorsus sit nova. Interim verisimilius videtur, Helenae Chlorigi tribuendum.

Numum VII., in cujus antica Helena Nobilissima Femina dicitur, et in averfa sidus intra coronam visitur, Ban-

durius, ut diximus, Helenae Crispi proprium facit, et per ipsum hunc titulum esse Helenae Iuliani negat, quoniam, ut ait, in more olim positum fuit, ut Augusto nata, si Caesari nupisset, Augusta appellaretur, at Nobilissima Femina, si qua inferiores habuit natales. *) Quod ego judicium non impugno, etsi dubitem, universim hunc morem valuisse. Typus quidem astri suffragatur Helenae Iuliani, quia cum simili averfa habemus numos Iuliani Caesaris, tamen vix credam, huic Helenae Augusti nominis honorem fuisse negatum, ut in ejus vita dixi. Potest ergo hic numus Helenae Crispi permitti, praecipue cum similis sit numo Faustae Nobilissimae Feminae, quam verisimile est fuisse uxorem unius ex Constantini M. filiis, ut diximus post numos Constantii II. Sed memineris, lector, valde esse incertum, utrum Crispi uxori nomen fuerit Helenae, ut in hac monui.

Ex his ergo probabilibus causis, nec certiores aliae accedant,

Helenae Chlorigi erunt numi 1, 2, 4, 5, et forte 3.

Helenae Crispi numus 7.

Helenae Iuliani numi numero 6 descripti.



a) Tom. II. pag. 325.

(Vol. VIII.)

M O N I T V M.



Vt extrema imperii R. temporalongissime a vetere dignitate, praesidiis, existimatione distabant, sic et extrema ejus res numaria nihil habet meritorum, quibus superioris aevi moneta excelluit. Quemadmodum enim haec partim ad antiquitatis scientiam praeclara ac copiosa attulit subsidia, partim artis perfectione, et dignitate imaginum oculos, animumque recreavit, ita, quae praesentis est aevi, raro aliquid offert, quod ad dictas causas valere possit, nihil vero, quod non modo juvare mentem oculosque possit, sed et ab ejus contemplatione non planissime absterreat. Quare cum numi veteres tantum propter has, quas modo commemoravi, causas soleant expeti, ubi hae deficiunt, licebit omittere explicandi, differendique contentionem, quae olim propter argumenti praestantiam vires nostras atque ingenium exercuit. Veniam ergo merebor, si, quod monetae imperatoriae reliquum est, tanquam post legionum robur agmen iners, et ignavum, paucis verbis absolvam, magis ne quis, quod to-

tius instituti partem efficit, abesse possit conqueri, quam ut dignum operae fructum facturum sperem, qui hercle ab hac argumentorum sterilitate, ingruente paullatim operis incredibili barbarie, ac tot ambiguum nodis, qui vindicem necdum reperere, obtineri nequit. Quapropter quod ad facta historica attinet, Bandurii exemplo unum lubet sequi Ducangium, qui imperatoriam ejus aevi historiam complexus est in praeclaro opere, quod Familiae Byzantinae inscribitur, et singulis imperatoribus subjicere numos modicis, cum mereri videbuntur, commentariis illustratos, additis insignioribus illis, qui post Bandurii catalogum in lucem prodivere. Enimvero tantum abest, ut ab hujus aetatis numis aliquam possit historia sperare opem, ut eam potius, si illis nitare, perturbent, impedianque. Lege, si lubet, quae de inscriptionibus veritati historicae in hujus aetatis moneta plane contrariis pridem conquestus est Bandurius. ^{a)}



^{a)} Tem. II. p. 461 nota 3, et p. 456 nota 2.

IOVIANVS.

FL. Iovianus natus in Pannonia continuo in caesi Iuliani locum suffectus, cum Sapore Perfa pacem magis necessariam, quam honestam fecit quinque provinciis, Nisibique restitutis. Cum magnam administrandi iuste imperii spem ostentaret, redux Dadaſtanae in finibus Galatiae et Bithyniae sitae mortuus in cubiculo repertus est P. X. 364 mense imperii VIII., annos natus XXXIII.

Numi:

D. N. IOVIANVS. P. F. AVG. vel: P. F. P. AVG. vel: P. F. PP. AVG. vel: P. F. PERP. AVG. vel: PPP. AVG.

D. N. FL. C. IOVIANVS. P. F. AVG. (Ducange Famil. Byz. Numi max. mod. reg. Gall. tab. XL.) Iovianum etiam marmora *Flavium* vocant, at nunquam *Claudium*. At numi huius, quia contorniat, non maxima est auctoritas.

Caput cum corona ex margaritis.

Partes averſae.

GAVDIVM. ROMANORVM. *Imperator ſedens ſ. haſtam, dexteram extendit verſus figuram pro pedibus genuflexam, pone ſtat Victoria d. elata coronam, ſ. palmae ramum, in imo CONSA. AV. M. M.*

Illuſtrem hunc volumine et raritate numum edidit Taninius ex muſeo equitis Gaſcon Angli addito iconiſmo.

GLORIA. ROMANORVM. *Imperator*

paludatus ſans ſub porticu d. globum, ſ. haſtam. AR. (Tanini.) Etiam aeneum I. formae ſic inſcriptum citat Taninius.

MONETA. AVG. *Tres Monetae ſantes. AE. m. m. (Tanini.)*

SECVRITAS. REIPVBLICAE, vel: REIPVBLICE. *Duae mulieres ſedentes, quarum dexterior capite galeato, ſiniſterior turrito ſ. haſtam, et ſ. pede prorae navis inſiſtit, clypeum una tenent, cui inſcriptum: VOT. V. MVLT. X. in imo: SIRM. aut ſimilia. AV. In aliis: Imperator paludatus ſans d. labarum cum monogrammate Chriſti, ſ. globum, pro pedibus captivus ſedens. AV. AR.*

Major aureorum pars hanc habet epi-graphen. Argentei ſunt rariſſimi, quorum unus eſt in muſeo Caſareo.

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Typi ut ſupra. In aliis: Victoria ſans d. coronam, ſ. globum crucigerum. AV. (Banduri.)* In aliis. *Victoria galeata nuda gradiens d. coronam, ſ. globum. AV. (Banduri.)*

VICTORIA. ROMANORVM. *Imperator paludatus ſans d. labarum, in quo monogramma Chriſti, ſ. globum cum Victoriola. AE. m. m. (Tanini.) AE. II. obvii.*

Idem Ioviani numi jam globum imminente Victoria, jam globum crucigerum offerunt. Prior modus ex vetere religione eſt, hic ex nova, et nunc primum comparet. Vtrinque eadem ſigni-

ficatio. Nam quod olim praestare debuit Victoria, modo praestabat crux; unde obvia illa in hujus aevi numis: HOC. SIGNO. (crucis) VICTOR. ERIS. In eadem sententia fuit Procopius, qui, dum equestrem Iustiniani statuam describit, ^{a)} ait: *σαυρος αὐτῷ ἐπὶ τῇ πολλῇ ἐπικείται, δι' ἣν δὲ τήντε βασιλείαν καὶ τὸ τῇ πολέμῳ πεποριστὸν κράτος, crucem globo impositam manu gestat, per quam regnum, et in bello victoriam adeptus est.* Apertius Suidas de eadem hac statua loquens: (sub *Ἰουστινιανός*.) καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαίραν, ἐμπειρηγὸς τῇ σαυρῇ ἐν αὐτῇ ὑποσημαινόντος, ὥς διὰ τῆς εἰς σαυρὸν πίσεως τῆς γῆς ἐγκρατὴς ἐγγέγονει, σφαῖρα μὲν ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τῇ αὐτῆς σχήματος, πῖσις δὲ ὁ σαυρὸς διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα θεόν. *Laeva quidem manu gestat globum, cui crux infixæ est, quæ significat, ipsum propter fidem in crucem terræ dominum factum. Globus enim is terra est propter rotundam ejus figuram; fides vero ipsa est crux propter incarnatum Deum illi clavis adfixum.* Bandurius, qui testimonia hæc jam protulit, ^{b)} multo vetustiore ejus symboli usum reperire poterat in statua Constantini M. columnæ porphyreticæ imposita, quæ stetit Constantinopoli, et quæ teste Nicephoro Callisto ^{c)} χρυσεὸν μῆλον μεγίστον τῇ δεξιᾷ κατεχὼν χειρὶ, ἐπάνω τὸν τιμιὸν κατεπηνυ σαυρὸν, *ingens aureum malum manu dextera gestavit, superne venerandam crucem infixam habuit.* En, quod scriptores præcedentes apposite, quod res est, dixere πολλόν, σφαίραν, ab imperito hoc historico vocatum *malum*, cum tamen saltem inde a Iulio Caesare, ut

numi satis demonstrant, globus imperatoribus additus symbolum fuerit imperii orbis terrarum. Atque hinc factum existimo, ut rudiora nostræ quoque ætatis ingenia globum similem, quem hodieque Caesares Germanici in monumentis publicis præferre solent, malum imperii, *Reichsapfel*, vocare ament. Non attinebat, hoc loco insulsiatatis hujus meminisse, nisi volupe putarem, nonnunquam et ineptiarum cunabula nosse.

Victoria galeata, et nuda typus est, quem alibi videre non memini. Quæ sit hæc victoria sive Augustorum, sive Romanorum, præterea cur dicatur *AVGVSTORVM*, cum tamen per breve hoc imperium unicus tantum fuerit Augustus, neglexit docere Bandurius, neque ipse supplere defectum ausim.

VOT. V. ^{*} *vel:* VOT. V. ^{*} MVLT. X. ^{*} *intra coronam*, in obviis AR. et AE. III. VOT. X. MVLT. XX. *intra coronam*. AR. (Mus. Caes.)

Mira postremi hujus numi epigraphe in Augusto VIII. tantum mensium, de quo agetur alibi.

VOTA. PVBLICA. *Isis sedens Horum lactat. — Duæ mulieres tutulatae in serpente desinentes ambabus manibus una sustinent hydriam, ex qua serpens emergit.* AE. II. — *Anubis d. sistrum, s. caduceum.* AE. III. — *Isis in bigis mularum d. sistrum*, in alio bigas præcedit *Anubis Isidem respiciens. — Isis stans in navi. — Anubis. — Harpocrates.* AE. IV. (Tassin.)

Vide numos similes explicatos in Iuliano.

a) de Aedif. Iust. L. I. c. 2.

b) Tom. II. p. 445.

c) H. E. L. VII. c. 49.

VRBS. ROMA. *Roma sedens cultu solito.* AE. m. m. (Baldini ad Vaill.)

Numi suspecti.

IMP. CAES. IOVINIANVS. etc. Numum hunc Taninius ex museo Pembrock citat, in quo est Parte III. tab. 31. Nomen IOVINIANVS, quod nullus Augustorum habuit, tum et reliquae omnes causae satis evincunt, epigraphen male esse lectam, numumque alterius esse Augusti.

ADVENTVS. AVGVSTVS. *Imperator eques pacificatoris habitu, praecedit miles cum labaro XP., sequitur Victoria, in imo: ROMA.* AE. m. m. (Tristan.)

Mirum, in numo Romano praedicti adventum Romae ejus Augusti, qui ex Asia pedem non extulit, neque ipsam etiam Constantinopolin, quae fuit Roma nova, intravit. Quare cum propter hanc causam, tum quod ejus praecorem unum Tristanum video, eum in suspectis interea habendum puto.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

VALENTINIANVS I.

Fl. Valentinianus patre Gratiano natus in Pannonia mortuo Ioviano Augustus appellatur Nicaeae anno P. X. 364. Continuo Valentem fratrem collegam adsciscit, eique Thraciam, Graeciam, et totum Orientem administrandum permittit, servatis sibi Illyrico, Africa, ceterisque Occidentis provinciis. Bella cum Alamannis, Scotis, Saxonibus, Quadis sive per se, sive per duces varia fortuna gerit. Vehementius in Quadorum legatos invectus apoplexia oppressus exstinguitur Birgitione in Pannonia exeunte anno Christi 375, princeps inter virtutes ac vitia varius.

Vxor I. *Valeria Severa*, quam prius duxit, ex qua natus *Gratianus* subinde Augustus. Ejus numum finxit Goltzius. Qua repudiata, vel mortua

Vxor II. *Flavia Iustina* Magnentii vidua. Proles habuit *Valentinianum juniorem* Augustum, filias tres, *Iustam*, *Gratam* et *Gallam* Theodosio M. nupturam. Ejus numum unus vidit Goltzius. Eam propter formae praestantiam a Valentiniano fuisse concupitam, et viva adhuc Severa publice ductam uxorem, legemque propterea ab eo latam, ut cuius liceret duas simul legitimas uxores habere, refert Socrates, *) et ex eo

a) H. E. L. IV. c. 31.

plures alii. Verum istud inter fabulas SMAQ. AV. m. m. (Mus. Caes.)
jure collocat Baronius. *)

Cujus regionis, vel urbis adventus
indicetur, incertum.

Numi:

Numos Valentinianorum I. et II., nisi in quibus 70 IVN. additur, qui certe sunt Valentiniani II., discernere difficile est, ut pluribus docebo infra in moneta Valentiniani II. Quare propositum est, hoc loco describere numos omnes, qui Valentiniani nomen omisso IVN. offerunt, permisso cuius arbitrio, quam iis malit stationem adsignare.

D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. vel: P. AVG., rarius AVG. solo.

Caput diadematum cum margaritis, rarius caput galeatum, idque in AE. II., si modo hi non sunt Valentiniani II., ut in hoc dicetur.

Partes aversae:

CONCORDIA. AVGGG. *vel:* AVGGGZ. *vel:* AVGGGS. *vel:* AVGGGK. — CONCORDIA. AVGGGG. *vel:* AVGGGGS. *vel:* AVGGGGH. *Mulier galeata sedens d. hastam, f. globum, d. pede prorae navis imposito, in imo plerumque CONOB.* In aliis: *Figura galeata sedens d. hastam, f. clypeum, in quo VOT. X. MVL. XV. vel: VOT. XV. MVL. XX. AV. (Band. Tanini, Mus. Caes., sed in omnibus his sub Valentiniano II.)*

FELIX. ADVENTVS. AVG. N. *Imperator eques pacificatoris habitu, in imo:*

GLORIA. REIPUBLICAE. *Castrorum porta, desuper monogramma XP. AE. III. (Tanini in Valent. II.)*

GLORIA. ROMANORVM. *Duae mulieres sedentes, quarum dexterio capite galeato d. Victoriolam, f. hastam, sinistro capite turrato d. Victoriolam, f. cornucopiae, d. pede prorae navis insistit. AV. m. m. (Tanini.) In alio: Imp. paludatus stans d. labarum, f. clypeo innixus. AR. m. m. (Banduri.) In aliis: Figura paludata f. labarum, d. captivum crinibus prehensum rapit. AE. III. obvii.*

Numos aeneos cum eadem epigraphe, in quorum adversa est protome galeata cum hasta, esse verisimilium Valentiniani II., in hoc dicemus.

MONETA. AVGG. *Tres Monetae stantes. AE. m. m. AE. II. (Band.)*

PAX. PERPETVA. *Victoria thoraci insidens una cum adstante puella nudo alato clypeum tenet, cui inscriptum: VOT. V. MVL. X. in imo TES. In alio: Victoria adversa stans utraque manu elata singulas aureas jactat, infra TESOB. Vterque Quin. AV. (Mus. Caes.)*

Numi ex nullo alio museo cogniti.

REPARATIO. REIPUBLICAE, in AR. et. AE.

REPARATIO. TEMPORVM. AE. II. (Band.)

a) ad ann. Chr. 370.

RESTITVTOR. REIPVBLICAE, in omni metallo. (Band.)

SALVS. REIP. *Imp. paludatus flans d. labarum, f. globum cum Victoriola, pede captivum calcit.* AV. (Band.)

SALVS. REIPVBLICAE. A. *Duo impp. nimbat sedentes in throno communi d. globum, f. sceptrum crucigerum, infra CONOB.* AV. (Mus. Caes. in Valent. II.)

SALVS. REIPVBLICAE. *Quatuor signa militaria, infra TCON. cum astro.* AR. m. m. In alio: *Victoria tropaeophora gradiens f. captivum crinibus prehensum rapit.* AE. IV. (Vterque Mus. Caes.)

SECVRITAS. REIPVBLICAE. numi obvii AE. III.

TRIVMFATOR. (sic) GENT. BARB. *Imperator paludatus flans d. labarum, f. globum, juxta captivus genuflexus, infra TR. OB.* AV. (Mus. Caes.) AE. incerti moduli. (Band.)

VICTORIA. AVGG. *vel:* AVGGG. *vel:* AVGVSTORVM. *variis typis* in omni metallo, etiam AE. m. m. (Tanini.)

VICTORIA. D. N. AVGVSTI. *Victoria sedens una cum adstante puello alato clypeum tenet, cui inscriptum VOT. V. MVL. X., in imo TESOB.* Est AV. (Mus. Caes.)

VIRTVS. AVGGG. in AE. III.

VIRTVS. EXERCITVS, *vel:* EXERCITI. in AR. et AE. II. III.

VIRTVS. ROMANORVM. in AV. AR. (Band. Mus. Caes.)

VOTA. PVBLICA. *Duo impp. nimbat sedentes d. elata volumen, pro pedibus hinc et inde captivus genuflexus, in imo CONS.* AV. (Mus. Caes.)

VOTA. PVBLICA. *Isis sedens Horum lactat, vel: Isis cani insidens d. sistrum, f. hastam, vel: Harpocrates.* AE. II. III. IV. (Band. Tanini.)

De similibus aeneis egimus in moneta Iuliani.

VOT. V. — VOT. V. MVL. X. — VOT. X. MVL. XX. — VOT. XV. MVL. XX. — VOT. XX. — *intra coronam, in omni metallo. Rarissimus est: VOT. XX. MVL. XXX.* AE. III. (Band.)

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AR. AE. m. m. (Band.)

Sine epigraphe. *Cruz intra lauream.* AV. (Band.)

In hujus Valentini numis, tum et Valentis et Gratiani laepe memorantur officinae monetariae sic: OF. II. III. etc. *vel:* R. PRIMA, R. SECUNDA, R. TERTIA, R. QVARTA, et similiter, de quo argumento dicemus plura infra in tractatu de numis inferioris aevi.

PRETIVM.

Aurei C.

VALENS.

Aurei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. III.	-	-	-	-	-	-	-	C.

VALENS.

Fl. Valens a fratre Valentiniano sub ipsum imperii aditum collega adscitus anno Christi 364 Orientis provinciis praefectus fuit, ut supra dictum. Procopium tyrannum ad Nacoliā Phrygiae debellavit, Gothos claris victoriis ad pacem compulit. Cum Sapore Perſa Armeniae cauſa colluſus omittere tamen bellum coactus eſt nunciata Gothorum incurſione. Nimirum hi ab Hunnis ſediſus ſuis ejecti cum ab improvido Valente agros, quos incolerent, impetrarent, verſis in benefactorem armis Thraciam coepere depopulari, contra quos ex Syria profectus Valens, non exſpectato fratris filio Gratiano cum Occidentis viribus adventante commiſſa pugna victus, et in agreſti tugurio flammis exuſtus eſt anno Chriſti 378. A laude bellica commendatus, ſed in viſus orthodoxyis, quia Arii doctrinam praeferendam duxit.

Albia Dominica uxor, cujus quoque numum reperit Goltzius.

Numi:

D. N. VALENS. P. F. AVG. epigraphe plerumque obvia.

D. N. VALENS. PER. F. AVG.

D. N. VALENS. P. A.

IMP. CE. VALENS. P. F. AG. in

AE. III. (Muſ. Caef.)

D. N. VALENS. MAX. AVGVSTVS. in AV. (Tanini. Muſ. Caef.)

Caput diadematum cum margaritis, rarius protome geſtans globum, vel Victoriolam, etc.

Partes averſae.

Omitto numos ejusdem tenoris, quos jam in moneta collegae Valentiniani recitavimus, ſcilicet: MONETA. AVGGG. — PAX. PERPETVA. — RESTITVTOR. REIPVBLICAE. — SALVS. REIPVBLICAE. — VICTORIA. AVGG. AVGGG. AVGVSTORVM. — VIRTVS. EXERCITVS. AR. m. m. (Muſ. Caef.) VIRTVS. ROMANORVM. AV. (Muſ. Caef.) VOTA. PVBLICA. AV. (Tanini.) VRBS. ROMA.

D. N. VALENS. MAX. AVGVSTVS. *Protome diademata cum margaritis d. elata, ſ. globum cum Victoriola.*

D. N. VALENS. VICTOR. SEMPER. AVG. *Imp. capite nimbato ſexigis adverſus vectus d. elata, ſ. globum; ei binas Victoriae hinc et illinc advolantes coronam offerunt, in imo varia minuta ſigilla inter literas RM. AV. M. M.*

Illustrum hunc numum, aureos Hungaricos X. adpendentem, Vindobonae anno 1721 museo suo intulisse, narrat Apostolus Zeno. *) Eum anno sequente singulari dissertatione, et proposita ejus imagine illustravit Sebastianus Paulus. Similem nuper cl. Taninius ex museo Vaticano vulgavit. Valentis nomina ac tituli in utraque facie scripti res insolentior, tum mirum etiam, Valentem dici *Maximum*, quem honorem a fratribus senioris Valentiniani moneta abesse videmus. Videtur ergo numus signatus fratre mortuo, et Valens subinde dictus Maximus, quia inter conlegas Augustos Gratianum et Valentinianum juniores senior fuerat. Taninius hoc typo indicari Valentis de Procopio triumphum conjicit. Sigilla, quae imum segmentum occupare dixi, Taninius putat *donaria forsan populo danda*. Quidquid erit, istud certum, res similes eodem loco fisci in aureo insolentis propter pondus moduli inscripto GLORIA. ROMANORVM, de quo mox. Posteaquam haec scripseram, inlatus est museo Caesareo numus idem, sed qui pondere omnes, quorum modo memini, longe superat, adpendens aureos Hungaricos 62, estque pars illustris ejus thesauri, cujus mentionem feci altius pag. 82 in nota.

*
FELIX. ADVENTVS. AVG. N. in alio: FELIX. ADVENTVS. AVGGG. Imperator eques pacificatoris habitu. AV. (Band.)

Prior inscriptio et typus sunt etiam

in Valentiniano, at non alter inscriptionis modus spectato AVGGG. Quoad vixit Valens, tres imperatores simul bis fuerunt, primum Valentinianus I., Valens, accedente serius Gratiano, mortuo subinde Valentiniano I. Valens, Gratianus, quibus accessit Valentinianus II. Sed quis sit hic adventus trium Augustorum, quem enunciat inscriptio, cum typus tantum unicum sistat, et in quam urbem, cum historia non doceat, eos aliquando unum in locum convenisse, ignoro. Satis ab aliis ejus aevi exemplis constat, omnibus coaevis Augustis fuisse datum, quod ad unum pertinuit.

*
D. N. VALENS. P. F. AVG.
Protome diademata cum margaritis.

GLORIA. ROMANORVM. Imperator capite nimbato et togatus equo lente incedente vehitur; ei occurrit mulier stolata tribus velut radiis ex capite sursum emicantibus, nisi turriculae verius sunt, d. extremam cinguli partem ad pedes defluam tenet, s. facem ardentem. In imo mulier supina humi jacens dextera tunicam in sinum colligit, ex quo quinque globuli, aut mala apparent, sinistra, ut videtur, cornucopiae tenet, juxta eam hinc A, illinc N. Est AV. praegrans moduli, adpendens aureos Hung. 118½. (Mus. Caes.)

D. N. VALENS. P. F. AVG.
Protome diademata cum margaritis d. elata, s. globum.

Eadem aver/a. AV. adpendens aureos 63. (Mus. Caes.)

*) Lettere Vol. II. pag. 179.
(Vol. VII.)

Nemo erit, qui non ad bina haec veteris monetae prodigia animum mentemque erigat, ex quibus praecipue numus is, quem priore loco proposui, plus quam duplum pondus habet ejus, qui hactenus omnes nobis cognitos suo pondere excessit, intelligo eum, quem proxime describemus. Sunt illustria haec cimelia pars ejus thesauri ante paucos menses ex terrae visceribus protracti, cujus altius pag. 82 in subjecta nota memini. Tamen ut ponderis sunt eximii, ita operis rudioris, quo fit, ut nonnullae hujus typi partes minus tuto describi possint. Nolo nunc in eo explicando adhaerere, cum ne urgenti typothetae moram injiciam, tum quia propositum mihi est, omnes ejus thesauri opes hoc adhuc, ut spes est, anno adjectis imaginibus aere expressis eruditorum oculis objicere.

D. N. VALENS. P. F. AVG.
Protome diademata cum margaritis.

GLORIA. ROMANORVM. *Duo imperatores sedentes in communi throno capitibus nimbatis, dexteris elatis, f. singulos globos, infra R. N., inter quas literas duo folia, et totidem ponduscula campanulis prope similia.* AV. adpendens aureos Hung. 51½. (Mus. Caes.)

Praeclarum istud cimelium plures jam annos in gaza Caesarea servatur, repertus a piscatore in Hungaria inter Danubii vortices, oblatusque Francisco I. Aug., et ab eodem justo pretio redemptus. Ab eo, quo revixit, tempore inter superstites monetae veteris aureae

numos spectato pondere principatum tenuit, donec repertae thesauri Somlyoensis opes in stationem humiliorem detrudere. Ejus imaginem dedit Khellius, ^{a)} et restituit Taninius. Offert averfa utrumque ejus temporis orbis rectorem Valentinianum I. et Valentem. Quae inde alia ad illustrandam historiam elicere tentavit Khellius, conjecturarum labor fuit.

D. N. VALENS. MAX. AVGVSTVS. *Caput diadematum cum margaritis.*

GLORIA. ROMANORVM. *Mulier sedens in throno d. globum, cui insistit Victoriola, f. hastam, dextero pede prorae navis insistit, in imo ROMA.* ER AV. adpendens aureos Hung. 14. (Mus. Caes.) Vide notam pag. 82.

Alius similis. AV. adpendens aureos 8½. (Mus. Caes.) Vide eandem notam.

Similem in averfa et inscriptionem et typum jam vidimus in numis Constantii II.

GLORIA. ROMANORVM. in aureis ponderis ordinarii, ut in Valentiniano, obvium, tum et in AR. et AE. III. formae.

D. N. VALENS. P. F. AVG.
Protome diademata dextera elata, f. globum.

PIETAS. DDD. NNN. AVGVSTORVM. *Tres figurae paludatae stantes, singuli d. hastam, f. clypeum tenentes, quorum medius altior est et nimbatus; qui ei ad sinistram adstat, aliquanto minor, atque hoc*

a) Subplem. ad Vaill. p. 266 et 270.

iterum minor is, qui ei ad dexteram adstat, sine nimbo uterque, in imo TESOB. Est AV. adpendens aureos Hung. 19 $\frac{3}{4}$. (Mus. Caes.) Vide notam pag. 82.

Alius similis, sed adpendens tantum aureos 15. Videtur percussus ex eadem matrice, sed pondus est contractius, quia adjectum, ut praecedens, exuberantem marginem non habet. (Mus. Caes.) Vide eandem notam.

Numi tam pondere, quam inscriptione et typo singulares. Tres figuras stantes esse totidem viros domus Augustae, triplicatum D et N dubitare non sinunt. Per Valentis imperium tres collegae Augusti bis fuere, primum *Valentinianus* et *Valens* fratres, et Valentiniani filius *Gratianus*, serius mortuo Valentiniano I. *Valens*, ejusque duo ex fratre nepotes *Gratianus* et *Valentinianus II*. Prior trias in his numis locum habere non potest; neque enim tum negatus fuisset Valenti nimbi honor, qui aequa potestate rexit Orientem, qua Valentinianus Occidentem, quo modo paullo altius in numo vidimus utrumque fratrem in communi throno sedentem, et utrumque nimbo praefulgentem. Tenendum igitur, hos numos mortuo demum Valentiniano I. cufos, et qui stat medius, esse patrum Valentem propter aetatis reverentiam nimbi honore magis venerabilem.

RESTITVT. ORBIS. *Imperator paludatus stans d. labarum, f. Victoriolam.* AR. (Tanini.)

SECVRITAS. REIPVBLICAE. *Victoriagraduens, in imo: R. TERTIA, Est AV.*

(Pellerin Mel. I. p. 169.) *Alius, sed in imo: ANT. AR. (Tanini.)*

Sola metalli nobilitas his numis pretium constituit, nam in aere obvii sunt tam in Valentiniano, quam Valente.

SPES. RP. *Duo imperatores capitibus nimbatis sedentes altera manu globos singulos, altera hastas tenent, in medio utriusque stat figura exigua, sed absque nimbo, supra cujus caput clypeus, in quo: VOT. V. MVLT. X. Est AV. (Band.)*

Dubium non est, utrumque hunc imperatorem esse Valentinianum et Valentem, puellum vero esse Gratianum imperio jam destinatum, qui, quia Augustus nondum fuit, nimbo caret.

TRIVMFATOR (sic) GENT. BARB. Est AR. m. m. Vide cetera similem, sed AV. in Valentiniano.

VICTORES. AVGVSTI. *Duo impp. sedentes globum tenent, pone Victoria volans utrumque coronat.* AV. (Tanini Mus. C. Vitzai.)

VICTORIAE. DD. AVGGG. NNN. *Duae Victoriae gradientes.* AE. III. (Band.)

VOTA. PVBLICA. *Isis Horum lactans. — Harpocrates. — Fluvius decumbens. — Anubis stans d. sistrum, f. caduceum.* AE. III. IV. (Band. Tanini, Mus. Caes.)

VOT. V. intra coronam — VOT. V. MVLT. X. — VOT. X. MVLT. XV. (Tanini.) VOT. X. MVLT. XX. — VOT. VX. (sic) MVLT. XX. vel: VOT. XV, MVLT. XX. (Mus. Caes.) VOT.

XX. MVLT. XXX. AR. AE. IV. (Tanini.) VOT. XXX. MVLT. XXXX. (Mediob. ex Occone.) De variantibus his votis vide suo loco tractatum singularem.

PRETIVM.

Aurei	C.
Aurei max. mod.	RRR.
Argentei	C.
Argentei max. mod.	RR.
Aenei max. mod.	RR.
Aenei II. et III.	C.

PROCOPIVS.

Natione Cilix, Iuliani apostatae propinquus, variisque ab hoc dignitatibus ornatus, hujus in acie caesi funus Tarsum deportavit. At cum rumor ferret, imperio se a Iuliano fuisse destinatum, primum in Chersoneso Taurica, deinde Chalcedone delituit, Constantinopolin tandem transgressus cognito populi in Valentem odio Augustum se dixit anno Christi 365, contractoque magno exercitu cum Valente advolante ad Nacoliā Phrygiae congressus victusque, et suorum proditione deditus diras ambitionis poenas luit anno 366, alligatus arboris inflexae ramis, iisque in se redeuntibus discerptus, ut narrat Socrates. *)

Numi:

D. N. PROCOPIVS. P. F. AVG.

Caput barbatum, diadematum cum margaritis.

Partes averse.

FEL. TEMP. REPARATIO. in aliis: REPARATIO. FEL. TEMP. *Imperator paludatus d. labarum, cui inscriptum monogramma XP., f. clypeo innixus, d. pede prorae navis insistit.* AE. II. (Mus. Caes.) In aliis: *Imperator paludatus stans d. labarum, f. clypeum, humi captivus sedens, in area monogramma XP.* AE. III. (Mus. Caes. Band.)

GLORIA. ROMANORVM. *Imperator eques d. elata coronam.* AE. III. (Band.)

SECVRITAS. REIPVBLICAE. *vel REIPVB. Imperator paludatus stans d. hastae, f. clypeo innititur.* AV. (Band. Tanini.)

Aurei Procopii numi sunt rarissimi, tamen non modo bini hi auctores, sed et Ammianus Marcellinus auream eum

a) Hist. eccl. L. IV. c. 5.

monetam cudisse testantur. Narrat enim hic, *) Procopio ad imperium pro-
ecto continuo exstitisse aliquos, qui *au-
reos numos effigiatos in vultum novi prin-
cipis* circumferrent.

VOT. V. *intra coronam.* AR. (Muf.
Caef.)

Sine epigrapha. *Cruce in laurea.* AE.
IV. (Tanini.)

Numum hunc, aliosque supra citatos,

qui monogramma Christi exhibent, ait
Taninius eorum adversari sententiae, qui
adserunt, Procopium in idololatria edu-
catum a Christiana religione alienum
obivisse. Sin istud, etiam Constantinum
M. favisse idolis dicendum erit, /
cujus numi non pauci, etiam posteaquam se
Christianum palam professus est, idolo-
latriae continent argumenta, aut etiam
Gratianum impense Christianum, in cu-
jus numo est Hercules.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei III.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

GRATIANVS.

Natus Sirmii anno Christi 359 Va-
lentiniano I. adhuc privato, et Val. Se-
vera. Anno 367 octennis dictus Au-
gustus conlegas habuit Valentinianum I.
patrem, et Valentem patrum, annos-
que natus fuit XVI., cum pater anno
375 diem obivit. Continuo Valentinia-
num fratrem germanum, quem legio-
nes mox a patris morte Augustum dixe-
re, conlegam et ipse agnoscit etsi vix
adhuc quinquennem. Imperium deinceps
sic fuit divisum, ut Gratianus ob-
tineret Hispaniam, Gallias, Britanniam,
Valentinianus Italiam, Illyricum,
Africam, tamen sub fratris Gratiani tu-

tela, Valens Orientem. Lentianos Ala-
mannos, qui Rhaetiam incolebant, me-
morabili apud Argentariam Galliae prae-
lio superat. Valenti gravi Gothorum
bello in Thracia pressio suppetias qui-
dem tulit, sed jam acie victum caesum-
que reperit anno 378. Ergo barbaris
in eo tractu undique praevalentibus The-
odosium in Hispania exulem revocat,
quem is, jam ante exilium barbarorum
ad Istrum victorem, mox ineunte anno
879 Augustum appellavit, Valentisque
provinciis praefecit. Adversus Magnum
Maximum, qui arrepta in Britannia
purpura Gallias invaserat, profectus,

a) in Valente.

sed desertus a suis, in fuga Lugduni interficitur anno 383, aetatis suae XXIV. princeps multis virtutibus clarus initio, serius in administranda republica segnior, sed propter fidei Christianae studium ut inuisus paganis, sic orthodoxis despectus.

Vxor I. *Constantia* Constantii II. ex Max. Faustina filia postuma. Ejus numum dedit Goltzius.

Vxor II. *Laeta*. Ex utraque si liberos habuit, patri non superfuere.

Numi:

D. N. GRATIANVS. P. F. AVG. obvium.

D. N. GRATIANVS. AVG. in quin. AV. et AR. (Mus. Caes.)

D. N. GRATIANVS. PPP. AVG. in AE. III. (Band.)

D. N. GRATIANVS. AVGG. AVG. modus non infrequens in AE. m. m. item II. et III.

Potiremus hic inscriptionis modus magnas inter eruditos excitavit lites, aliis eam aliter explentibus. Non lubet ejus dissidii historiam scribere, contentus indicare varias diversarum sententiarum stationes, scilicet Bandurium pag. 486, dissertationes alias, quae sunt in Memoriis Trevoltiensibus, quas conjunctas vide in electis Woltereckii inde a pag. 308, tum dissertationem aliam in iisdem Memoriis mensis Aprilis 1709 pag. 704, notam Bimardi ad Iobertum T. II. pag. 324, Audrichium in Instit. antiq. pag. 187, quos, qui volet, auctores adeat. Potiora eruditorum suffragia tulit lectio Harduini: AVGVSTVS Gener AVGVSTVS, quia, ut diximus, Constan-

tiam Constantii II. filiam uxorem duxit, cujus adeo causa honoris gloriari placuit. Est haec dissertatio in ejus Operibus selectis pag. 503, in qua numum Gratiani: GLORIA. NOVI. SAECVLI explicat, sed more suo chronologiae et historiae fidem pervertit. Cl. Beauvais dissertationem scripsit insertam subinde *rois Saggi di Cortona* Tom. VII. p. 89, in qua is veterem Leibnizii sententiam, legentis: *Gratianus Augustorum Augustus*, approbat. Causa illi, quia in numo suo verba AVGG et AVG puncto ab se separantur, scripto nempe: AVGG. AVG. At enim in quatuor similibus, integrisque musei Caesarei punctum illud non comparet, quemadmodum universe in Gratiani moneta separantia haec puncta etiam post literas solitarias vocabulorum ἀρχαῖως constanter absunt.

Caput diadematum cum margaritis constanter.

Partes aversae.

Omitto iterum aversas, quas in coaevalorum Valentiniani I. et Valentis moneta reperias, nempe: GLORIA. ROMANORVM. — REPARATIO. REIPUBLICAE. — REPARATIO. TEMPORVM. — RESTITVTOR. REIPUBLICAE. — SECVRITAS. REIPUBLICAE. — VICTORIA. AVGG. vel: AVGVSTORVM. — VIRTVS. EXERCITVS. AR. m. m. (Mus. Caes.) VIRTVS. ROMANORVM. AV. (Mus. Caes.) AR. (Tanini.)

CONCORDIA. AVGGG. *Mulier galeata sedens d. hastam, s. globum, pede d.*

prorae navis imposito. AV. (Tanini.)

Trium Augustorum in hoc numo indicari concordiam, suapte patet.

CONCORDIA. AVGGGGG. *Typus similis.* AV. (Band.) *In alio simili est* AVGGGGS. AV. (Mus. Caes.)

Bandurius subjectis post AV quinque G totidem personas Augustas indicari existimat, nimirum tres Augustos, duas Augustas. At mihi plane certum videtur, postremum elementum, quia formae est a prioribus diversae, et ejus, qua in devexi hujus imperii moneta saepe videbimus effectum fuisse epilemon, seu numerum senarium, additumque postremo inscriptionis vocabulo, in hoc quoque numo eundem significare numerum, quod omnino confirmatur numo altero musei Caesarei, in quo additur S, quod et ipsum epilemon est alterius formae. Confer numos similes Valentiniani I., in quibus: CONCORDIA. AVGGGZ. AVGGGK. AVGGGGH. Haud dubie ergo IV. tantum personae Augustae indicantur, quarum tres sunt ipsi Augusti, quartam conjicio esse Constantiam Gratiani uxorem, cui habendus hic honos visus fuerit, quia jam per ipsam prosapiam ad titulum Augusteum aspirare potuit.

FELICITAS. ROMANORVM. *Victoria gradiens.* AE. III. (Mus. Caes.)

FEL. TEMP. REPARATIO. *Imp. paludatus stans d. mulierem turritam procumbentem subleuat, f. Victoriolam.* AE. II. (Band.)

Epigraphe haec in Constante, et proximis impp. obvia, hoc aevo rarissima.

D. N. GRATIANVS. P. F. AVG. *Caput diadematum cum margaritis. Numum ambit latus margo, cui in orbem inserta sunt XV. capita humana.*

GLORIA. ROMANORVM. *Roma galeata in throno adversa sedens d. globum, f. hastam, in imo TROBS.* Est AV. adpendens aureos Hung. 16 $\frac{3}{4}$. (Mus. Caes.) Vide altius notam pag. 82.

Quid indicent capita XV. Gratiani caput in orbem ambientia, acutioribus divinandum relinquo. Aversae typus in hujus aevi moneta obvius.

GLORIA. NOVI. SAECVLI. *Imp. paludatus stans d. Victoriolam, f. labarum.* AV. (Tanini.) In aliis: *Imp. paludatus stans d. labaro, f. clypeo innititur.* AR. (Tanini.) AE. III. obvi.

Novus epigraphes modus, qui novi sub Gratiano auspicantis imperii gloriam significat. Quam prave ejus sensum detorserit Harduinus, diximus supra in partibus anticis.

PRINCIPIVM. IVVENTVTIS. *Imp. capite nimbato paludatus stans d. spiculum transversum, f. globum.* AV. (Pellerin Mel. I. p. 170.) AR. (Band.)

Huc refer ea, quae monui ad numos Crispi inscriptos: PRINCIPIA. IVVENTVTIS.

VOTA. PVBLICA. *Duo imperatores, quorum unus major, alter minor, sedentes.* AV. (Tanini.)

VOTA. PVBLICA. *Hercules nudus stans dextera ori admota, f. clavam elatam et leonis exuvias.* Quin. (Band.)

Mirus hac aetate typus, praecipue

in Gratiano acerrimo veteris superstitionis inimico.

VOTA. PVBLICA. Typis *Ifidis*, vel *Anubis*. AE. IV. (Tanini.)

— VOT. XV. (*in nonnullis* VX.) MVLT. XX. AR. AE. IV. — VOT. XV. MVLT.

XXX. (*fic*) *semper scriptum intra lauream*.

Sunt omnes in museo Caesareo.

VOT. V. MVLT. X. AR. et AE. IV. — VOTIS. X. MVLTIS. XX. AR. m. m. — VOT. X. MVLT. XX. AR.

VRBS. ROMA. *addito etiam* F., *id est: Felix. Roma sedens*. AR. AE. m. m. (Tanini.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Aurei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

VALENTINIANVS II. IVNIOR.

Patre Valentiniano I., matre Fl. Iuliana natus apud Acincum Pannoniae exeunte anno 371 mortuo patre quadrimus Augusti titulum accepit adprobantibus mox etiam fratre Gratiano, et patruo Valente. Cum Mag. Maximo, qui caeso Gratiano praeter Britanniam Gallias quoque et Hispaniam invasis, foedus inivit, sed ab eodem non multo post ejectus Italia Thessalonicam cum familia evasis. Victo Theodosii virtute anno 388 Maximo occupatas ab hoc regiones recuperavit quidem, sed ab Arbogaste comite, qui omnem sibi potestatem arrogaverat, Viennae Galliae caesus est anno 392, cum annos XVI. imperium tenuisset. Communis fuit opi-

nio, patre suo futurum fuisse praestantiorum, si vita superfuisset.

Numi:

Certi hujus Valentiniani numi sine dubio sunt illi, qui VALENTINIANVS IVN. id est: *junior*, inscribuntur, tametsi discrimen istud necessarium non fuit, quia ex quo hic imperium adeptus est, diem jam obivit pater Valentinianus. Magis mirum, jam olim Gallienum dictum fuisse *junioem* in marmore Sponii, ^{a)} etiamli hoc nomine nemo alius Augustus existerit. At vero in numis, qui ro IVN. non addunt, dubium est plerumque, sintne tribuendi Va-

a) Miscell. pag. 163.

lentiniano I., an huic II., an III. Placidio, si forte in hujus numis omissum est *ro* PLA., quam difficultatem agnovit etiam Bandurius. ^{a)} Fuere, qui existimarent, Valentiniani II. tantum eos esse numos, qui IVN. addunt, et qui PLA., esse tantum Placidii Valentiniani III. At enim quis spondere auit, in his unis Augustis monetae omnia semper nomina fuisse inscripta, nullumque unquam omissum, praecipue cum, ut dixi, addere *ro* IVN. necessarium non fuerit? Idem sentiendum de PLA. Valentiniani III. Censet Bandurius, in nonnullis certum posse discrimen reperiri, v. g. in numis cum epigraphe: CONCORDIA. AVGGGG. Quis enim, inquit, ^{b)} paullo attentior negaverit esse Valentiniani junioris, quem constat, aliquamdiu cum Theodosio, Arcadio, et Mag. Maximo imperasse, cum Valentinianus I. duos tantum habuerit collegas, Valentem fratrem, et Gratianum filium? Verum unde constabat viro erudito, in his numis vocabulo AVGGGG. quatuor Augustos imperantes esse intelligendos, quin, quod saepe factum, femina Augusta in consortium reciperetur? Cum haec scriberet, non advertit animum ad numum aureum Gratiani, quem ipse vulgaverat, inscriptum: CONCORDIA. AVGGGG., aut, ut ipse legendum censet, AVGGGGG., quem cum explicat, ait, cum tribus tum imperantibus Augustis sociatas esse duas uxores Augustas ^{c)} Ergo stabilita haec a Bandurio lex semetipsam elidit. Quare nullo in his dubiis exitu rem in

incerto relinquere praestat, et cum modo Valentiniani II. numos recensimus, commemorare tantum eos, qui per additum IVN. certe hujus sunt Augusti, reliquis, qui eo carent, cujuscuque fuerint, in monetam patris trajectis. Istud unum praeterea observo, aeneos II. formae, in quorum antica est: *Protome galeata cum hasta*, X GLORIA. ROMANORVM. *Imp. paludatus stans in navi etc.*, Valentiniano II. videri tribuendos, quia id genus numi cum protome item galeata in Theodosio Valentiniani II. conlega sunt obvii, non autem constat, Valentinianum I. in numis suis hoc cultu fuisse propositum. Eos a Bandurio, aliisque nulla certa causa perinde uni, atque alteri tributos videmus.

D. N. VALENTINIANVS. IVN. P. F. AVG., et fors etiam:

D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG.

Caput diadematum cum margaritis; in aliquibus etiam: *Protome galeata cum hasta*, ut dictum.

Partes averse:

CONCORDIA. AVGGG. AV. AE. III. (Band.)

CONCORDIA. AVGVSTORVM. *Mulier galeata sedens d. hastam, f. globum, f. pede navi imposito.* AV. (Band.)

FELIX. ADVENTVS. AVGVST. N. *Imperator eques.* AV. m. m. (Tanini.)

GLORIA. ROMANORVM. *Duae mu-*

a) Pag. 455. 456.
(Vol. VIII.)

b) Pag. 491.

c) Pag. 481.

heres sedentes etc. AV. (Mus. Caes.)

praecedentium imp.

GLORIA. ROMANORVM. *Imperator paludatus stans in navi d. elata, Victoria clavum moderante.* AE. II. (Mus. Caes.)

In horum adversa est protome galeata cum hasta, atque etſi in epigraphe desit 70 IVN., juniori tamen tribuendos puto ob causas, quas paullo altius dedi.

PERPETVETAS. (sic) *Phoenix radiatus globo insists.* AR. (Band.)

Nova epigraphe, sed cum qua rite componitur phoenix, notus aeternitatis, aut saeculorum in numis index.

REPARATIO. REIPVB. — RESTITVTOR. REIPVBLICAE. ut in numis

SECVRITAS. REIPVBLICAE. *Victoria gradiens.* AE. III. (Mus. Caes.)

VICTORIA. AVGG. vel AVGGG. AV. AR. (Band. Mus. Caes.)

VIRTVS. EXERCITVS — VIRTVS. ROMANORVM. AR. (Band.)

VOTIS. V. MVLTIS. X. *intra coronam.* AR. AE. IV. (Mus. Caes.) VOT. XV. MVLT. XX. *intra coronam.* AE. III. (Band.)

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AV. AR. AE. III. (Band. Mus. Caes.)

PRETIVM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	C.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	O.

THEODOSIVS.

Natus circa annum 346 Italicae Hispaniae patre Theodosio, belliduci sui aevi, ut vulgo creditum, praestantissimo, sed quem Gratianus, nulla cognita culpa, nisi quod invidiae causam dederat, anno 376 mori Carthagine iussit. Ipse patris casu percussus in patriam revertitur felici unice otio, vitaeque rusticae intentus. Caeso post haec a Gothis Valente, direptaque ab his impune Thracia cum resp. virum posceret, Gratianus Theodosium, quijam

juvenis praeclara virtutis experimenta dedit, ex Hispania evocat, eumque reprensus fortiter barbaris illustre nomen adeptum conlegam adsciscit ineunte anno 379 permissio illi Oriente et Illyrici parte. Deinceps barbaros, qui examen instar imperium invalere, qua comitate, qua armis ad obsequium revocat. Audita Gratiani morte, qui anno 383 in bello contra Mag. Maximum caesus est, filium Arcadium Augustum appellat, et Orienti praeficit, ipsum

deinde Maximum, qui non contentus Britannia, Gallia, Hispania, et permissio sibi Augusti nomine Valentinianum II. Italia ejecerat, bello petit, saepiusque victum, et captum Aquileiae mori jubet anno 388. Audito, Valentinianum II. ab Arbogaste caesum, et Eugenium Occidentem sibi subjecisse, filiorum alterum Honorium Augustum dicit anno 393, et Eugenium apud Aquileiam adortus difficili Marte vincit, et interimit, non multo post Mediolani exstinguitur ineunte anno 395, princeps propter omnes imperatorias artes in clarissimis numerandus, qui imperio R. praefuere.

Vxor I. *Alia Flaccilla*, ex qua nati successores Arcadius et Honorius.

Vxor II. *Galla* Valentiniani I. et Iulianae filia, ex qua nata Placidia Valentiniani III. mater.

Numi:

D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. constanter.

Caput diadematum cum margaritis.

Numos, in quorum antica est protomen adversa galeata hastata clypeata, esse potius Theodosii II., in hujus numis observabimus.

Partes aversae.

CONCORDIA. AVGG. AVGGG. AVGGGG. *subjecta plerumque nota arithmetica A, B, Γ, Δ etc., typis ex praecedentium moneta cognitis.* In omni metallo et forma.

GLORIA. ORVIS. (sic) TERRARVM. *Imp. paludatus stans d. labarum, f. globum crucigerum*, AV. AR. (Band.)

Nova epigraphe, prono ejus sensu. Verisimilius tamen numi hi sunt Theodosii II., ut in hoc dicetur.

GLORIA. REIPVBLICAE. AV. (Tannini.)

Et hic forte est Theodosii II.

GLORIA. ROMANORVM. *variis typis.* AR. m. m. (Mus. Caes.) AE. II. III. (obvii.)

REPARATIO. REIPVB. AE. II. III. (obvii.)

SALVS. REIPVBICAE. *variis typis.* AR. AE. III. IV. (Band. Mus. Caes.)

Qui numi sic inscripti in antica habent protomen adversam hastatam clypeatam, puto esse Theodosii II.

TRIVMFATOR - - - ARB. *Imperator paludatus stans d. labarum, f. globum, pro pedibus captivus genuflexus manibus revinctis.* AR. m. m.

Docentibus numis similibus Valentiniani I. et Valentis explenda epigraphe: TRIVMFATOR. GENT. BARB.

VICTORIA. AVG. AVGG. AVGGG. *subjecta plerumque nota arithmetica, ut supra.* — VICTORIA. AVGVSTORVM. *typis variis.* In omni metallo.

VIRTVS. AVGVSTORVM. AE. m. m. et III. (Band.)

VIRTVS. EXERCITVS. AR. m. m. (Mus. Caes.)

X x

AEL. FLACILLA.

VIRT. EXERC. ROM. *Imperator paludatus stans d. captivum capite prehensum rapit, f. tropaeum humero tenet, in imo* CONOB. AV. (Tanini.)

VIRTVS. ROMANORVM. AR. AE. III. (Mus. Caef.)

VOT. V. MVLTV. X. AR. AE. III. IV. (Band. Mus. Caef.) — VOT. X. MVLTV. XV. AR. (Tanini.) VOT. X. MVLTV. XX. AR. AE. IV. (Band. Mus. Caef.) — VOT. XV. MVLTV. XX. AR. (Tanini.)

Perperam Bandurius huic Theodosio tribuit aureum ex Mediobarbo citatum cum epigraphe: VOT. XX. MVLTV. XXX., cum ipse infra pag. 558 ex Ducangio moneat, Theodosium M. vicenalia non attigisse. Restituendus numus

Theodosio II.

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AR. AE. III. (Mus. Caef. Banduri.)

VRBS. ROMA. FELIX. *Figura paludata stans d. labarum, f. Victoriolam, pro pedibus clypeus.* AE. III. (Mus. Caef.)

Sine epigraphe. *Tropaeum.* Quin. AV. (Mus. Caef.)

Quod supra conquesti sumus, Valentiniani I. et II. numos non posse certa ratione dignosci, idem in Theodosii I. et II. moneta experimur. Vide haec dubia laxius explicata infra in Theodosio II.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

AELIA FLACCILLA.

Ipsa quoque Hispana, Arcadii et Honorii mater. Post multa praeclarae virtutis documenta mortua anno 388 Galae locum fecit.

Numi:

AEL. FLACCILLA. AVG.

Partes aversas.

SALVS. REIPVBLICAES. *Victoria sedens clypeo inscribit monogramma XP., in imo: CONOB. AV. (Band.)*

Novam hanc in numis scribendi rationem putat Bandurius. Verum additum S aliud non est, quam nota arith-

metica senarium indicans, cujus copiosa jam dedimus exempla.

SALVS. REIPVBLICAE. *Idem typus.*
AR. AE. II. III. (Banduri.)

SALVS. REIPVBLICAE. *Flaccilla stans*

utraq. manu ad pectus admota. AE. II. III. (Band.)

Monogramma Christi intra coronam Q.
AV. (Muf. Caef.) modo vere antiquus fit.

PRETIVM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

MAGNVS MAXIMVS.

Natione Hispanus, sub Theodosio comite Theodosii M. patre stipendia in Britannia meruit, serius, anno 383, purpuram ibidem arripuit, an sponte, an coactus, incertum. Transgressus in Gallias magnum ex Gratiani transfugis exercitum conflavit, hocque facile oppresso, et interfecto Britanniam, Gallias, Hispaniam pacate tenuit, a Theodosio quoque M., et Valentiniano II. una cum Augusto titulo sibi ex foedere permissas. Non contentus tanta fortuna cum Valentiniano II. Italia exegisset, bello a Theodosio M. petitus primum Sisciae, dein Petovione, denique Aquileae victus captusque perfidiam morte luit anno 388, quod tyrannidis quinquennium Pacatus *lustrale iustitium* appellavit. ^{a)}

Filium habuit *Fl. Victorem*, suis quoque numis celebratum.

Numi:

D. N. MAG. MAXIMVS. P. F. AVG.

vel: P. AVG. vel: PP. AVG.

Caput diadematum cum margaritis.

Partes aversae:

CONCORDIA. AVGGG. *Mulier sedens, ut in praecedentibus.* AV. (Band.)

Trium tum imperantium concordia in hoc numo notatur.

FELICITAS. PVBLICA. *Figura stans d. Victoriolam, a qua coronatur, s. labarum.* AE. incerti mod. (Band.)

REPARATIO. REIPVB. AE. II. III. (Band.)

RESTITVTOR. REIPVBLICAF. *Imp. paludatus stans d. labarum, s. Victoriolam.* AV. AR. (Muf. Caef.)

SPES. ROMANORVM. *Castrorum porta.* AR. (Tanini.) AE. III. IV. (Band. Muf. Caef.)

VICTORIA. AVGG. *Duo impp. sedentes d. globum una sustinent, pone Victoria*

a) Paneg. Theodof. M. cap. 24.

volans. AV. (Mus. Caef.) In aliis: *Imp. um Augustum non agnovit.*
paludatus stans d. Victoriolam, s. labarum. VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victo-*
 In aliis: *Victoria stans.* AE. II. III. *ria gradiens.* Quin. (Mus. Caef.)
 (Band.)

Mirum, in his numis nunquam Au- VIRTVS. * ROMANORVM. AV.
 gustus duobus plures sive inscriptione, (Band.) AR. Quin. (Mus. Caef.)
 sive typo exprimi. Forte signati sunt,
 ex quo bellum cum conlegis coepit, et VOT. V. — VOT. V. MVLT. X.
 ipse praeter se, et filium Victorem ali- AE. III. et IV. (Band. Mus. Caef.)

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

FL. VICTOR.

Mag. Maximi filius, puer adhuc Au- Constantinus M. in numis dictus est
 gustus a patre dicitur, audita patris Bono Rei Publicae NATus. Taninius ad
 caede ab Arbogaste, uno e Theodosii hunc suum numum recitat inscriptionem
 M. ducibus, e medio tollitur anno 388. Sigonii:

Numi:

D. N. FL. VICTOR. P. F. AVG.
 Caput diadematum cum margaritis.

DD. NN. MAG. CL. MAXIMO. ET.
 FL. VICTORI. PIIS. FELICIBVS.
 SEMPER. AVGVSTIS.
 BONO. R. P. NATIS.

Partes averse:

BONO. REIPVBLICE. (sic) NATI.
 Duae figurae paludatae sedentes, quarum,
 quae a dexteris est, altior; altera ut pue-
 ri, una globum tenent, superne Victoria.
 AV. (Band.) AR. (Tanini.)

Numi hi, utut mendaces, tam inscrip-
 tione, quam raritate illustres sunt. Iam

Sed eandem ex eodem Sigonio aliter
 recitat Reinesius. *) Similis epigraphe
 est etiam in numis Gratae Honoriae
 Valentiniani III. sororis.

SPES. ROMANORVM. *Castra praeto-*
ria. AR. (Band.) AE. IV. (Mus. Caef.)

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victo-*
ria thoraci insidens una cum adstante puella.

a) Inscript. ant. Claff. III. n. 63.

nudo alato clypeum tenet, cui inscribit:

VOT. V. MVLT. X. EST AV. In alio: VIRTVS. ROMANORVM. AR. (Mus. Victoria gradiens. AR. (Vterque musei Caesf.) Caesf.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei III.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

EVGENIVS.

Arbogastes comes Valentiniani II. parricida, cum ipse propter sordidos natales aspirare ad imperium non posset, Eugenium artem nuper rhetoricam professum ut susciperet, persuasit anno 392. Ei sese continuo omnes Occidentis provinciae dempta Africa applicuere. Adversus tyrannum profectus Theodosius incertam primum belli aleam in pugna prope Ravennam expertus est, redintegrato postridie praelio, cum secum militaret aer, qui solito commotior pulvere hostes opplevit, et quod miraculi instar habitum, emissa tela in auctores retorfit, Eugenium vicit a suis continuo caesum anno 394.

Numi:

D. N. EVGENIVS. P. F. AVG.

Caput barbatum diadematum cum margaritis.

Partes averfae:

GLORIA. ROMANORVM. Roma et

Constantinopolis cultu solito sedentes, in area hinc T, illinc R, in imo COM. AV. max. mod. (Mus. cl. abb. Bottari Clodienfis.) In alio: Imperator stans d. labarum. AR. max. mod. (Band.)

SALVS. REIPUBLICAE. AE. (Band.)

VICTORIA. AVGG. Duo imp. sedentes media pone Victoria. AV. (Band.)

Iure quaerit Bandurius, quis in hoc numo sit imperatorum alter. Verisimile est, esse Theodosium, quem sibi fore indulgentem speraverit, ut nuper fuerat Mag. Maximo.

VICTORIA. AVGVSTORVM. Victoria gradiens. AV. (Mus. Caesf.)

VIRTVS. ROMANORVM. Roma sedens. AR. (Mus. Caesf.) In aliis: Victoria gradiens. AE. III. (Band.)

VRBS. ROMA. Roma sedens. AR. (Band.)

Narrat Theodoritus, *) Eugenium Herculis tutela fretum ejus imaginem praegeſtari in acie juſſiſſe, ſed quam ſuperſtitionem numi non comprobant.

*) Hiſt. eccl. L. V. c. 24.

ARCADIUS.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei III. vel IV.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

ARCADIUS.

Patre Theodosio M., matre Ael. Flaccilla natus circa annum 377 sexennis Augustus dicitur ineunte anno 383, accepitque regendum Orientem anno 394. Patre initio anni sequentis vita functo Orientem sibi retinuit, Occidentis provinciis fratri Honorio permisis. Non magis corpore, quam animo aeger et imbecillis otiosus ipse domi se continuit imperii cura hominibus turpissimis, Rufino primum, dein Eutropio eunuchō tradita. Illo invitante Gothi universam Graeciam vastaverant Lacedaemonem usque progressi. Non melius ab aliis barbaris cum Oriente actum. Inter has collabentis imperii ruinas diem ipse obivit anno 408, aetatis XXXI.

Vxor *Eudocia*, ex qua nati *Theodosius II.*, et *Pulcheria*, subinde Marciano Aug. nupta.

Numi:

D. N. ARCADIUS. P. F. AVG. epigraphe constans, sed

D. N. ARCADIUS. P. F. AVGVSTVS. in AE II. (Mus. Caes.)

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa galeata d. hastam super humero, s. clypeum, in quo sculptus eques, vel crux. In multis de-

missa ex alto dextera imperatorem coronat.

Partes averse:

CONCORDIA. AVGG. AVGGG. AVGGGG. *subjectis saepe notis Graecis arithmeticiis. Mulier galeata sedens d. hastam, s. Victoriolam, s. pede prorae navis insistit. In aliis eadem pro Victoriola tenet clypeum, cui inscriptum: VOT. V. MVLT. X. AV. AE. III. (Band. Mus. Caes.) Crux in medio numi. AE. III. (Band.)*

Multum se torquet Bandurius, sed, ut ipse fatetur, nullo operae pretio, ut eruat, qui in multiplicatis his G Augusti sint intelligendi.

GLORIA. EXERCITVS. AE. III. (Band.)

GLORIA. ROMANORVM. *Imperator nimbatu stans in curru 6 equorum adversus vehitur d. elata, s. globum, in area monogramma XP. in imo CO OB. AV. M. M. (Mus. reg. Gall.)*

Numi hujus mole sua conspicui iconismum dedit Bandurius p. 527.

GLORIA. ROMANORVM. *variis typis jam cognitis. AR. AE. II. III. (Band.)*

*
NOVA. SPES. REIPUBLICAE. *Victoria spoliis insidens clypeo inscribit XX. XXX., in area astrum, infra CONOB. AV. (Band. Mus. de France Vindobonae nunc musei Hunter.)*

Miratur Bandurius, quo pacto Arcadius eo adhuc tempore, quo vota XX. jam solvit, dici potuerit *nova spes rei publicae*. Varias ergo conjecturas adfert, quarum cruces libenter permitto iis, qui luxati hujus aevi numis artem criticam applicant.

*
SALVS. REIPUBLICAE. AE. III. IV. (Band. Mus. Caef.)

*
TRIVMFATOR (*sic*) GENT. BARB. *Imperator paludatus stans d. labarum, s. globum, juxta captivus supplex, infra AE. Est AR. m. m. (Mus. Caef.)*

*
VICTORIA. AVGG. AVGGG. AVGGGG. *subjectis notis Graecis arithmeticis, typi varii pro ejus aevi genio. AV. (Band. Mus. Caef.)*

VICTORIA. AVGG. AVGGG. AR. AE. II. III. (Band.)

VICTORIA. AVGVSTORVM. AV. (Mus. Caef.)

*
VIRTVS. AVGG. *Imperator paludatus stans in triremi d. globum cum phoenice, s. labarum, Victoria ad clavum adfidente. AE. III. (Tanini.)*

VIRTVS. EXERCITVS. *Imp. paludatus stans d. hastam, s. clypeum humi at-*

tinet. AR. m. m. (Mus. Caef.)

VIRTVS. EXERCITI. AE. II. III. (Band.)

VIRTVS. ROMANORVM. AR. AE. III. (Band.)

*
VOTA. ROMANORVM. *Imperator paludatus stans d. labarum, s. clypeum, humi captivus sedens. AE. I. (Tanini.)*

*
VOT. V. *intra coronam. AE. IV. (Mus. Caef.)* VOT. V. MVLT. X. AR. (Mus. Caef.) AE. IV. (Tanini.) VOT. X. MVLT. XV. AR. (Band.) VOT. X. MVLT. XX. AR. AE. III. (Band.) VOT. XX. MVLT. XXX. AE. III. (Band.) Etiam in aureo supra descripto legitur XX. XXX.

*
VRBS. ROMA. *Roma sedens. AR. (Mus. Caef.)*

VRBS. ROMA. FELIX. *variis typis. AE. III. (Band.)*

*
Narrat de Arcadio S. Prosper libro de promiss. et praedict. P. III. c. 34. *ne traderet ad se confugientes Armenos, bellum cum Persis confecit. Eo signo, antequam potitus victoria jam coeuntibus praelium militibus aeriae cruces in vestibus paruere. Unde etiam victor auream monetam cum eodem signo crucis fieri praecepit, quae in usu totius orbis, et maxime Asiae hodieque persistit. Aureos hos numos, indicatos a S. Prospero, aut quisquis est auctor ejus operis, hactenus videre non licuit.*

PRETIUM.

Aurei -	C.
Aurei max. mod. -	RRRR.
Argentei -	C.
Argentei max. mod. -	RR.
Aenei max. moduli -	RRR.
Aenei II. et III. formae -	C.

AEL. EVDOCIA.

Arcadii uxor, natione barbara, nam fuit filia comitis Bautonis Franci, sed militia clari, et ad consulatum evecti. Moribus genus suum non inficiata ferociam quandam praetulit, tum et animum subdolum, quo effecit, ut maritum plane in potestate haberet, gravissimorum in imperio ipsa malorum causa. Arcadio juncta anno 395, vivere desiit anno 404, paullo postea, quam D. Ioannem Chrysostomum sede pontificia, et ipsa urbe eiecisset, unde piorum animos penitus a se avertit.

Numi:

Queritur Bandurius, ^{a)} antiquarios praecedentes inique distribuiffe numos, qui sive EVDOCIA, sive EVDOXIA inscribuntur, sancitque hanc legem: si quis numus reperiatur cum iis temporum notis, quae in alterutram Augustam tantum conveniant, huic adscribuntor numi omnes, qui idem nomen praeferunt, qui diversum, alteri. Atqui Eudoxiae existant numi, in quibus Theodosii jun. im-

perii anni, et consulatus consignati sunt, ideoque ad ejus conjugem pertinent. Igitur Theodosii jun. conjux fuit Eudoxia, Eudocia Arcadii. Haec viri praestantis sententia ut sui parte haud dubie certa est, sic eam altera parte fallere non vane suspicor. Certa est pars prior, quae docet, numos muliebres, qui Theodosii jun. annos et consulatus inscripsere, ad ejusdem Theodosii uxorem pertinere, at non perinde certa pars altera, cum inde consequi arguit, numos inscriptos Eudocia esse uxoris Arcadii, inscriptos Eudoxia esse uxoris Theodosii II. Etenim ex aliis causis probabimus, numos aliquos, in quibus legitur Eudocia, sine dubio tribuendos uxori Theodosii II. Constat, neque istud ipse diffitetur Bandurius, scriptores in utriusque Augustae nomine scribendo variasse, ergo quae Eudocia, eadem etiam a monetariis Eudoxia scribi poterat, praecipue cum utrumque vocabulum ab eadem radice ducatur, et utrumque honorificam habeat significationem, et satis adfinem. Qui utrique tribuendi videantur numi,

a) Pag. 536.

dicemus continuo, tum et in numis Eudoxiae, Theodosii II.

AEL. EVDŌCIA. AVG. *Caput cultu solito.*

Numos sic inscriptos Bandurius Arcadii conjugii tribuit, ut modo dictum.

Sine epigraphe. Crux intra lauream. AV. AR. (Band.)

Similes numi sic erunt hujus Eudociae, ut tamen, si modo *Eudocia*, et *Eudoxia* perinde putamus, etiam esse possint Eudoxiae Theodosii. Sane gemina averfa est in numis inscriptis EVDŌXIA. Accedit, numum similem anepigraphum typo crucis intra lauream non repertum fuisse Bandurio ante Valentinianum I., sed et hunc ipsum ajo Valentiniano III. restituendum, quia in hujus numis certis hic typus est obvisus, et fatente ipso Bandurio discrimen inter trium Valentinianorum numos non semper liquidum est. Cum igitur hic

typus ante Theodosium II. et Valentinianum III. in moneta non compareat, argui potest, numos similes non esse Eudociae Arcadii, cujus aevo is in usu nondum fuit, sed Eudoxiae Theodosii, quae cum Valentiniano III. posthac diutius vixit.

Bandurius huic Eudociae largitur aureos, in quorum averfa: VOT. XX. MVLT. XXX., sed quos esse Eudoxiae Theodosii, in hujus numis probare conabimur.

Haec si recte observo, de quo iudicabunt eruditi, Eudocia Theodosii certos suos habet numos, at minus certos haec nostra Arcadii. Forte huic tutius applicari possunt numi inscripti: GLORIA. ROMANORVM, vel: SALVS. REIPVBLICAE, quos Eudoxiae alteri tribuit Bandurius. Sed vide, quae praeterea in hac notabimus.

HONORIVS.

Patrem habuit Theodosium M., matrem Ael. Flaccillam natus anno 384. Decennis a patre dictus Augustus, hoc anno 395 mortuo sub Stilichonis tutela Occidenti praefuit. Principio satis prospera usus fortuna Gildonem in Africa rebellem, alios alibi compescuit. Stilicho Alaricum Gothorum, Radagaisum Hunnorum reges occupata jam media Italia elatos clarissimis victoriis representavit quidem, verum jam tum potiundi imperii consilia agitans, Alaricum in Italiam, alios barbaros in Galliam in-

vitat, sed a militibus cum filio Eucherio Ravennae occiditur. At Alaricus nemine obsistente Romam obsidet, captamque anno 410 diripit, paullo post in Africam trajicere parans in Lucania moritur. Successor Ataulphus relicta Italia in Galliam conversus, ubi Galliam Placidiam fratri Honorio abductam sibi matrimonio junxerat, inde in Hispaniam, Barcinone e medio tollitur. Inter has in Italia turbas Alamanni vicinam Alpibus Germaniam, Franci Pharamundo duce Galliam Belgicam oc-

cupant, et Alani cum Vandalis a maris Balthici litore profecti, Galliasque emensi Hispaniam incursant, Burgundiones vicinam superiori Rheno Galliam per vim retinent. Tot malis undique prementibus Constantium bellica laude praestantem Augustum Honorius appellat anno 421, cum jam antea adfinitatem cum eo junxisset data in uxorem forore Placidia Ataulphi vidua, ipse anno 423 morbo exstinguitur nullo ex binis uxoribus relicto herede, princeps ignavus et vecors, cui, si verum dixit Procopius, *) salus Gallinae suae, quam *Romam* vocare solebat, salute urbis Romae esse potior visa fuit.

Numi:

D. N. HONORIVS. P. F. AVG. epigraphe confians.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa galeata d. hastam, f. clypeum, in quo eques, in aliis crux.

Caput galeatum barbatur. Est in aureis cum epigraphe VICTORIA. AVGGG. apud Bandurium, et in museo Caesareo, et Pembrock. (P. I. tab. 27.) Nihil ad singularem hanc barbae peristasin observat Bandurius. An fuit tempus, quo barbam aluit more veterum causa gravium calamitatum, quae imperium concussere, praecipue capta urbe aeterna, eamque posuit hac recepta?

Partes aversae:

CONCORDIA. AVGG. AVGGG. sub-

jectis notis Graecis arithmeticiis. AV. AE. III. obvii.

*
GLORIA. ROMANORVM. *Imperator stans in curru sex equorum etc. ut in simili Arcadii.* AV. m. m. (Band.)

Alii eodem modo inscripti obviis typis. AR. AE. II. III.

*
D. N. HONORIVS. P. F. AVG.

Caput diadematum.

IVSSV. RICHIARI. REGES. (*sic*) *scriptum extra coronam, intra quam B†R, in imo romus oleae.* AR.

Singularis hic numus vulgatus exstat in Catalogo musei d'Ennery pag. 393. Addit ejus auctor, repertum esse apud Tolosates, ubi regnabat Theodoricus Gothorum rex, qui auctore Ferreras circa 449 filiam suam collocavit Rechiaro filio Rechilae, Suevorum regi. Tanninius, qui eundem numum restituit, addit tantum: *Richiarius Suevorum rex in monumentum pacis hunc singularem numum percutere jussit.* Vberius examen haud dubie promeritum est illustre istud cimelium, neque tam perfunctorie adserere decuit, signatum fuisse a Rechiaro Theodorici genero. Hic testibus Idacio et Ilidori chronico regnum Suevorum in Hispania adivit anno 447, at Honorius, cui numus inscribitur, fato functus jam est anno 423. Necesse ergo est, numum hunc pertinere ad aliquem Suevorum regem ejusdem nominis, qui imperante Honorio inter suos, aut eorum partem regnum obtinuerit, cuique e re visum fuerit, hunc Augustum palam observare. Eodem modo serius vide-

a) Bell. Vand. L. I. c. 2.

bimus, Gothicos Italiae reges imperatorum Orientis capita monetæ suæ inseruisse. Sed hæc amplius inquirent ii, qui evolvendæ barbaræ hujus ævi historiae dant operam.

REPARATIO. REIPVB. AE. I. (Tanini.)

SALVS. REIPVBLICAE. AR. (Tanini.) AE. III.

TRIVMFATOR. GENT. BARB. *Imperator paludatus stans d. labarum, f. globum, juxta captivus.* AR. m. m. (Mus. Caef.)

VICTORIA. AVGG. AVGGG. *additis saepe notis Graecis arithmeticiis, vel plene: AVGVSTORVM. Typi variis.* AV. AR. Obvii.

VIRTVS. EXERCITI. *vel* EXERCITVS. AE. III. (Band.)

VIRTVS. ROMANORVM. AV. AR. (Mus. Caef.)

VOTA. PVBLICA. *Duo imp. nimbati sedentes d. volumen, f. globum.* AV. (Tanini.)

VOT. V. MVL. X. AR. (Mus. Caef.)

VOT. X. MVL. XX. AR. (ibid.)

VOT. XXX. MVL. XXXX. *inscriptum clypeo, quem duae mulieres galeatae thoraci insidentes tenent, in earum medio palmae ramus, in area hinc R, illinc V, in imo: COMOB.* AV. (Mus. Caef.) In alio: *Imperator sedens d. elata volumen, f. sceptrum cum aquila.* AV. (Pembrock.)

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AR. (Mus. Caef.) VRBS. ROMA. FELIX. *Imp. stans d. labarum, f. Victoriolam.* AE. III. (ibid.)

Addi possunt ad numos Honorii.

D. N. HONORIVS. P. AVG.

Caput laureatum.

ASINA. *Asina pullum lactans.* AE. III.

Taninins cum insolentem hunc musei sui numum explicat, satyricum statuit, cufumque in Christianorum contemptum ab idololatriis, quia Honorius veterem deorum cultum severis legibus repressit. Constare vero ex copiosis testimoniis, infimulos olim fuisse Iudaeos aequae ac Christianos, capiti asinino divinos ab se honores haberi. Lubens in eruditi viri sententiam irem, si numus caput asini, non asinum totum exhiberet. Asini caput Iudaeis objecit Apion, quem refutat Fl. Iosephus. ^{a)} De capite tantum loquitur Tertulianus, ^{b)} Damocritus apud Suidam, ^{c)} Minucius Felix, ^{d)} qui idem infra apertius rem explicat, cum ait: ^{e)} *Inde est, quod audire te dicis, caput asini rem nobis esse divinam. Quis tam stultus, ut hoc tolrat? quis stultior, ut hoc coli credat? nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra Epona consecratis etc.* quo is loco manifeste partem toti opponit. Minus ergo apte asina tota, et quod amplius est, una cum pullo fuisset proposita, si placuisset Christianorum sacris insultare. Apertius satyram eloqueretur numus alter, quem cl. vir ad confirmandum iudicium suum

a) contra Apion. L. II, § 7.
c) ibid. c. 28.

b) Apolog. cap. 16.

e) in Δαμοκριτος.

d) in Octav.

advocat: ALEXANDER. *Caput leonis exuviis tectum.* X D. N. IHS. XPS. DEI. FILIVS. *Afina capite erecto pullum lactans.* Existimat eques Victorius, qui numum edidit, in antica proponi Alexandrum Severum, qui teste Lampridio Christum coluit. Typum averfae ad idem culti a Christianis afini crimen vocat. At quo is nobis pacto in numi hujus parte antica certum Alexandrum Severum praestabit? Desunt omnes tituli Augustei, ad haec nullus exstat hujus imperatoris numus, qui caput daret leonis pelle tectum. At vero multos habemus Contorniatos cum eadem plane antica, in qua Alexandri M. Macedonis caput omnes agnoscimus. Atqui ut certum est, magnam Contorniatorum partem Honorio imperante fuisse signatam, sic dubium non videtur, Victorianum hunc numum ejusdem, aut vicinae esse aetatis, eundemque objicere Macedoniae regem, et perinde ac Contorniatos in pseudomoneta esse putandum, cuicumque deinde usui servierit. Averfae explicationem iisdem, quibus supra Tatinianum, argumentis possum impugnare. At, inquires, ipsa Christi nomina juxta leguntur exarata. Verum an pro-

pterea certum, hunc typum convicii in Christianos causa fuisse repertum? Cur non potius symbolicum putamus, et ab ipsis Christianis lectum, quos suam in Christum fidem variis symbolis et adlationibus expressisse constat? Ejus exemplum unicum ut commemorem, saepe Christum piscis imagine adumbravere, cur istud? quia literae, vocabulum IX-ΘΥΣ, *piscis*, constituentes, commode resolvi possunt in Ἰησους Χριστός Θεοῦ Υἱός Σωτήρ, *Iesus Christus dei filius servator*. Ergo et afinae lactantis typo aliquid poterant significare notum sibi, nobis ignotum. Sed nimium diu in unico numo adhaereo, quem nulla auctoritas publica tuetur, sed facile quisquis in pseudomonetae gregem ablegabit. Buonarrotus veteris vitri fragmentum edidit, in quo fictus exstat afinus currrens scripto juxta ASINVS, ^{a)} ex quo iterum apparet, varias fuisse proponendi ejus animalis causas.

De pondere ^{*}Honorii inscripto EXAGIVM. SOLIDI, similibusque aliis vide, quae dicemus in tractatu de numis inferioris aevi.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Aurei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
De numo insigni cum variis ornamentis parergis egimus Vol.										
I. in Prolegomenis cap. XII. § 13.										
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et III.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

a) Framm. di vasi di vetro tab. IX.

CONSTANTIVS III. Patricius.

Eum Honorius virtutis causa anno 411 exercitibus praefecit, cujus et fide et fortuna Constantinus tyrannus Arelate captus, Ataulphus Gothorum rex Italia exactus est. Hujus deinde anno 415 caesi viduam Placidiam Honorii sororem uxorem duxit anno 417, et cum propter merita, tum adfinitatem Augustus dicitur anno 421, sed septimo postea mense vivendi finem fecit.

Vxor *Placidia*, ut dictum. Ex hac nati *Placidius Valentinianus*, et *Iusta Grata Honoria*, de quibus infra.

Numi:

D. N. CONSTANTIVS. P. F.
AVG. *Caput diadematum cum margaritis.*

VICTORIA. AVGGG. *Imperator paludatus flans d. labarum, f. Victoriolam, f.*

pede captivum supinum calcat, in area RV., infra COMOB. AV. (Mus. Caes.)

Eadem adversa.

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victoria gradiens d. lauream, f. globum crucigerum, in area RV., in imo CON. Quin. AV. (Mus. Caes.)*

Hujus Augusti numi Bandurio fuere ignoti. Telle Beauvais tres tantum hactenus sunt cogniti, prior musei Caesarei, alter regis Galliarum, tertius in museo d'Ennery. Nunc quantum possidet Taninius. Vide, quae de his numis praeclara dictavit Bimardus.^{a)} Ad ditum quinarium AV. hujus item esse Constantii, non tam probat concordia lineamentorum, quam quod similis Victoriae typus, tum et literae R. V. non nisi sub Honorio invalere Constantii II. aevo ignotae. Hunc quinarium alibi editum non reperi.

PRETIUM.

Aurei tantum cogniti, iique - - - - - RRR.

GALLA PLACIDIA.

Theodosii M. et Gallae filia. Roma ab Alarico capta velut obses detenta, subinde ejus successori Ataulpho nuplit Narbone anno 414. Marito caeso a Vallia fratri Honorio restituta, et Constantio patricio collocata, ut mox in

hoc diximus. Hoc mortuo Constanti- nopolin profecia anno 423 privatam ibi vitam duxit. Honorio vita functo cum Iohannes imperium Occidentis usurparet, idque inique ferret Theodosius II., hic Placidiam cum Valentiniano

a) ad Iobert. T. II. pag. 383.

III. filio in Occidentem milit, qui sub matris tutela imperio praeesset anno 424. Vitam produxit usque ad annum 450.

Numi:

D. N. GALLA. PLACIDIA. P. F. AVG. epigraphe constans. In aureo uno musei Caesarei abest D. N. Nunc primum feminae Augustae dici *Piae Felices* incipiunt, usu inde a Domna Severi intermisso.

Caput cultu solito, cui in nonnullis manus ex alto coronam imponit.

Partes averse.

SALVS. REIPUBLICAE. *Laurea, intra quam monogramma* XP. AV. (Mus. Caes.) In aliis: *Victoria sedens clypeo inscribit* XP. AV. (Band.) In aliis: *Victoria spoliis insidens lauream tenet, intra quam* XP. AV. AR. (Band.) In alio: *Placidia sedens in throno junctis in sinu*

manibus globum tenet. AV. cum lato orbe ornato, de quo vide Vol. I. Prolegomena cap. XII. § 13. In alio: *Crux in laurea.* AE. IV. (Tanini.) Memorandus denique: IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Mulier galeata sedens etc.* ut in numis Theodosii II., quos vide.

VICTORIA. AVGGG. *Imperator paludatus stans etc.* AV. Numus RRRR. (Band.)

VOT. XX. MVLT. XXX. *Victoria stans d. crucem oblongam.* AV. (Mus. Caes.) AE. II. (Tanini.)

Intelligenda sunt haud dubie vota filii Valentiniani III., at mirum, eadem non legi in hujus numis, etsi in his habeantur et vota praecedentia, et sequentia.

Crux, vel XP. *intra lauream.* AV. AR. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei II. et IV.	.	-	-	-	-	-	-	RRRR.

CONSTANTINVS III. tyrannus.

Arrepta anno 407 in Britannia purpura, occupata etiam Gallia Arelate sedem fixit, post etiam Hispaniam sibi subjecit. Iam potentiori, quam ut deici posset, Honorius imperium confirmat. Denique et Italiam meditans, cum paucis provinciae ab eo desciscerent, a

Constantio Honorii duce ad deditionem coactus et interfectus est anno 411. Filium habuit Constantem, quem item Augustum dixit.

Numi:

Hujus tyranni numi a non paucis hac-

tenus cum numis Constantini M., aut ejus filii cognominis mixti sunt. Tamen facile discrimen dictant fabrica, cultus, typi, inscriptionum modi, quae omnia si hujus aevi monetam sapiant, ne dubita, numum huic Constantino tribuere. Idem dicemus ad numos Constantis ejus filii.

D. N. CONSTANTINVS. P. F. AVG.
FL. CL. CONSTANTINVS. AVG.
(Bandurius in aureo.)

Partes averse:

VICTORIA. AVG. *Imp. paludatus flans d. labarum, f. globum cum Victoriola f. pede captivum calcat, in imo* TROAS. *vel* TROBS. AV. AR. (Band.)

Numum similem Constantino M. tribuit Ducangius jure istud impugnante Bandurio.

VICTORIA. AVGGG. *Idem typus.* AV. (Band.) AE. III. (Band. Pembrook, sed Bandurius suum juxta aureos fufum conjicit. Tamen et cl. Beauvais unum ex museo suo citat.)

VICTORIA. AAVGGG. *vel*:

AAAVGGGG. *Idem typus.* AV. AR. (Mus. Caes.)

Similem Ducangius Constantino II. juniore tribuit. (Fam. Byz. tab. IX.)

VICTORIA. AAAAVGGGG. *Mulier galeata sedens d. Victoriolam, f. hastam.* AR.

Numum hunc Begerus ad Constantinum II. refert, ^{a)} idem fecit Bandurius, ^{b)} sed monuit, scribendi rationem magis congruere aetati Constantini tyranni. Sin istud, verisimile etiam, argenteum inscriptum VICTORIA. AVGGGG. cum eodem typo mulieris sedentis, quem Bandurius post Ducangium Constantino M. tribuit, ^{c)} esse Constantini nostri. Constantini M. et filiorum aetate elementum G ter, quaterve multiplicatum in usu nondum fuit. In similibus dubiis magister optimus fabrica, alique modi, quos memoravi. Vide et sequentem Constantem.

VICTORI. AAAVGGG. *Victoria gradiens d. lauream, f. globum, in area* AR., *in imo* CONOB. Quin. AV. (Mus. Com. Vitzai.)

Simili modo inscribitur etiam averfa filii Constantis.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
AE	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

CONSTANS II. tyrannus.

Praecedentis Constantini filius antea monasticam professus vitam a patre Au-

a) Thef. Brand. T. II. p. 811.
(Vol. VIII.)

b) Pag. 333.

c) Pag. 254.

gustus dicitur, sed a Gerontio victus
Viennae interficitur anno 411.

Numi:

D. N. CONSTANS. P. F. AVG. *Caput diadematum cum margaritis.* X VI-
CTORI. AAVGGG. *Mulier sedens d.*
Victoriolam, f. hastam, in imo: CON.

Quin. (Pellerin Mel. I. pag. 194. Mus. Caes.)

Propter causas, quas in patre dedi-
mus, numi hi huic Constanti vindican-
tur, primum hanc legem ferente Pelle-
rinio. ^{a)} Nequaquam ergo dubito, simi-
lem argenteum, quem Bandurius Con-
stanti I. tribuit, ^{b)} huc quoque perti-
nere.

PRETIUM.

Argentei tantum, iique - - - - - RRR.

MAXIMVS tyrannus.

Invitatus a Gerontio adversus Con-
stantinum et Constantem purpuram in
Hispania sumpsit anno 409, sed eam
postea victo Gerontio exuit. Ejus dein-
ceps fatum varie a scriptoribus proditur.

Numus:

D. N. MAXIMVS. P. F. AVG.

*Caput barbatum diadematum cum
margaritis.*

VICTORIA. AAVGGG. *Mulier sedens d.*
Victoriolam, f. hastam. AR. (Pellerin,
Mus. Caes.)

Eadem adversa.

VICTORIA. ROMANOR. *Idem typus.*
AR. (Bandur. p. 578 in iconismo.)

Numum priorem edidit Pellerinius,
et causas prolixè exposuit, cur eum
non Mag. Maximo, qui sub Gratiano

tyrannus fuit, sed huic tribuat. ^{c)} Eas,
etsi graves iustasque repetere non atti-
net, quia omnes numi hujus peristases
satis evincunt, eum uni huic sub Hono-
rio tyranno esse tribuendum. Eundem
numum reperi in museo Caesareo, et
descripti inter numos Petronii Maxi-
mi, ^{d)} partim quia tum ad Pellerinii
dictata animum non reflexi, partim quia
inconsultius Bandurii judicium sum se-
cutus, numum fere similem monetae
Petronii inferentis. ^{e)} At jam tum mo-
nui, meum numum partim causa bar-
bae, quam Petronius non aluit, partim,
quia aversae typus vix Petronii aevo
competit, verisimilius ad alium quem-
piam Maximum pertinere. Iam ergo
nunc dubitari nequit, omnes hos numos
esse ejus Maximi tyranni, quem nobis
praeclare indicavit Pellerinius.

^{a)} l. c.
^{c)} l. c.

^{b)} Pag. 354.

^{d)} Supplem. IV. pag. 15.

^{e)} Catalog. Part. II. p. 526.

PRETIVM.

Argentei tantum, iique RRR.

IOVINVS.

Moguntiae imperium invasit anno 411, magnamque Galliae partem in verba sua adegit, verum collisus cum Ataulpho Gotho, quod Sebastianum Augustum appellaverat, rupta pace ab hoc Valentiae captus et mori iussus est anno 413.

Numi:

D. N. IOVINVS. P. F. AVG.
Caput diadematum cum margaritis.

VICTORIA.* AVG. * vel AVGG. vel AVGGG. *Mulier galeata sedens d. Victoriolam, f. hastam.* AV. AR. (Band. Mus. Caes.) AE. III. (Pellerin Mel. I. p. 217 Tanini.)

Partes averse:

RESTITVTOR. REIP. *Imperator pa-* VOT. V. MVLTV. X. *intra coronam.*
AV. AR. (Band.)

PRETIVM.

Aurei et argentei RR.
Aenei, nisi argenti pellicula obducti fuere, quod suspicatur
Pellerinius RRRR.

SEBASTIANVS.

Iovini fratris beneficio dictus Augustus anno 412 paullo post ab Ataulpho Gothorum rege interfectus est.

Numi:

D. N. SEBASTIANVS. P. F. AVG.

Caput diadematum cum margaritis.
VICTORIA. AVGG. *Mulier galeata sedens d. globum cum Victoriola, f. hastam, in imo:* CON, vel KONT. AR. (Band.)

PRISCVS ATTALVS.

PRETIUM.

Argentei tantum - - - - - RRR.

PRISCVS. ATTALVS.

Natus in Ionia ad maxima Romae munia est evectus, demique anno 409 ab Alarico Gothorum rege, quo tempore hic Romam obsidione cinxit, imperator est appellatus. Verum cum altiores, quam pro praesente fortuna, spiritus gereret, anno vertente ab eodem Alarico dejectus est. Cum deinde resumpto per vices in Italia, Gallia, Hispania imperio histrionem Augustum ageret, anno demum 416 a Vallia Gotho Romanis traditur, ab Honorio in triumpho ductus amputata dextera in insulam Liparam relegatur.

Numi:

PRISCVS. ATTALVS. P. F. AVG.
IMP. PRISCVS. etc. (Band.)

Caput diadematum cum margaritis.

Partes averfae.

GLORIA. ROMANORVM. AE. III.
(Band.)

INVICTA. ROMA. AETERNA. *Roma sedens d. Victoriolam, f. hastam, in imo CONOB vel COMOB.* AV. AR. (Band.)

RESTITVTIO. REIP. *Imperator paludatus flans d. labarum, f. mulierem subleuat, in imo* CONOB. AV. (Band.)

VICTORIA. ROMANORVM. *Victoria gradiens, in imo* PST. AR. m. m. (Mus. Caes.) Quin. AR. (Tanini.) AE. III. (Band. Tanini.)

VOT. V. MVLT. X. *in corona.* AR. (Mus. d'Ennery.)

PRETIUM.

In omni metallo - - - - - RRR.
Argentei max. mod. - - - - - RRRR.

THEODOSIVS II.

Arcadii et Eudociae filius natus anno 401, data sibi anno proximo ineunte purpura, mortuo subinde anno 408 Arcadio Orientem regendum suscepit. De Vararane Persa nobilem victoriam retu-

lit, et annorum C. inducias pepigit. Mortuo anno 423 Honorio Valentinianum III. consobrinum Occidenti praefecit. Ad bella etiam sacra paratus cum episcopis Christi naturam litem tum mo-

ventibus Nestorio et Eutychete sedulo examinavit. Codicem de se dictum Theodosianum publici juris fecit. Mortuus est anno 450.

Vxor *Eudoxia*, de qua infra, unde Licin. Eudoxia Valentiniani III. uxor.

Numi:

Saepe diximus in moneta Theodosii M., utriusque Theodosii numos distinguere vix posse. Quare et jam Bandurius professus est; malle se in iis collocandis aliorum, quam suum iudicium sequi. ^{a)} Agnovit etiam istud Ducangius, ac denique, sed timide, conjicit, numos, in quorum antica est protome adversa galeata cum hasta et clypeo, esse junioris; eos, in quibus Augustus figura lusca exprimitur, seniori ascriptis. ^{b)} Priorem hujus sententiae partem valde esse verisimilem, ipse existimo; nam in multis certis Theodosii II. numis observavi similem protomen, nunquam vero in certis Theodosii M. Nolim tamen propterea numos omnes, qui simplex Augusti caput offerunt, seniori tribuere, quia eundem hunc cultum praeferunt nonnulli certi Theodosii II. numi. Vide infra numos inscriptos VICTORIA. AVGG., et postremos typo crucis.

D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. epigraphe constans, nisi cum eam certa monetariorum peccata mutarunt.

Protome adversa galeata d. hastam super humero, s. clypeum, cui insculptus eques.

Caput diadematum cum margaritis.

CONCORDIA. AVGG. ^{*} ^{*} *vel* AVGGG. *additis notis Graecis arithmeticeis. Mulier galeata sedens d. hastam, s. Victoriolam, d. pede prorae navis insistit* AV. AR. AE. III. (Band.)

GLORIA. ORBIS. TERRAE. *Imperator paludatus stans d. labarum, s. globum crucigerum, in area astrum, in imo* TESOB. AV. (Band.)

GLOR. ORVIS. *(sic)* TERRAR. *Reliqua ut in praecedente.* AV. (Mus. Caes.)

Dubitatur Bandurius, utrum in suo, quem ex Ducangio cepit, vere legatur TERRAE, pro TERRAR. Alteram hanc lectionem disertam habet numus musei Caesarei. Dubitat deinde, utrius is Theodosii sit, nam similem alium jam in moneta Theodosii M. enarravit. Ego verius omnes sic inscriptos esse Theodosii II. conjicio, primum quia in antica est protome cum hasta et clypeo, deinde quia idem argumentum est etiam in moneta successoris Marciani, ut adeo haec adversa imperante hoc Theodosio orta fuisse videatur.

GLORIA. REIPUBLICAE. *Duae mulieres galeatae sedentes d. hastam, s. clypeum, in quo* VOT. V. *(forte XV.)* MVL. XX. AV. (Tanini.)

Similem Taninius jam Theodosio M. largitus est, non addita discriminis causa. Malim utrumque Theodosio nostro tribuere ob similem protomes typum.

GLORIA. ROMANORVM. AE. II. III.

a) Pag. 558.

b) Dissert. de num. inf. aevi § 70.

Id genus numos auctores nostri passim in utrumque Theodosium conferunt, quin aliquam variantis sui iudicii rationem dictarent. Forte omnes hi numi sunt unius Theodosii M.

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P.
Mulier galeata sedens d. globum crucigerum, f. hastam, juxta clypeus, f. pede prorae navis insistit. AV. (Mus. Caes.)

Scriptum in numo Farnesiano IMP. XXXII. in dubium jure vocat Bandurius. Eorum quatuor variae matricis sunt in museo Caesareo, et in singulis idem numerus XXXXII. Numerus hic, quod hactenus insolitum, haud dubie annum imperii Theodosii indicat. Ergo cum is anno 402 dictus fuerit Augustus, annus XXXXII. coepit anno Christi 443, fuitque tum cos. XVII. testibus fastis, anno sequente consulatum XVIII. initurus. Cur solum hunc annum tam canore in aurea hac moneta signaverit, non inquiri, quia opinor perperam. Illud mirum, eandem aversam exstare etiam in numis uxoris Eudoxiae, sororis Pulcheriae, Gallae Placidiae Valentiniiani III., et Leonis I., ad quos tamen neque hic annus, neque consulatus pertinuit.

REPARATIO. REIPVB. AE. II.

Hos quoque numos antiquarii promiscue utrique Theodosio largiuntur. Malim omnes permittere Theodosio M.

SALVS. REIPVB. *subjecta nota Graeca arithmetica. Duo impp. sedentes nimbati d. volumen, f. crucem.* AV. (Mus. Caes.)

Eadem inscriptio est etiam in numis

Theodosii M. Nostri esse existimo eos, qui in antica habent protomen hastatam clypeatam.

SECVRITAS. REIPVB. *Imperator aduersus sedens capite nimbato d. volumen, f. sceptrum crucigerum.* AV. (Taurini.)

TR. P. XXXVII. COS. XVII. P. P.
Figura sedens d. globum cum cruce, in imo CONOB. AV. (Band. ex Mediob.)

TR. P. XXXXII. COS. XVIII. P. P.
Figura militaris d. labarum, f. globum. AV. (Band. ex Mediob.)

Vt supra numi aetatem annis imperii expressam vidimus, sic in his more prisco numeris tribuniciae potestatis. Ergo cum Theodosius imperium auspicatus fuerit anno 402, trib. potestas XXXVII. cadit in annum 439, quo ipso anno processit consul XVII. Trib. potestas XXXXII. cadit in annum 444, quo ipso anno adivit consulatum XVIII. Videtur imperator solius vetustatis amore ductus veterem titulorum in moneta signandorum modum revocasse. Ceterum mirari subit, Bandurium numos moris hoc aevo tam insolentis ex unius Mediobarbi oraculo recitare, quin alibi a se conspectos, potuisset adfirmare, neque et mihi contigit similem aut videre, aut in adcuratis catalogis, qui subinde vulgati sunt, descriptum legere.

VICTORIA. AVGG. *Victoria thoraci insidens clypeo inscribit +XXXV., in aera astrum, et monogramma XP., in imo CONOB.* AV. (Mus. Caes.)

Rari hujus numi duplex exemplum

habet museum Caesareum. Horum unum jam edidit Frölichius, ^{a)} et Khellius, ^{b)} sed uterque perperam legit X. XXXV., cum prima nota non sit X, sed luculenta crux votorum numero pietatis ergo praefixa. Bandurius numum cum simili typo ex museo Brandenburgico recitat cum praetensa epigraphe X. XXX. Iure de hac dubitat vir eruditus, quia a decennialibus ad tricennalia saltus non fuit, etsi non unicum istud foret in his votorum numis perversi saltus exemplum. Ergo in hoc haud dubie quoque legendum: † XXX. Numi hi certe sunt Theodosii II. propter votorum numerum, ut jam dictum, et monebimus proxime, quin tamen in parte antica sit protome hastata clypeata.

VICTORIA. AVGGG. *vel* AVGVSTORVM *typis obviis*. AV. AE. III., sed qui perinde esse possunt Theodosii I.

VIRT. EXERC. ROM. *Imperator paludatus parvam figuram crinibus prehensam raptat, f. tropaeum super humero, in area astrum, in imo* CONOB. AV. (Pellerin Mel. I. p. 170., Mus. de France.)

Idem numus est etiam in museo Caesareo, sed cum epigraphe: VIRT. EXERC. ROME. nullo monetarii vitio, nam E adjectum nota arithmetica est, ut alias saepe vidimus.

VIRTVS. ROMANORVM. AR. (Band) incerto tamen, utrius sit Theodosii.

VOT. XX. MVLTV. XXX. *addita plerumque nota arithmetica. Victoria stans d. oblongam crucem*. AV. (Mus. Caes.)

VOT. XXX. MVLTV. XXXX. *Mulier galeata sedens d. globum crucigerum, f. hastam, f. pede prorae insistit*. AV. (Mus. Caes.)

VOT. XXX. MVLTV. XXXX. *Impp. duo habitu consulari sedentes, qui a sinistris minor, uterque nimbato capite, d. volumen, f. crucem tenent*. AV. (Band.)

In postremo hoc numo proponuntur Theodosius cos. XIII. et Valentinianus III. cos. III.; qui una processere anno 430, quo et Theodosii nostri vota tricennalia soluta fuere. Vide notam Bandurii ad hunc numum pag. 559.

Sunt hi numi certe Theodosii II., quia Magnus vota XX. morte praeventus solvere non potuit. Vota anteriora, etsi ea numi Theodosiani memorent, non adduco, quia incertum est, utrius ii Theodosii sint.

Sine epigraphe. *Crux intra lauream, supra et infra* CONOB. Quin. AV. (Mus. Caes.) In aliis: *Crux vel XP intra lauream*. AE. IV. (Tanini.)

Hi typi intra lauream Theodosii M. aetate nondum videntur in usu fuisse. Quare hos numos juniore tribuendos omnino existimo.

PRETIVM.

Aurei C.

a) Cim. Vindob. p. XXVII.

b) Adpend. ad Vaill. pag. 283.

Argentei, saltem qui ejus certi sint - - - - O.
 Aenei, si incertos demas - - - - RRR.

AEL. EVDOXIA.

Domo Athenienfis, mortuo patre ejecta a fratribus Constantinopolin abit, ubi Pulcheriae oblata adeo se huic partim per formae elegantiam, partim per praeclaras animi dotes, ingeniumque literis excultum commendavit, ut unam dignam crederet, quae fratri Theodosio nuberet. Celebratae nuptiae anno 421, datumque illi nomen Eudoxiae, cum ante Athenais vocaretur. Collisa cum marito Hierosolymas abiit, ibique marito superstes mortua est. Scripsit poetica, quae recenset Photius Cod. 183. 184.

Numi:

Dixi supra in numis Ael. Eudociae Arcadii uxoris, fluctuasse antiquariorum judicia in collocandis numis, qui vel AEL. EVDOCIA, vel AEL. EVDOXIA inscribuntur, sanxisse vero Bandurium, numos cum nomine EVDOCIA, esse uxoris Arcadii, alios cum nomine EVDOXIA, esse alterius, in qua sumus. Iam tum hanc sententiam leviter perstrinxi, dilato severiore examine in praefens tempus, quo hujus Eudoxiae numos enarramus, qui hanc controversiam maxime illustrant.

AEL. EVDOXIA. AVG. *Hujus caput.*

GLORIA. ROMANORVM. *Augusta sedens sinistra ad pectus composita, d. Vi-*

ctoriolam. AR. In aliis: Eadem sedens manibus ad pectus compositis; manus ex alto coronam ejus capiti imminentem tenet. AE. III. (Band.)

Vtri Eudoxiae tribuendi sint hi numi, non satis apparet.

AEL. EVDOXIA. AVG.

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Victoria sedens d. globum crucigerum, s. scipionem, in imo CONOB. AV. (Band. ex Mediobarbo.)*

Eadem epigraphe est etiam in numis mariti, quos vide. Quare dubium non est, hunc numum hujus esse Eudoxiae. Verum quod contendit Bandurius, ex ipso hoc numo probari, uxorem Arcadii dictam fuisse Eudociam, quia certa haec Theodosii uxor in moneta dicitur Eudoxia, numosque adeo, secundum varia haec nomina distribuendos, in hoc virum praeclarum falli, ex sequentibus patebit. Ceterum mirum videtur, singularem hunc numum hactenus ab alio, praeterquam Mediobarbo, non fuisse conspectum.

AEL. EVDOXIA. AVG. *Hujus caput imminente corona.*

SALVS. REIPUBLICAE. *Victoria spolis insidens monogramma XP. clypeo inscribit. AV. AR. AE. III. (Band. Mus. Caes.)*

Hi quoque numi utri competant, non satis per se eloquantur.

AEL. * EVDOCIA. AVG. *Hujus caput.*

VOT. XX. MVLT. XXX. *Victoria flans d. crucem oblongam, in area astrum, in imo* CONOB. AV. (Band. Mus. de France.)

AEL. EVDOCIA. AVG. *Hujus caput.*

VOT. XXX. MVLT. XXXX. B. *Victoria flans crucem tenet, cui imminet astrum, infra* CONOB. AV. (Mus. excell. comitissae Bentinck Hamburgi.)

Numum priorem Eudociae Arcadii impertitur Bandurius, quia scribitur EVDOCIA, non EVDOXIA, suae nempe regulae fidelis, ego hunc et sequentem propter certas causas Eudociae vel Eudoxiae Theodosii. Aversa, qualis est in numo priore, in nullo exstat Arcadii numo, at obvia est in numis Theodosii II., ergo ea ab his in monetam uxoris fluxit. Eadem etiam aversa habetur in numis Gallae Placidiae synchronae. Nulla vero conditione vel ipse Bandurius volet numum alterum tribuere Eudociae Arcadii, quia hic Augustus vota XXX. non solvit, sed ad ea aspiravit tantum, obvium autem in numis Theodosii II. est legere VOT.

XXX. MVLT. XXXX. Ergo manifeste fallit Bandurii lex, hujus uxorem tantum fuisse dictam Eudoxiam, non etiam Eudociam.

AEL. * EVDOXIA. AVG. *Hujus caput.*

Sine epigraphe. *Cruz in laurea.* Quin. AV. (Mus. Caes.)

Numos hos alteri huic Eudoxiae adjudicare non dubito, quia hanc aversam obviam novimus in numis Theodosii II., Gallae Placidiae, Valentiniani III., nunquam in moneta Arcadii.

AEL. EVDOCIA. AVG. *Hujus caput.*

Sine epigraphe. *Cruz in laurea.* AV. AR. (Band. Mus. Caes.)

In moneta superioris Eudociae copiose comprobavi, praesentes numos perperam a Bandurio tribui Eudoxiae Arcadii, et adeo, seu EVDOCIA, seu EVDOXIA inscribantur, esse hujus posterioris. Ex quo apparet, utramque Augustam utroque promiscue nomine fuisse appellatam, quod et a scriptoribus factum. Sic et vetus moneta, et libri variant in *Dalmatius* et *Delmatius*, in *Αμείραννα* et *Αμπαρνα* etc.

PRETIUM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei III.	-	-	-	-	-	-	-	RR.

IOHANNES.

Primicerius notariorum, mortuo anno 423 Honorio imperium Ravennae invadit, reliquasque Occidentis provincias in partes trahit dempta Africa, (Vol. VII.) Aa

quam fervavit Bonifacius. Quod indignum ratus Theodosius II. Occidentis mortuo patruo legitimus heres consobrinum Valentinianum Augustum appellat, et cum matre Placidia in Italiam mittit. Bello post haec exorto Iohannes magis infidiis, quam partis adversae virtute e medio tollitur anno 425.

Numi:

D. N. IOHANNES. P. F. AVG.
Caput diadematum cum margaritis,

Partes aversae.

SALVS. REIPVBLICAE. *Victoria gradiens d. trophaeum super humero, f. captivum trahit.* AE. IV. (Tanini.)

* * *

VICTORIA, AVGG. AVGGG. *Imperator paludatus stans d. labarum, f. Victoriolam, f. pede captivum calcit, in imo CONOB.* AV. (Mus. Caef. Band.) AV. m. m. (Pellerin Mel. I. p. 191.) AR. (Band.)

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victoria thoraci insidens scutum arbori impositum, in quo XP., tenet sublevante illud adstante parva figura.* AV. (Band.) In aliis: *Victoria gradiens.* Quin. AV. (Mus. Caef.) Quin. AR. (Pellerin Mel. I. p. 194.)

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AR. (Band.)

Sine epigraphe. *Cruz in laurea.* AV. (Band.)

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aurei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei IV.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

PLACIDIVS VALENTINIANVS III.

Pater illi Constantius patricius, subinde Augustus, mater Galla Placidia Honorii Aug. soror, ex quibus natus est anno 419. Patre mortuo Constantino-
polin cum matre abiit, ac paullo post ipso Honorio anno 423 vita functo eum Theodosius II. adversus Iohannem Occidentis tyrannum in Italiam misit, ubi caeso non multo post Iohanne purpuram sumpsit anno 425. Principio magnum

imperio malum attulit Bonifacius rector Africae, hactenus fidus, et Iohanni palam inimicus, verum cum comparari adversum se insidias intelligeret, Gensericum Vandalorum regem ex Hispania evocat, qui continuo magnam Africae partem occupat, et Vandalorum in ea regnum constituit usque ad Iustiniani imperium duraturum. Varia deinde bella cum barbarorum eluvie gesta, Ae-

tio ejus aevi clarissimo duce exercitibus praefecto, illustriore ejus gloria expugna in campis Catalaunicis, qua victus Attila Hunnorum rex caesis suorum milibus CCC. Tamen hunc virum, cujus salute stare imperii salus credebatur, cum Valentinianus tanquam imperium adfectaret, caedi jussisset, ipse omnium a se averfis animis Petronii insidiis Romae occiditur anno 455.

Vxor *Licinia Eudoxia* Theodosii II. filia, de qua infra, ex qua natae *Eudocia*, a Petronio collocata filio Palladio, post horum caedem a Genferico in Africam abducta nupsit Hunnerico Genferici F., unde natus Hildericus, et Placidia, futura conjux Anicii Olybrii Aug.

Numi:

D. N. PLA. VALENTINIANVS. P. F. AVG.

D. N. PLACIDIVS. VALENTINIANVS. P. F. AVG. in AV. max. mod.

Qui numi literas PLA. addunt, nimirum ἀρχαῖος vocabuli *Placidius*, esse Valentiniani III., dubitari nequit. At non perinde certum, eos tantum numos hujus esse Valentiniani, qui PLA. praefigunt, quia fieri poterat, ut in numis aliis etiam omitteretur. Sin istud, erunt haud dubie numi ad hunc Augustum pertinentes, quos passim Valentiniano I., vel II. tribuimus. Sed vide infra numum: VOT. XXX. etc. et ultimum.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa galeata d. hastam, f. clypeum.

Protome diademata cum trabea, d. volumen, f. crucem.

Partes averfae:

GLORIA.ROMANORVM. *Figura galeata sedens d. coronam, f. crucem.* AV. (Band.) In aliis: *Victoria gradiens d. crucem oblongam.* AR. (Band.)

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Mulier galeata sedens d. globum crucigerum, f. sceptrum.* AV. (Band.)

Similis averfa est in aureis Theodosii II., cui uni haec epigraphe convenit. Vide ibi dicta. Vltro patet, numum similem a Ducangio perperam cum Valentiniani I. moneta fuisse permixtum.

SALVS. REIPUBLICAE. *Laurea, intra quam* XP. Quin. AV. (Muf. Caef.) AR. (Tanini.)

VICTORIA. AVGG. AVGGG. AVGVSTORVM. *variis typis.* AV. AR. (Band. Muf. Caef.) AE. m. m. (Band. Tanini.) AE. IV. (Tanini.)

VOT. X. MVLT. XX. *Imp. sedens d. volumen, f. crucem.* AV. (Muf. Caef.)

VOT. XXX. MVLT. XXXX. *typis variis.* AV. max. mod. (Band.)

Ex numis sic inscriptis memorandum sequens:

D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. *Protome adversa capite galeato d. hastam super humero, f. clypeum.*

VOT. XXX. MVLT. XXXX. *Roma galeata sedens d. globum crucigerum, f. ha-*

flam, f. pede prorae navis insistit. AV.
(Mus. Com. Vitzai.)

Rarissimum hunc numum Valentiniano III. tribuendum puto, non tam, quod vota tricennalia soluta memorat, in quae utrique praecedenti Valentiniano saltem jus verum non fuit, quam quod is, dempta capitis epigraphe, plane geminus est numis synchronis imperatorum Orientis. Ex quo apparet, Valentinianum III. nomini suo non semper alterum Placidii praefixisse, ut supra innui.

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AR.
(Tanini.)

Sine epigraphe. Crux intra lauream.

AV. AR. (Mus. Caes. Band. Tanini.)

Similem aureum edidit Bandurius, eumque tribuit Valentiniano I., quia in capitis epigraphe literae PLA. omissae sunt. Verum cum hic averlae modus ante Theodosium II. in hujus aevi moneta non compareat, malim eum Valentiniano III. restitui. Sin istud, oportebit statuere, aut epigraphen ex numo, forte non satis integro, non recte esse promulgatam, aut non in omnibus Valentiniani III. humis nomen PLACIDII fuisse praefixum, ut continuo probaveram.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Aurei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod. omisis contorniat	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei II. et III. formae, saltem certi	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei IV. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

LICINIA EVDOXIA.

Theodosii II. et Eudoxiae filia nata anno 423, Valentiniano III. nupta anno 437, et post hujus caedem anno 455 Petronio Maximo, verum certior facta, hunc conjurationis in priorem maritum fuisse participem, vindictae cupida Genserikum ex Africa arcepsit, eumque direpta Roma reducem adlectatur. Exactis in Africa annis VII. Constantino-
polin cum filia Placidia abit. Reliquum ejus fatum non satis exploratum. De utraque ejus filia egimus in marito.

Numi:

LICINIA. EVDOXIA. P. F. AVG. *Protome cum corona radiata crucigera dependentibus utrinque margaritis.*

SALVS. REIPUBLICAE. *Mulier sedens d. globum crucigerum, f. hastam crucigeram, in imo COMOB.* AV. (Band) AE. I. si modo genuinus, addito COMOB. (Tanini.)

Eadem adversa.

VOT. XXX. MVLT. XXXX. *Valentinianus, et Licinia stantes.* AV. (Tanini.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei saltem certi	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

IVSTA GRATA HONORIA.

Filia Constantii III. et Gallae Placidiae nata circa annum 417, quod cum Eugenio procuratore consueverat, ventremque ex eo tulerat, a Valentiniano fratre palatio ejecta Constantinopolin ad Theodosium II. abijt anno 434, Attilamque clam ad inferendum Occidenti bellum excitat. Iam Attilae matrimonio jugenda fuerat, cum hic sanguinis vomitu exstinguitur.

Numi :

D. N. IVST. GRAT. HONORIA.

P. F. AVG. *Hujus caput, quod imminens ex alto manus coronat.*BONO. REIPUBLICAE. *Victoria stans d. crucem oblongam, in imo* COMOB. AV. (Mus. Caes. Com. Vitzai.)

Ergo quae imperii fuit vomica et exitium, natam se *bono reip.* palam profitetur. Vide similem epigraphen in numo Fl. Victoris, qui fuit filius Mag. Maximi.

SALVS. REIPUBLICAE. *scriptum extra lauream, intra quam* XP. AV. (Band.)

VOT. XX. MVLT. XXX. *Victoria**stans d. crucem.* AV. (Band.)

Sintne vota XX. in hoc numo exarata fratris Valentiniani, an Theodosii II., non satis intelligo. Bandurius, nullo moto hac super re dubio, indicari fraterna Valentiniani adfirmat. Verum in nullo hactenus cognito Valentiniani III. numo inscripta legimus vota XX. soluta, neque in omnibus ejus votorum numis comparet Victoria stans. Est tamen tota haec averfa in moneta Theodosii II., ad quas causas vir cl. non videtur reflexisse animum. Videri ergo posset, intelligenda vicennialia Theodosii, praecipue cum, ut diximus, pulsa a fratre liberale apud hunc hospitium nacta sit. Verum repugnant tempora. Theodosius II. vota XX. solvit anno 420, at tum Honoria nostra vix trima fuit, et in aula patris Honorii, necdum adeo Augusta, et nullo cum Theodosii rebus nexu. Nemo negaverit, validam esse utramque difficultatem, quam expedire non tento conjecturarum veritus inania, quibus tamen unis in his et historiae, et rei monetariae labyrinthis nitendum est, debili sane ad veritatem historicam fulcro, et saepe fallace. Ita Bandurius ad eundem hunc numum ait:

Quid vero si Honoria a fratre Augusta nunquam dicta sit, sed hunc honoris titulum ipsa sibi arrogavit ex Oriente redux? At enim an verisimile, in monetae eam publicae officinas suam potuisse porrigere potestatem? Ad haec in marmore

Ravennate, quod ejus aevi Augustos Augustasque continet, diserte legitur: IVSTA. GRATA. HONORIA. AVG. *) Sine epigraphe. *Crux intra lauream.* AR. (Mus. Caes.)

PRETIUM.

Aurei tantum et argentei, iique - - - - - RRR.

ATTILA.

Feroci huic Hunnorum regi jam inde a Mediobarbo tribui consuevere numuli argentei, in quibus hinc ATEVLA, illinc VLATOS. Satis nunc constat,

esse monetam veterem Gallicam, et utrumque nomen hominum Gallorum, de quo vide, quae diximus Vol. I. in moneta Galliae § *Reguli Gallici.*

PETRONIVS MAXIMVS.

Si Ducangio fides, b) filius fuit Mag. Maximi tyranni, a Theodosio M. dejecti. Valentiniani III. beneficio bis consul et Patricius, sed benefactori iratus causa oblatus uxori suae stupri, eum collocatis insidiis interimit anno 455, et postridie imperium, et ejus viduam Lic. Eudoxiam invadit, quae tamen, comperto, novum maritum insidiarum fuisse conscium, Genfericum in Italiam invitat, quo appropinquante Petronius a furentibus Romanis in frustra discerptus est anno 455 tertio imperii mense.

Numi:

D. N. PETRONIVS. MAXIMVS.

P. F. AVG. *Caput diadematum cum margaritis.*

VICTORIA. AVGGG. *Imperator paludatus stans d. crucem oblongam, f. Victoriolam, d. pede caput draconis calcat.* AV. AR. (Band. Tanini.) In alio: *Victoria sedens d. Victoriolam, f. hastam.* AR. Quin. (Tanini.)

VICTORIA. ROMANOR. AR. (Band.) VIRTVS. AVGVSTI AV. (ibid.)

Numes inscriptos: D. N. MAXIMVS. P. F. AVG. non esse hujus Augusti, sed alterius Maximi tyranni, dixi in hujus numis, quos supra ante monetam Iovini pag. 178 recensui.

a) Gruter pag. 1048. 1.

b) Fam. Byzant. pag. 73.

PRETIUM.

Aurei et argentei - - - - - RRR.
 Aenei - - - - - O.
 Contorniatum, sed ejus adhuc privati, vide in hac numo-
 rum classe.

MARCIANVS.

Natus in Illyrico humili loco, sed propriis bello meritis illustris beneficio Pulcheriae Augustae, quae cum sibi maritum post Theodosii II. mortem delegerat, imperator anno 450 adclamatur. Attilae tributum annuum, quod decessor pendere instituit, continuare impune detrectavit. Administrato probe per annos sex cum semisse imperio moritur anno 457.

Vxor I. *anonyma*, quam privatus duxerat, ex qua nata *Euphemia* Anthemii Aug. uxor, de qua infra.

Vxor II. *Pulcheria*, de qua infra.

Numi:

D. N. MARCIANVS. P. F. AVG.
Protome diademata cum margaritis.

ADVENTVS. S. D. N. AVG. *Imperator nimbatus eques pacificatoris habitu.* AV. m. m. (Pellerin Mel. I. p. 163.)

Adventuum numos pridem antiquatos illustri hoc numo restitutos a Marciano videmus. Exhibet is novum in Augusti titulis modum, nempe: S. D. N. AVG. Pellerinius haec verba sic legit: ADVENTVS. *Secundus Domini Nostri*

AVGusti, et confirmat sententiam numo Perinthiorum Severi: ΕΠΙΔΗΜΙΑ. B. *Adventus II.* Sed istud minus videtur verisimile, et magis existimo, solitari-um istud S constituere partem titulorum Marciani, et quidem legendum *Sacratissimi*. Nomen istud imperatoribus tributum nequaquam noviciū. Iam Frontinus de Trajano dixit: *clara sacratissimi imperatoris nostri expeditio.* a) Hoc autem, in quo sumus, aevo nihil hoc titulo, apud jureconsultos praecipue, magis tritum, cujus adferre exempla supervacaneum puto.

Eadem epigraphe. *Protome galeata adversa d. hastam, s. clypeum, in quo eques.*

FELICITER. NVBTHS. *Marcianus et Pulcheria stantes nimbati dexterarum jungunt, medius adstat Christus cum nimbo crucigero, in imo CONOB.* AV.

Praestantissimum istud cimelium, et hactenus unicum fuit olim Vindobonae in praeclaro museo de France, nunc Londini in museo Hunteriano. Exhibet is Pulcheriae cum Marciano nuptias ejus naturae, quas ne Vestales quidem erubescerent. Nimirum hac lege sibi

a) Script. rei. agr. pag. 276.

PVLCHERIA.

maritum sumpserat, ut castae esse ad mortem usque liceret. FELICITER. NVBTIIS est adclamationis popularis formula in variis laetitiae causis, ac nuptiarum quoque usurpari solita. Est apud Iuvenalem: ^{a)}

Signatae tabulae, dictum FELICITER,

ingens

Coena sedet, gremio jacuit nova nupta mariti.

Similis typus est in numis Corn. Paulae Elagabali, in quibus finguntur Augustus et Augusta manus in fidei conubialis tesseram jungentes, sacerdote in utriusque medio capite velato adfidente. Imaginem hujus numi in Khel-

lii Supplementis ad Vaillantium pag. 291 reperies.

GLORIA. ORVIS. TERRAR. AV. (Band.)

Eandem epigraphen, et typum fere similem vide in numis Theodosii II.

VICTORIA. AVGGG. vel AVGVSTORVM, variis typis. AV. (Mus. Caef. Band.)

Sine epigraphe. *Cruz in corona.* Quin. AV. (Band.)

Sine epigraphe. *Monogramma in corona.* Quin. AR. (Pellerin Mel. I. p. 218.) AÆ. IV. (Mus. Caef. Tanini.)

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aurei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei IV.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

PVLCHERIA.

Nata parentibus Arcadio et Eudoxia anno 399 fratris Theodosii animum ad virtutem solerter instituit, meliorum eo imperante consiliorum, ut fertur, ipsa auctor. Fratre anno 450 mortuo Marcianum virum strenuum simul Augustum, simul maritum, sed salva virginitate, creat. Vide Marcianum, ejusque numos. Moritur anno 453 in sanctarum numerum relata.

Numi:

AEL. PVLCHERIA. AVG.

Caput diadematum cum margaritis. In nonnullis ab imminente superne manu coronatur.

Partes aversas.

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. etc.

a) Sat. II. v. 119.

AV. (Mus. cels. princ. Waldeck.)
Aversam suam cum sorore communi-
cavit Theodosius II.

SALVS. REIPVBLICAE. *Victoria se-*
dens clypeo inscribit monogramma XP. AV.
(Band.) AE. IV. (Tanini.)

VICTORIA. AVGGG. *Victoria stans*
d. crucem oblongam. AV. (Mus. Caes.)

Aversa capta est ex numis mariti.

VOT. XX. *MVLTV. XXX. *Victoria*
stans d. crucem oblongam, f. stolam colligit.
AV. (Tanini.)

Aversam dedit frater Theodosius II.

Sine epigraphe. *Crux in corona.* Quin.
AV. et AR. (Mus. Caes.)

PRETIUM.

Aurei et argentei - - - - - RRR.

M. MAECIL. AVITVS.

M. Maecilius Avitus Arvernus variis
belli pacisque muneribus cum laude per-
functus audita Petronii caede exercitu et
senatu adprobantibus Arelate purpuram
induit anno 455. In debellandis barba-
ris propitia plerumque fortuna est usus.
Aversos Ricimeris Gothi, et Majoriani
animos cum videret, imperium sponte
abdicat anno 456, et Placentinam ec-
clesiam regendam suscipit.

Numi:

D.N. AVITVS. P.F. AVG. vel PERP.
AVG. vel: PERP. F. AVG. — M.
MAECIL. AVITHVS. (sic) P.F. AVG.
(Band.)

Caput diadematum cum margaritis.

Partes aversae.

VICTORIA. AVGGG. *Imperator pa-*
(Vol. VIII.)

ludatus stans d. crucem oblongam, f. Vi-
ctoriolam globo insistentem, f. pede barba-
rum calcit. AV. (Band.) AR. (Mus. Caes.)
AE. III. (Band.)

Magnopere laborat Bandurius, ut
Aviti aetate tres Augustos colligat sigla
AVGGG indicatos, ne quidem femina
Augusta ad conficiendum hunc nume-
rum tum satis idonea. Mihi verissimi-
us videtur, ea aetate 70 AVGGG ma-
gis ex consuetudine, quam certa causa
fuisse additum, et soleo ridere eorum
anxios conatus, qui in ejus aevi mo-
neta certo omnia consilio scripta et effi-
cta fuisse sibi persuasere.

VRBIS. ROMA. (sic) *Roma sedens.*
AR. (Band.)

Sine epigraphe. *Crux in laurea.* Quin.
AV. (Mus. Caes.)

B b

LEO I.

PRETIUM.

Aurei et argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei III.	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

LEO I.

Thrax, Asparis Alani magistri militum artibus Orientis imperio Marciani morte vacuo praeficitur anno 457. Genfericum Vandalum omnia maria infestantem missa in Africam validissima classe bello petit, sed quam Genferici artes, corrupto, ut fertur, duce Basilisco Verinae Augustae fratre incendio paene atterivere. Magnus etiam a scriptoribus appellatus. Moritur anno 474.

Vxor *Verina*, de qua infra. Inde nata *Ariadna* Zenonis Aug. uxor, unde natus Leo II. junior Augustus. Alteris deinde nuptiis haec *Ariadna* *Anastasio* Aug. uxor exstitit.

Numi:

D. N. LEO. PERPET. AVG.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa d. hastam, f. clypeum, vel d. volumen, f. sceptrum crucigerum.

Partes aversae:

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Mulier galeata sedens*, ut in numis Theodosii II., ad quem hanc aversam pertinere, palam est. AV. (Mus. olim de France.)

VICTORIA. AVGG. AVGGG. AVGVSTORVM. *variis typis*. AV. AE. IV. (Mus. Caes.)

VIRTVS. AVGVSTI. *Imperator paludatus stans d. crucem, f. labarum*. AV. (Mus. Caes.)

D. N. LEO. P. F. AVG. *Caput diadematum*.

Leo animal jacens, infra CON. AE. IV. (Pellerin Mel. I. p. 218. Tanini.)

Horum numerorum typi ad nomen imperatoris adludunt.

Sine epigraphe. *Crux in laurea*. AV. (Banduri.)

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei IV.	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

AEL. VERINA.

Leonis I. uxor. Mortuo marito multarum ipsa turbarum causa. Moritur anno 484. De prolibus egimus in Leone.

VICTORIA. AVGGG. *addita nota arithmetica Graeca. Victoria stans d. crucem oblongam.* AV. (Mus. Caes. Tanini.)

Numi:

AEL. VERINA. AVG. *Ejus caput, quod ab imminente supra manu coronatur.*

Eadem epigraphe. Hujus caput. Sine epigraphe. *Crux in laurea.* AV. (Band.)

PRETIVM.

Aurei tantum - - - - - RRR.

IVL. MAIORIANVS.

Avito Ricimeris ope imperio dejecto ipse purpuram anno 457 Ravennae sumit. Bello a Theodorico Visigotho, et Burgundionibus petitus fortiter tamen resistit, non aequè felix in expeditione adversus Genfericum suscepta. Denique Ricimeris insidiis e medio tollitur anno 461. Vir belli pacisque artibus, tum et justitiae laude summus, sed cui, ut dignum quid praestare posset, alius populus optandus fuit.

um, in quo XP.

Partes averse:

VICTORIA. AVGGG. *variis typis.* AV. AR. (Mus. Caes. Band.) AE. IV. (Band. Tanini.)

VIRT. EXERC. ROM. *Imperator paludatus d. captivum trahit, f. tropaeum super humero.* AV. (Tanini.)

Numi:

D. N. IVL. vel IVLIVS. MAIORIANVS. P. F. AVG.

D. N. MAIORIANVS. P. F. AVG. Caput diadematum cum margaritis. Protome galeata d. hastam, f. clypeum.

VOTIS. MVLTIS. *Impp. duo sedentes d. volumen, f. crucem.* AV. (Band.) In aliis: *Miles stans d. hastam, f. clypeum.* AR. (Band.)

Sine epigraphe. *Crux in laurea.* AV. (Mus. Caes.)

LIB. SEVERVS.

PRETIUM.

Aurei	R.
Argentei	RR.
Aenei IV.	RR.

LIBIVS SEVERVS III.

Natione Lucanus Ricimeris opera imperator constituitur anno 461. Sub hoc nihil amplius Galliae Romanis reliquere barbari. Vivere defuit anno 465. In lamina aerea legitur:~*)

Partes averfas:

SALVIS DD NN
LEONE ET LIBIO
SEVERO PP AVGG
CELIVS ACONIV
PROBIANVS PRAE
PRAET FECIT

SALVS. REIPVBLICAE *scriptum extra coronam, intus* XP. AV. (Band.)

VICTORIA. AVGGG. vel AVGV-STORVM *typis solitis.* AV. AR. (Muf. Caef. Band.)

VRBS. ROMA. *Roma sedens.* AR. (Tanini.)

D. N. LIB. vel LIBIVS. SEVERVS.
P. F. AVG.

Sine epigrapha. *Crux, vel* XP. *in laurea.* AV. AR. (Muf. Caef. Band. Tanini.) AE. IV. (Tanini.)

Caput diadematum cum margaritis.

PRETIUM.

Aurei	R.
Argentei	RRR.
Aenei	RRRR.

PROCOP. ANTHEMIVS.

Nobili prosapia, et propriis per Orientem meritis illustris Euphemiam Marciani Aug. filiam uxorem duxit. Cum

post Lib. Severi mortem senatus R., et Ricimer rei summam administrarent, atque interim Italiam lacerarent Van-

a) Muf. Veron. pag. 254.

dali, Romani imperatorem sibi a Leone I. petiere, a quo missus Anthemius imperium adivit anno 467. Ortis inter ipsum ac Ricimerem simultatibus Romae occiditur anno 472.

Vxor *Euphemia*, de qua infra.

Numi:

D. N. ANTHEMIVS. P. F. AVG. vel PP. AVG. vel PERPET. AVG.

D. N. PROC. ANTHEMIVS. P. F. AVG. (Band. Tanini.)

Addit Bandurius epigraphen aliam ex Mediobarbo: D. N. ANTHEMIVS. VC., id est: *Vir Clarissimus*, ex quo suspicatur, numum cufum fuisse, quando destinatus quidem in Oriente fuit imperator, at nondum Romae acclamatus. Taninius in simulum uno legit PERPET. VIC., in alio PERPET. N. C. quae explicat, PERPETuus VICTor, et PERPETuus Nobilis Caesar. At vero omnes has explicationes irritas existimo. Omnes hi numi sunt quinarii aurei, et ty-

po crucis intra lauream, et est horum similis in museo Caesareo, in quo distincte legitur: PERPET. VC., quod potius pro contracto, sed monetarii ruditate luxato AVG. habendum videtur. Sed confer etiam numos Zenonis infra pag. 200.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa galeata cum hasta et clypeo, in quo eques.

Partes averfae:

SALVS. REIPVBLICAE. *Duae figurae militares stantes globum crucigerum una tenent, in imo COMOB, sed pro hoc in tribus musci Caesarei CORNOB. AV. AR. AE. (Mus. Caes. Band.) In aliis: praeterea pendens in aere laurea, intra quam PAX. Est AV. In aliis: Duae figurae paludatae tenentes clypeum, in quo PAX. Est AV. (Band.)*

Sipe epigraphae. *Crux vel XP. in laurea. AV. AR. (Mus. Caes.)*

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei, dubium, an vere existant.										Vide Bandurium.

AEL. MARC. EUPHEMIA.

Marciani Aug. et matris anonymae filia Anthemio Aug. denupta. Ejus reliqua vita incognita.

Numi:

D. N. AEL. MARC. EVFEMI.

AE. PP. AVG. *Caput diadematum cum margaritis.*

VICTORIA. AVGGG. *Victoria stans d. oblongam crucem, in imo CORMOB. AV. (Ducange, Band.)*

Bandurius hos numos sub Euphemia Iustini I. uxore recenset, dubitat tamen,

EVPHEMIA. OLYBRIVS.

an non potius in illos jus sit Euphemiae Anthemii. Audentior Taninius neglecta Ducangii et Bandurii auctoritate eos Euphemiae nostrae vindicat. Iure istud. Nam *Aeliae* nomen passim hac aetate hujus aevi feminis tributum fuit, et *Marciana* jure dicta fuit haec Euphemia,

quia Marciani filia, nulla vero apparet causa, cur eodem nomine uteretur Euphemia Iustini. Denique sententiam confirmat scriptum CORMOB pro CONOB., quod tantum in Anthemii numis hactenus observavi.

PRETIUM.

Aurei tantum cogniti, iique - - - - - RRR.

ANICIUS OLYBRIVS.

Vir illustris prosapiae, et maritus Placidiae, Valentiniani III. et Lic. Eudoxiae filiae. Mortuo Anthemio imperator acclamatur anno 472, sed post tres menses morbo interit.

vel: Protome adversa.

Partes aversae:

Numi:

D. N. ANIC. vel ANICIUS. OLYBRIVS. P. F. AVG.

Caput diadematum cum margaritis,

SALVS. MVNDI. *Cruce in numi medio.* AV. (Band.)

VIRTVS. ROMANORVM. *Roma sedens.* AV. (Tanini.)

Sine epigraphe. *Cruce in corona.* AV. (Band.)

PRETIUM.

Aurei tantum, iique - - - - - RRR.

GLYCERIVS.

Imperium arripit anno 473, anno sequente deturbatur, episcopatu Salona deinceps contentus.

Caput diadematum cum margaritis.

Partes aversae:

Numi:

D. N. GLYCERIVS. P. F. AVG.

VICTORIA. AVG. vel AVGG. vel AVGGG. *typis variis.* AV. AR. (Band. Tanini.)

GLYCERIVS. LEO II.

199

Sine epigraphæ. *Cruz in laurea.* Quin. AV. (Mus. Caes. Band.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

LEO II.

Zenonis subinde Augusti et Ariadnae *nimbati sedentes, minor is, qui a dexte-* filius avum maternum habuit Leonem, *ris.* AV. (Band.)
I., qui nepotem imperatorem designa-
vit anno 473, et anno sequente e vi-
vis ereptus Augustum reliquit. Patrem
Zenonem conlegam adscivit, ipse eodem
anno 474 post X. mensium imperium
mortuus est annos natus XVII.

Numi :

D. N. LEO. ET. ZENO. PP. AVG.
Caput diadematum cum margaritis.
Protome adversa galeata d. hastam,
f. clypeum, in quo eques.

Partes aversas:

SALVS. REIPVBLICAE. *Impp. duo*

VICTORIA. AVGGG. vel AVGV.
STORVM. *Typis variis.* AV. (Band.)

Non exstant numi hujus Leonis sine
addita Zenonis patris mentione, aut si
exstant, non dignoscuntur a numis
Leonis avi.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei et aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

ZENO.

Natione Isaurus, ducta Ariadna Leo-
nis I. et Verinae filia domui Augustae
adfinis. Mortuo anno 474. Leone I.
hujus ex Ariadna filia nepos Leo II.
imperium auspicatus patrem Zenonem
sibi sociavit, sed paullo post extinctus
patrem sine conlega imperatorem reli-
quit. Gravem aemulum expertus est

Basiliscum, qui Augusti nomen invasit, quem aegre victum captumque ad mortem adegit. Variis deinde aliis bellis civilibus turbatum habuit imperium. Fertur haereticis fuisse addictus, tum et crudelis, et in victu intemperans, et denique ex crapula sui impos vivus sepulchro inlatus anno 491.

Vxor *Ariadna* Leonis I. filia, ut dictum. Mortuo marito nupsit successori Anastasio.

Numi:

D. N. ZENO. PERP. AVG., vel PERP. F. AVG.

D. N. ZENO. PERP. NC. Vide, quae de hac epigraphe mox notabimus.

IMP. ZENO. FEL. PERP. in AE. II.

IMP. ZENO. SEMPER. AVG. in AE. I. et II.

D. N. ZENO. SEMPER. AVG.

D. N. ZENO. ET. LEO. NOV. CAE. vel CAES. Singularis haec epigraphe est in insigni aureo cum averfa VICTORIA. AVG., quem Bandurius narrat repertum fuisse Tornaci in tumulo Childerici regis, ^{a)} et in alio AE. I. formae cum averfa INVICTA. ROMA apud Taninium. Fuere, qui NOV. CAES. legerent NOVus CAESar, at verisimilius est, scriptum NOV. pro NOB., et legendum: *Nobilissimus Caesar*, quemadmodum in huius aevi numis legitur ORVIS. TERRAR. pro ORBIS. At mirarer vehementer, quid sit, cur Zeno et Leo dicantur Nobilissimi Caesares, qui Augusti certe fuere, tum et Zenonem praeponi in his numis Leoni, qui poste-

rior haud dubie primus Augustus fuit, ut in huius numis diximus, mirarer inquam, nisi constaret, de titulorum hac aetate confusione. Vidimus paullo supra, in huius Zenonis numis legi epigraphen D. N. ZENO. PERP. N. C. Ait Bandurius, ^{b)} eam male lectam, et, quod N videbatur, esse contractum AV. Verum in aureo integerrimo musei Caesarei est manifestum NC. Ad haec si Zeno et Leo simul sumpti potuerit dici Nobilissimi Caesares, nescio, cur non et Zeno solus.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa galeata d. hastam, s. clypeum, in quo eques.

Partes averfae:

D. N. ZENO. ET. LEO. NOV. CAES. Caput Zenonis barbatus diadematum cum margaritis, in imo III.

INVICTA. ROMA. *Victoria gradiens d. coronam, s. tropaeum super humero, in area S. C. in imo XL. AE. I. (Tanini.) AE. II. sed cum alia anticae epigraphe. (Band. Mus. Caes.)*

De inscriptione partis adversae egi paullo supra. Mirum, post tot annos iterum in aeneos revocari notam S. C.

VICTORIA. * AVGG. vel AVGGG. vel AVGVSTORVM. *variis typis, inter quos memorandus: Victoria spoliis insidens clypeo inscribit XXXX. AV. (Band.)*

Vota XXXX. in numo Zenonis, qui annos tantum XVII. imperando exegit, magnas Bandurio molestias dedere. Cre-

a) Pag. 600. in nota.

b) Pag. 602.

dam, in hac perversitate omnem critices moram esse certam temporis jacturam. Similis est in moneta Basilisci, et Anastasii.

Sine epigraphe. ^{*} ^{*}
Cruz in laurea.

Quin. AV. AR. (Band.) In aliis: *Victoria gradiens*. Quin. (Mus. Caes.) In aliis: *Miles stans d. hastam, s. cornucopiae, pede d. prorae navis insistit, in area* RV. Quin. (Mus. Caes.) In aliis: *Aquila expansis alis*. Quin. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei I. et II.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

LEONTIVS I.

Patricius, instigante Illo Orientis praefide adversus Zenonem Tarfi Ciliciae Augustus appellatur circa annum 482, subinde victus captusque Constantinopoli obtruncatus anno 488.

Numi:

D. N. LEONTIVS. PERP. AVG.
Protome adversa galeata d. hastam super humero, s. clypeum, in quo monogr. XP.

VICTORIA. AVG. CONO. *Victoria stans d. crucem oblongam, in imo CONOB.* Est AV., ut videtur. (Ducange.)

D. N. LEOTIO. PERPS. AVG.
Protome adversa galeata d. hastam super humero, s. clypeum, in quo eques.

VICTORIA. AVGG. *Victoria stans d. crucem oblongam, in imo ANT.* AV. (Ducange.)

D. N. LEONTIVS. P. F. AVG.
Idem typus.

VICTORIA. AVGG. *Victoria adversa* (Vol. VIII.)

stans d. crucem in monogramma Chrifti exiens, s. globum crucigerum, in imo CO- NOB. AV. (Mus. Caes.)

D. N. LEONTIVS. PERPET.
AVG. *Protome adversa galeata d. hastam super humero, s. clypeum.*

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Roma sedens d. hastam, s. porrecta globum crucigerum.* Est AV., ut videtur. (Ducange.)

Omnes hos numos Ducangius Leontio illi largitus est, qui Iustinianum II. Rhinotmetum imperio dejecit. Verum adcuratus Bandurius monendum lectorem duxit, idem in iis artificium, eosdem typos, easdem inscriptiones, quae in Leonis et Zenonis numis occurrunt, adverti, nec illius temporis numis magis similes eos esse, quam diversos a ceteris hujus aetatis. Quamobrem si revera Leontii numi dicendi sint, nec ullum in iis falsarii artificium deprehendatur, ei Leontio adscribendos videri, qui sub Zenone in Oriente rebellavit, et IV. ferme annos aequo Marte bel-

IVL. NEPOS.

lum cum eo gefsit. Haec praeclare Bandurius. *) Idem cum viro erudito ferre iudicium me jubet numus Leontii, qui est in museo Caesareo, in quo video omnia cum Bandurii sententia plane conspirare. Addo, non leve adferre pondus numum ex descriptis alterum,

in cujus segmento legitur ANT. Vocabulum illud si, ut dubium non videtur, significat, eum Antiochiae fuisse perculsum, Leontio alteri plane adversatur, cujus aetate principibus Orientis in Syriam pridem a Saracenis occupatam jus amplius non fuit.

PRETIUM.

Aurei - - - - - RRR.
Ex alio metallo non observati.

IVL. NEPOS.

Deturbato Glycerio imperium adit anno 474, quo vertente ipse quoque dejectus ab Oreste magistro militum, et in Dalmatia occisus est.

Numi:

D. N. IVL. vel IVLIVS. AVG. vel: P. F. AVG., vel: PERP. P. F. AVG.

Caput diadematum cum margaritis.
Protome adversa galeata d. hastam, f. clypeum, in quo eques.

Partes aversae:

SALVS. REIP. *extra lauream, intra quam monogramma XP.* AV. (Tanini.)
In alio: *Victoria gradiens d. tropaeum,*

f. captivum trahit. AE. III. (Tanini.)

VICTORIA* AVGGG* *Victoria stans d. crucem oblongam.* AV. (Mus. Caes.)

VOT. V. MVLT. XX* *intra lauream.* AR. (Band.) Forte melius: VOT. V. MVLT. X., ut est apud Taninium. AR.

VRBS. ROMA* *Roma sedens.* AV. (Band.) AR. (Tanini.)

Sine epigraphe. *Cruz*, vel XP. intra lauream.* AV. (Mus. Caes. Band.) In aliis: *Miles stans d. hastam, f. cornucopiae, pede d. prorae navis insistit, in area* RV. (Mus. Caes.)

PRETIUM.

Aurei - - - - - RR.
Argentei - - - - - RRR.
Aenei - - - - - RRRR.

a) Pag. 697.

ROMVLVS.

Eum pater Orestes magister militum Augustum constituit anno 475. Verum Odoacer Herulus Italiam ingressus capta Roma Italiae se regem anno 476 appellavit Romulo in Campaniam relegato, atque in hoc occidentale Romanorum imperium definit.

Numi:

D. N. ROMVLVS. AVGVSTVS. P. F. AVG.

Postremum hunc imperatorem per ludibrium pro *Augusto* appellatum fuisse *Augustulum*, testantur ipsi scriptores veteres, quos inter video Procopium, ^{a)} et Evagrium Scholasticum. ^{b)} Neque defuere antiquarii, qui hanc *Augustuli* appellationem in numis aut viderunt, aut videre sibi visi sunt, aut more Goltziano adfinxerunt. Nihil mitius actum cum vero ejus nomine ROMVLVS, pro quo in numis nonnullis legerunt *Monulus*, vel *Momylus*. Nihil horum monstrorum in moneta vetere aut Bandurius, aut nobiles alii, adcuratique antiquarii deprehendere, statque illaesa vetus regula saepe a nobis repetita, vix exflare exemplum nominis, aut tituli infamis monetae publicae inserti. Qua-

re vehementer miror cl. Taninium, qui hoc *Augustuli* commentum recoxit, sed nimirum ex numis Arschoranis, quos jam olim Bandurio, et nunc palam fastidiosos nimium saepe per opus suum restituit. Sed idem ex numo musei sui nomen quoque MOMYLVS nobis offert. Istud si vere, ac citra dubium, et nulla lapsus monetarii suspitione sic scriptum legitur, justum hercle fuerat, lectorem certae hujus scripturae commonefacere, cum noverit, esse eruditos, qui obtrusis his nominibus fidem non habent.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome adversa galeata d. hastam, s. clypeum, in quo eques.

Partes aversae.

SALVS. REIPVBLICAE. *Victoria gradiens d. tropaeum super humero, s. captivum trahens.* AE. IV. (Tanini.)

VICTORIA. AVGGG. *Victoria stans d. crucem oblongam.* AV. (Mus. Caes.)

Sine epigraphe. *Crux intra lauream.* AV. In alio: *Miles stans d. hastam, s. cornucopiae, in area RV.* AV. (Band.)

PRETIUM.

Aurei	RRR.
Argentei	O.
Aenei IV.	RRRR.

a) de Bello Goth. L. I, c. 1.

b) Hist. eccles. L. II, c. 16.

BASILISCVS. MARCVS.

BASILISCVS, MARCVS.

Fiducia Verinae Leonis I. uxoris, cujus frater fuit, exercitibus praepositus rem adversus Genfericum praeclare gessit, Carthaginem recepit, sed muneribus illectus hostes mari evadere passus est, cujus causa prodicionis Perinthum relegatus ibi usque ad annum 471 delituit. Instigante postea Verina sorore Zenonem in Isauriam ejicit, et Constantinopoli Augusti nomen sibi adsciscit anno 476, verum anno sequente a Zenone bellum reparante ad obsequium revocatus, et cum familia fame enectus est.

Vxorem habuit *Zenonidem*, ex qua natus *Marcus*, quem pater Augustum dixit, et sibi in numis sociavit, sed una cum patre Zeno interemit.

Numi:

D. N. BASILISCVS. P. F. AVG. — PERP. AVG. — P. AVG. — PP. AVG.

D. N. BASILISCVS, (vel BASILISCI) ET. MARC. P. AVG. nimirum Marcus filius cum patre sociatus, ut diximus.

Caput diadematum cum margaritis. Protome adversa galeata d. hastam, s. clypeum, in quo eques.

Partes averse:

SALVS. REIPVBLICAE. Γ. *Basiliscus et Marcus filius nimbat sedentes in throno, d. volumen, s. globum, infra* CONOB. AV. (Musc. Caes.)

Antica rarissimi hujus numi habet epigraphen utriusque hujus Augusti supra recitatam.

VICTORIA. AVGG. *Victoria sedens clypeo inscribit* XXXX. AV. (Band.).

Vide, quae supra ad numum similem Zenonis monui.

VICTORIA. AVGGG. vel AVGVSTO. RVM. *variis typis.* AV.

Sine epigrapha. *Miles stans d. hastam, s. cornucopiae, d. pede prorae navis insit, in area* RV. AR. (Band.) In aliis: *Cruce, vel XP. intra lauream.* AV. AR. (Band.)

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

AEL. ZENONIS.

Basilisci uxor, idem denique cum marito fatum nacta.

*Numi:*VICTORIA. AVGGG. *Victoria stans d. crucem oblongam.* AV. (Tanini.)AEL. ZENONIS. AVG. *Hujus caput.* Numi hujus Augustae jam meminit Beauvais, sed eum more suo non descripsit.

PRETIVM.

Aurei, iique

RRRR.

MARCVS.

Vide numos patris Zenonis.

ANASTASIVS.

Domo Dyrrhachenus juvante Ariadna Zenonis vidua, quam paullo post hujus mortem uxorem duxit, Augustus appellatus est anno 491. Teste epigrammate Christodori credebatur genus ducere a Pompejo M. *) Cum Bulgaris, qui hoc imperante primum Thraciam incurfaverunt, deinde Persis bella varia fortuna gessit. Reliquae illi turbae a pertinace religionis studio accedere, quando Eutychianis placitis imbutus, quod ipse credidit, stupido consilio ab aliis etiam toto imperio omnibus credi voluit, saepe adeo praevalentibus orthodoxorum viribus ad extrema deductus. Princeps fuit aequitatis studiosus, qui temp. foedis tributis afflictam sublevavit. Senio gravis fulmine, ut fertur, tactus obit anno 518.

Numi:

D. N. ANASTASIVS. AVG. — P. F.

AVG. — PERP. P. F. AVG. — P. P. AVG. — PERP. AVG. — P. AVG. — P. A.

Caput diadematum cum margaritis.
 Protome adversa galeata d. hastam, clypeum, in quo eques.

Partes aversae.

CONCORD. *prae fixa nota arithmetica* Γ, Δ, I etc. I *magnum in medio numi.*
 AE. II. III. IV. (Band. Tanini.)

INVICTA. *ROMA. **Victoria gradiens,*
in area S. C. Quin. (Mus. Caes.)

VICTORIA. *AVGG. **vel AVGGG. ad-*
data saepe nota arithmetica Graeca, variis
typis. Inter hos notandus sequens: *Vi-*
ctoria sedens inscribit clypeo XXXX. Sunt
 AV. obvii. Posterior rarissimus. (Ta-
 nini.)

a) Bruck Analecta T. II. pag. 471.

Vide de miris his votis quae dixi supra ad numum similem Zenonis.

VICTORIA. AVGVSTORVM. *typis variis*, quos inter: *Victoria thoraci insidens clypeum una cum genio alato tenet, cui inscriptum: VOT. PC. AV. (Tanini.)*

Clypei epigraphen explico: VOTA Populi Constantinopolitani.

Sine epigraphē. Monogramma XP. in corona. AV. AR. (Band. Tanini.)

De literis E, I, K, M, quae majore forma inde ab hoc Augusto, et deinceps per plures imperatores aream mediam numorum aeneorum omnis magnitudinis occupant, agetur opportunius in tractatu de numis inferioris aevi.

Numos regum Gothorum Theodorici, Baduilae, Theiae, in quorum averfa est epigraphē, et caput Anastasii, infra perpetua serie recensimus post numos Iustiniani.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei omnis formae, etiam m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

IUSTINVS I.

Natus in Thracia, ab Anastasio praefectus praetorio, hoc vita functo praeter spem, jam in senium vergens, literarumque rudis summae rei admovetur anno 518. Imperio per annos IX. cum laude administrato moritur anno 527.

Vxor *Euphemia*, et prolium, et haud dubie numorum quoque sterilis. Nam quos illi adjudicarunt antiquarii, esse verisimilius *Euphemiae Anthemii*, in hac dictum.

Numi:

D. N. IUSTINVS. AVG. vel: P. F. AVG., plerumque PP. AVG.

Protome adversa galeata, d. hastam, f. clypeum, in quo eques, in denariis aureis, rarius in aeneis III. formae.

Caput diadematum cum margaritis, in aureis minoris formae, et in omnibus aeneis cujuscunque formae.

D. N. IUSTIN. ET. IUSTINI. (vel IUSTINIAN.) PP. AVG. *Imp. duo nimbati sedentes*. AV. (Band. Tanini.)

D. N. IUSTINVS. IUSTINI. AVG. *Caput diadematum*, in AE. I. (Mus. Caes.)

Posteriorēs hi modi eloquuntur, sociantque Iustinum, ejusque successorem Iustinianum, quem Iustinus mensibus IV. ante suam mortem sibi sociavit.

Fatentur candide Ducangius et Bandurius, distinguere numos Iustini I. et II. laborem sibi videri, quem suas excedere vires semper sunt experti. Lege hoc super argumento justam fere dis-

sertationem Bandurii, *) Istuc posse eniti cum negarent viri, quibus hujus aetatis moneta praecipuum fuit negotium, veniam merebor, si et mihi permissum putem desperare, atque in disponendis utriusque Augusti numis sequi legem quantumcunque vagam incertamque, quam sibi praefixit Bandurius.

Partes averfae:

ANNO. PRIMO., in medio numi monogramma XP., vel *Crux in corona*. AE. I. (Band.) AE. III. (Tanini.)

Iam nunc anni imperii monetae aeneae inscribi incipiunt, praecipue illi, in cujus medio sunt majoris formae litterae I, K, M.

CONCORP. (sic) praefixo E. I crucigerum inter duo astra. AE. III. (Muf. Caef.)

Similes averfae frequentius occurrunt sub Anastasio.

FLVRENS (sic) SEMPER. Mulier stans d. hastam, f. clypeum humi attinet. AE. II. (Band.)

Mendose scriptum FLVRENS pro

FLOREAS. Eadem averfa est etiam in numis Baduillae, quos vide.

GLORIA. ROMANORVM. Imperator paludatus stans d. elata, f. globum. AR. (Muf. d' Ennery.)

VICTORIA. AVGGG. addita nota arithmetica Graeca. Victoria stans d. crucem oblongam. AV. AR. (Band.)

VICTORIA. AVGVSTORVM. Victoria stans, vel sedens, vel gradiens. AV. AR. (Band.)

VOT. XIII. intra lauream. AE. IV. (Muf. Caef.)

Novus vota computandi modus, nisi forte tum placuit vota secundum imperii annos numerare, ac tum numus praefens esset Iustini II.

Sine epigraphe. Monogramma XP. In aliis: CN. intra lauream. Quin. (Band. Muf. Caef.)

I. K. M. V. majore forma in medio numi, eodem modo, ut in numis Anastasii. Additur saepe ANNO cum suo numero. In AE. omnis formae.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei omnis formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

VITALIANVS.

Asparis Alani, ducis, magni sub Leone I. nominis nepos. Anastasio, quod

a) Pag. 624.

Eutychetis dogmata propugnauerat, omnibus palam exoso, cum valido exercitu Thraciam intrat, et a Constantinopolitanis imperator agnoscitur. Redactus in arcum Anastasius his legibus cum Vitaliano convenit, ut in orthodoxos saevire desineret, et exules episcopos revocaret. Ad sua regressus Vitalianus mortuo Anastasio a Iustino revocatur, et consulatu ornatur, verum Iustiniani, cuius obstruere spebus videbatur, technis interficitur.

Numi:

D. N. VITALIANVS. PP. AVG. *Caput diadematum.* X VICTORIA. AVGOSTOR. *Victoria stans d. coronam, f. globum crucigerum, in imo CONONV. (sic) AV. (Mus. d'Ennery.)*

Eadem adversa, sed corrupta barbare epigraphe. X VICTORIA. AVSTO. (sic) *Victoria gradiens.* AV. (Tanini.)

PRETIVM.

Aurei tantum, iique

- - - - -

RRR.

HILDERICVS.

Vandalorum in Africa rex. Ejus numos dedimus in moneta Carthaginis, cuius nomen praeferunt.

IUSTINIANVS I.

Iustini ex sorore nepos Augustus dicitur anno 527, et mortuo post IV. menses avunculo solus imperat. Plura bella Belisarii et Narsetis opera, praestantissimorum ejus aetatis ducum, feliciter gessit. Ille victo Gilimere Vandalorum in Africa regnum exstinxit, eamque imperio iterum vindicavit. Narsetis virtuti debetur eversum in Italia Gothorum regnum, jam antea victo captoque Vitige Belisarii ductu ad extrema redactum. Non pari semper fortuna bella cum Persis gesta sunt. Moritur in extrema senecta anno 565 a multis vitiis

rumoris haud sane prosperi, e bellorum tamen gloria, etsi per duces gestorum, substructionum magnificentia, et vulgato juris codice, cui Iustiniani nomen inditum est, illustrem famam adeptus, illustriorem habiturus, si, quod queritur Procopius, ^{a)} magis ad se imperii curas, quam episcoporum de religione dissidia pertinere putasset.

Vxor *Theodora* matrimonio sterili, ex scena in aulam accita, mulier foedis, et truculentis moribus. Lege Procopii Historiam arcanam.

D. N. IUSTINIANVS. P. F. AVG.

a) Bell. Goth. L. III. c. 35.

vel PP. AVG. aut similiter, saepe etiam valde mendose monetariorum ruditate.

Caput diadematum cum margaritis.

Protome aduersa galeata d. globum crucigerum, vel hastam, s. clypeum, in quo eques.

Imperator aduersus sedens d. hastam, f. globum crucigerum.

Alium anticae typum vide infra in SALVS.

Partes auersae:

ANNO scilicet imperii, addito numero, plerumque scriptum iuxta I. K. M. in AE. omnis formae.

CONCORDI. *praefixa litera Graeca arithmetica, in medio numi I magnam.* AE. II. III.

GLORIA. *ROMANORVM. Imperator paludatus stans d. hastam, f. globum crucigerum.* AR. (Band.)

Huic addendus alius ex praestantissimis unus:

D. N. IVSTINIANVS. PP. AVG.

Protome aduersa galeata nimbata d. hastam praetendit, f. clypeum post humeros rejectum gestat.

SALVS. ET. GLORIA. ROMANORVM. *Imperator eques capite galeato nimbato d. hastam praecurrente Victoria d. viam monstrante, f. tropaeum super humero tenente, in imo* CONOB. AV. max. mod.

Numi prioris auersa satis jam ex mo-

neta praecedentium Augustorum cognita. At multo illustrior alter causa voluminis ac ponderis insoliti, nam diameter tres pollices Parisinos aliquantum excedit, et adpendit uncias V, drachmas fere III. Repertus est anno 1751 prope Caesaream Cappadociae inter ruderata veteris substructionis egesta ad pedes XX. terra, et Ludovico XV. oblatum, eximium nunc publici, qui Lute-tiae est, thesauri ornamentum. Reliqua ex dissertatione Bozii singulare istud cimelium illustrantis pete. ^{a)} Ad ejus explicatum praetereundum non fuerat, quod de numis Iustiniani, inscriptis: GLORIA. ROMANORVM, perhibet Cedrenus, ^{b)} nimirum tantam Iustinianum ex bellica Belisarii virtute cepisse voluptatem, ὥστε ἐν μὲν τῷ ἐνὶ μερεὶ τοῦ νομισματοῦς ἑαυτὸν ἐγγραφεῖν, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Βελισσαρίον ἐνοπλόν, καὶ ἐπιγραφεῖν: ΒΕΛΙΣΑΡΙΟΣ Η ΔΟΞΑ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ, ut uni numi parti effigiem suam insculpendam curaret, alteri Belisarium armatum, scripto iuxta: BELISARIVS GLORIA ROMANORVM. Numus similis cum expresso Belisarii nomine hactenus compertus non est, si illum demas, quem ex museo Petri Gyllii recitat Ducangius, ^{c)} sed quem confictum suspicor; at fieri poterat, ut Cedreno numismata alterutrius generis, qualia modo descripsimus, cum epigraphe: GLORIA. ROMANORVM in oculos incurrent, atque ipse in eorum auersa fisci Belisarium putaret. Atque hanc gloriam Romanorum victis tot imperii

^{a)} Mem. B. L. Tom. XXVI, pag. 523. vi § LXII.

(Vol. VII.)

^{b)} in Iustiniano.

^{c)} Differr. de num. inf. ae-

hostibus non dubitavit Iustinianus suam quoque faceretribuendo sibi agmen cognominum a devictis gentibus captorum, *Alemanici*, *Gotthici*, *Francici*, *Germanici*, *Antici*, *Alanici*, *Vandalici*, *Africani*, quae praescripta leguntur variis legibus a se latis, et quidem statim prooemio suarum Institutionum, et exstant eodem ordine inscripta Graece in marmore, quod edidit Muratorius. *) Tametsi horum aliquibus nimium *ποληπτικως* usus est. Nam intolerandum plane visum Theodiberto Francorum regi, quod ille se Francicum, Alemannicum, tum et Gipedicum et Langobardicum appellaret, perinde quasi omnes hos populos sibi subiecisset, cepitque adeo consilium praeceps sane atque inconsultum, per Thraciam ad ipsam Constantinopolin penetrandi, sed quod effectu caruit illo fortuita morte interempto. Vide haec apud Agathiam Scholasticum scriptorem coevum. b) Verius sibi post annos plures Francici cognomen jure emeruit Francis teste eodem Agathia c) a Narsete apud Capuam ingenti clade fufis fugatisque. Video, titulis his omnibus, dempto *Antici*, usum quoque fuisse Ti. Constantinum Iustiniani successorem post Iustinum II. in prooemio Novellae suae. Ex quo verisimile, haec nomina tum quoque sic fluxisse in heredes, ut olim nomina Ger-

manici, Parthici etc.

VICTORIA. * AVGVSTI. — AVGG. — AVGGG. — AVGVSTORVM, *variis typis*. AV. AR.

VICTORIA. PRINCIPVM. *Victoria gradiens, in arca* SC. AR. (Band.)

VOT. MVLT. HTI. * *intra lauream*. Quin. (Mus. Caes.)

Sine epigraphe. *Menogramma* XP. *in laurea*. AR. (Band.)

I. K. M. E. V. majore forma in medio numi, de quorum sensu, si qua dici possunt, agemus alibi. Praetereo insuper copiosos alios Iustiniani numos, in quorum aversa aliud non est, quam CN — PK, aliaeve literae vel solitariae, vel cum aliis junctae, quarum sensum nemo hactenus est adsecutus. Enimvero tuto potest omitti, quod sine fructu foret commemorandum, et si quis tanti putat, adire potest amplios catalogos Bandurii et Taninii.

Singularis est numus aeneus III. formae a Bandurio citatus, in cujus aversa est: THC. CER. KAICAPEIAC, de quo vide quae notavimus in numis Caesareae Paniadis, cui numum hunctribuendum existimo.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Aurei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Aenei omnis formae, etiam max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

a) Pag. 467. 7.

b) de imperio Iust. L. I.

c) ibid. II.

REGES GOTH.

Reges Ostrogothi fundato in Italia regno, ut continuo dicetur, numos quoque in monetam signavere, eosque partim autonomos, id est, nullum cum im-

peratoribus Orientis nexum professos, partim inserta horum effigie, quia horum tamen captare benevolentiam, multis in causis sibi prbfuturam, voluere.

THEODORICVS.

Rex Ostrogothorum, qui avitis circa pontum Euxinum sedibus pulsi Pannoniam obtinuerunt. Ipse navata Zenoni Aug. adversus Basiliscum eximie opera consulatus honorem abstulit. Italiam anno 489 ingressus Odoacrem Herulum acie saepius victum et Ravennae clausum ad deditionem et mortem adigit. Noviregni confirmandi causa cum vicinis Francorum, Visigothorum, Burgundionum regibus suarum matrimoniiis adfinitatem contrahit. Multis rebus pace et bello summa virtute, consilio, ac moderatione gestis, et si extremis annis in saevitiam flecteret, Boethio et Symmacho, viris praestantissimis et consularibus mori iussis, inchoato XXXIV. regni anno, secundum Procopium ^{a)} XXXVII. animam efflat anno 526.

Numi autonomi:

D. N. THEODORICVS. REX,
intra coronam.

INVICTA. ROMA. *Protome galeata Romae.* AE. III. (Pembrock P. III. tab. 32.)

Narrat Procopius, ^{b)} Theodoricum imperatoris Romani nomen respuisse, sola regis appellatione contentum.

D. N. THEODORICVS - - *scriptum in orbem.* V *in medio numo.*

Eadem aversa. AE. incertae formae.

Alterum hunc numum Mediobarbus ex Strada recitat. Verius in hoc numo videtur legendum ATHALARICVS, et erit ejus Athalarici, cujus numos paulo infra dabimus, quos inter unus est huic plane simillimus.

* * *

Numi cum capitibus Anastasii et Iustini I.

INVICTA. ROMA, *in medio numi* THEODORICVS *in monogrammate, superne cruz.*

Epigraphe, et caput Anastasii, in aliis Iustini I. Quin. (Mus. Caes.)

THEODORICVS *in monogrammate intra lauream.*

Epigraphe, et caput Iustini I. Quin. (Mus. Caes.)

* * *

^{a)} Bell. Goth. L. I. c. 1. ^{b)} l. c.

Meminit Gibbonus ^{a)} numi Veronae signati, qui sistit picturam palatii, quod sibi Theodoricus hac in urbe exstruxit, additque, in eo exhiberi imaginem antiquissimam et fidelissimam architecturae Gothicae. Ejus numi praeconem laudat Scipionem Maffaium. ^{b)} At enim

perperam numum vocat, qui aliud non est, quam sigillum, qualia ex aevo, quod medium vocamus, innumera supersunt, neque adeo tantae antiquitatis, quod facile peritus quisque inspecta ejus imagine intelliget.

PRETIUM.

Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.

BADVILA incertus.

Baduila regem memorant numi Anastasii, et Iustiniani, qui unus idemque esse non potest, quia Anastasius vivere desit anno 518, et Baduila alter, cui et Totilae nomen, non nisi anno 541 Gothorum regnum adivit, ut jam recte observavit Bandurius. ^{c)} Accedit, inde a Theodorico, qui sub Anastasio regnavit, a scriptoribus et numis certos prodi ejus successores reges, Athalaricum, Theodahatum, Vitigem, etc. denique Baduila Totilam, quos inter Baduila illi, saltem quod ex hi-

storia constat, locus esse nequit. Necesse ergo est, Baduila, in quo sumus, fuisse regem quempiam barbarum, qui sub Anastasio vixit, sed cujus regnum ab historicis proditum non fuit. Vide et Bimardum. ^{d)}

Numi cum capite Anastasii.

D. N. BADVILA. REX. *vel* RIX. *intra coronam.*

Epigraphe et caput Anastasii. Quin. (Mus. Caes.)

THEIA vel THELA incertus.

DOMNVS. THEIA. REX. *intra coronam.* Iobert. T. I. p. 463.)

D. N. THELA. REX. *intra coronam.*

Epigraphe et caput Anastasii. Quin. (Band. pag. 612.) Alius, sed: DOMNVS. THEIA. P. REX. Quin. (Bimard. ad

Epigraphe et caput Anastasii. Quin. (Bimard ad Iobert. T. I. p. 115.)

^{a)} Hist. of the decline etc. ch. 39. pag. m. 27. 612. ^{d)} ad Iobert. T. I. p. 114.

^{b)} Veron. ill. P. I. p. 231.

^{c)} Pag.

Exhibent numi prioris loci Theiam regem, sed qui idem esse nequit cum Theia ultimo Gothorum in Italia rege, qui, ut infra dicetur, imperante Iustiniano periit, et forte imperante Anastasio, cujus imaginem partes anticae exhibent, necdum forte natus fuerit.

Ergo Theia hic, vel Thela, sive idem uterque est, sive diversus, fuit barbarus quidam sub Anastasio rex, quem historia nominandum non putavit aeque ac Baduilam, de quo continuo egimus. Lege et Bimardum locis citatis.

ATHALARICVS.

Amalasuntha Theodorici filia natus avo succedit anno 526. Regno sub matris tutela probe administrato moritur anno 534.

D. N. ATHALARICVS. *Rex paludatus stans d. hastam, f. clypeum humi attinet, in area S. C.*

Eadem averſa. AE. III. (Mus. Caes.)

Numi autonomi:

Numi cum capite Iustini I. et Iustiniani.

D. N. ATHALARICVS. REX.
intra coronam.

D. N. ATHALARICVS. REX.
intra coronam.

INVICTA. ROMA. *Protome galeata Romae.* AE. III. (Mus. Caes.)

Epigraphe et caput Iustini I. Quin. (Mus. Caes.)

D. N. ATHALARICVS. REX.
scriptum in orbem, in medio numo V magnum.

D. N. ATHALARICVS. REX.
vel RIX. intra coronam.

Eadem averſa. AE. IV. (Tanini.)

Epigraphe et caput Iustiniani. Quin. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Argentei et aenei

R.

THEODAHATHVS.

Filius Amalafredae Theodorici sororis, suasu Amalasunthae confobrinae post Athalarici mortem anno 534 Gothorum regno praeficitur, paullo post eam ipsam, cui beneficium debuit, enecat. Tantum scelus graviter ferens Iustinianus arma in perfidum movet, ei-

que Dalmatian ac Siciliam extorquet, rex a Vitige in ejus locum suffecto interficitur anno 536.

Numi autonomi:

D. N. THEODAHATHVS. REX.
intra lauream.

REGES GOTHI.

INVICTA. ROMA. *Protome galeata Romae*. AE. III. (Mus. Caef.)

D. N. THEODAHATVS. REX. *Protome regis corona arcuata redimita*.

VICTORIA. PRINCIPVM. *Victoria gradiens, in area S. C.* AE. II. (Mus. Caef.)

Numi cum capite Iustiniani.

D. N. THEODAHATHVS. REX. *intra coronam.*

Epigraphe et caput Iustiniani. Quin. (Mus. Caef.)

His adde quinarior complures, quos inter Bandurius aureum quoque ex Brandenburgico citat, in quorum antica est caput Iustiniani, in averfa monogramma, quod videtur in THEODAHATHVS resolvi posse, sententia tamen minus certa.

PRETIVM.

Argentei	-	-	-	-	=	.	-	-	-	-	R.
Aenei II. et III. formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

VITIGES.

In Theodahati locum, ut diximus, electus anno 536, sed a Iustiniani ducibus bello petitus, denique captus Ravennae Constantinopolin abducitur anno 540.

Numi autonomi:

D. N. VVITIGES. REX *vel* RIX. *intra lauream.*

INVICTA. ROMA. *Protome Romae galeata*. AE. III. (Mus. Caef. Band)

Numi cum capite Iustiniani.

D. N. VVITIGES. REX. *intra coronam.*

Epigraphe et caput Iustiniani. Quin. (Mus. Caef.)

PRETIVM.

Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

BADVILA.

Qui Vitigem secuti sunt, Hildibadus, et Eraricus, paullo post aditum regnum a suis occisi sunt, numisque carent.

His anno 541 succedit Baduila Hildibadi consobrinus, qui idem esse creditur, quem scriptores Graeci *Totilam* ap-

pellant, de quo vide Bandurium. *) Adversus Belisarium res suas utcumque tuetur, sed a Narsete victus in praelio occumbit anno 552.

Supra post numos Theodorici Baduila^{*} numos dedimus, sed quem ab hoc Baduila Totila esse diversum diximus.

Numi autonomi:

D. N. BADVILA. (in aliis BADVELA) REX. *Protome regis adversa.*

D. N. BADVILA. REX. *intra coronam.* AR. (Tanini.) AE. III. (Mus. Caes.)

FELIX. TICINVS. *Caput turritum.* AR. (Mus. de France, nunc Hunter.) AE. (Band.)

De his numis vide quae diximus in numis Ticini, nunc Papiæ, quae est urbs Italiae superae.

FLOREAS. SEMPER, *quod variis modis, ac valde mendosis in numis scribi-*

tur. Miles fians d. hastam, f. clypeum humi tenet. AE. III. (Mus. Caes. Band.)

Similem averfam vidimus in numis Iustini I. Quare suspicor, numos hos forte certius esse Baduila^{*} alterius, quem, sicut altius diximus, certum est sub Anastasio vixisse, et qui forte regnum in Iustini imperium porrexerit, unde videtur averfam mutuatus. Forte eidem debebuntur plures alii ex autonomis his numis, quia temporis notam non continent, utri potius tribuendi videantur, Baduila^{*} illi, an praesenti.

VIRTVS. EXERCIT. *Miles fians d. hastam, f. clypeum.* AE. III. (Band.)

Sine epigraphe. *Leo gradiens.* AE. IV. (Tanini.)

Numi cum capite Iustiniani.

D. N. BADVILA. REX. *vel RIX intra lauream.*

Epigraphae et caput Iustiniani. Quin. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

THEIAS.

Baduila^{*} succedit, sed sequente anno 553 in acie victus caesusque Gothorum in Italia regnum secum tumultu infert.

Ait cl. Beauvais, exstare hujus regis numos argenteos cum averfa Iustiniani, ^{b)} at horum ego nullum hactenus

a) Pag. 612.

b) Tom. III. pag. 49.

in catalogis citatum reperi. Memoravimus supra numos incriptos THEIA, vel THELA, sed qui Theiae praesentis esse non possunt, quia in averſa caput Anaſtaſii offerunt.

Autonomi urbis Romae.

Regibus Gothis adpendicis inſtar ſubjicio numos ſequentes, quos autonomos Romae jure dixeris.

INVICTA. ROMA. *Protome Romae*

J

galeata. X Aquila ſtans, in area X infra A, vel ·D· vel ·E· In aliis: Duae aquilae alis expansis ſtantes ſub arbore, in imo XX. In aliis: Lupa gemellos lactans, ſupra XL, infra ·V·, vel: ſupra duo aſtra, infra XX. Sunt omnes AE. II. (Muſ. Caef.)

Cum omnes hi numi ejusdem ſecundum omnes cauſas rationis ſint, eandem etiam ſibi aetatem poſtulant. Non longe erravero, ſi eos his temporibus tribuam. In hujus aevi numis nihil, ut vidimus, frequentius occurrit, quam INVICTA. ROMA, ſimilisque protome. Ad eadem haud dubie tempora pertinent numi, hi quoque aenei II formae: KARTHAGO typo militis ſtantis,

in averſa caput equi, additis quoque variis numeris, quos deſcripſimus in numis Carthaginiſ. Quibus collatis jure licet conjicere, utriusque generis numos ſignatos imperante Juſtiniano, ex quo is devictis Vandalis Africam, everſis Gothiſ Italiam Romano imperio reſtituit, iisque illatos typos utriusque urbis originem indicantes, nimirum Romae lactantes geminos, Carthaginiſ caput acris equi, tum aquilam imperii quoque R. vetus inſigne, aquilas binas, quibus utraque Roma, vetus et nova, deſignatur. Ergo hoc adhuc aevo gemini a lupa nutriti veteris hujus Romae ſymbolum ſunt habiti, et quidem quando jam priſcae mythologiae miraculis ex novi etiam cultus praeceptis fides non amplius eſt habita. At poterat innoxie credi, etiam citra deorum opem infantibus maternam hanc curam a fera fuiſſe impenſam, quando eadem hac Juſtiniani aetate, qua numos hos cuſos conjicio, in Piceno Italiae compertum fuit, infantem recens natum, ſolumque dilapſa metu matre domi relictum a ca:pra praebito ſtatis intervallis lacte fuiſſe ſuſtentatum, cujus facti teſtis eſt Procopius *ἀυτοπτης*. ^{a)}

IVSTINVS II.

Juſtiniani ex ſore Vigiliantia nepos avunculo ſucceſſit anno 565. Biennio poſt Narſes multorum bellidux palmarum a Sophia Juſtini uxore irritatus Longobardos arceſſit, qui anno ſequenti

Italiam occupant, novumque ibi regnum fundant, ſola Roma imperatoribus relictæ, et Ravenna, quae deinceps exarchatus Graeci nomine per annos 185 miſſis eo Conſtantinopoli praefidibus re-

a) Bell. Goth. I, II. c. 17.

gebatur. Bellum grave cum Persis gestum, utrique parti per vices fatale. Moritur Iustinus jam pridem ex morbis invalidus anno 578.

Numi :

D. N. IVSTINVS. P. F. AVG. vel PP. AVG. vel literis prave formatis.

Inscriptiones, in quibus Iustinus cum Sophia uxore jungitur, in hac vide.

Partes aversae.

ANNO addito vario numero. In medio numi litera magna K vel M vel I. AE. II. III.

Annus imperii postremus legitur XIII. apud Taninium, quem a Iustino inchoatum constat.

CONCORDIA. I. magnum. AE. III. (Band.)

FELIX. RESPVBL. in corona. Quin. (Band. Tanini.)

VICTORIA. AVGGG. additis variis notis arithmetiis Graecis. Typi varii. AV.

E, I, K, M forma maiore, vel numeri X, XX intra coronam. AE. II. III.

Sine epigraphe. Monogramma Christi intra lauream. AR. (Band.)

Commemorandus denique numulus aureus, in cuius antica est epigraphe, et caput Iustini, in X GABALORVM. De hoc numo, qui est apud Bandurium, et in museo Caesareo, egi in numis Gabalorum Syriae.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei m. m.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei sequentium formarum	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

S O P H I A.

Ex aliquorum sententia neptis Theodora Aug. Iustiniani uxoris. Ejus culpa perditam Italiam, in Iustino diximus. Per mariti valetudinem imperii res ipsa procurat. Vixit in Mauricii usque tempora.

(Vol. VIII.)

Numi:

D. N. IVSTINO. ET. SOFIE. AVG. Iustinus et Sophia sedentes media inter utrumque cruce.

ANNO. KA. in medio X et M. AE.

Ee

m. m. (Pellerin Mel. I. pag. 219.)

D. N. IVSTIN. ET. SOFIA.

Augustus et Augusta sedentes.

Sine epigraphe. *Duae Victoriae alatae clypeum tenent, in cujus medio stella, sub- tus K, in imo HM. AE. II. (Tanini.)*

Ad utrumque pertinet marmor Afri-
canum laudatum a Maffeo: *) SALVIS.
DOMINIS. NOSTRIS. CHRISTIANIS-
SIMIS. ET. INVICTISSIMIS. IMPE-
RATORIBVS. IVSTINO. ET. SOFIA.
AVGVSTIS. etc.

PRETIVM.

Hi foli hactenus cogniti, et adeo - - - - - RRRR.

TIBERIVS II. CONSTANTINVS.

Thrax, post insignia reip. munia a
Iuliano anno 574 dictus Caesar, anno
578 Augustus, illo paullo post mortuo
imperium solus obtinuit. Perfas gra-
vissimis cladibus duce praecipue Mau-
ricio usus reprehsit. A prudentia, mo-
rumque lenitate insigne nomen adeptus
anno 582 in vivis esse desit.

Numi:

D. N. TIB. CONSTANT. (rarius
CONSTANTINVS.) PP. AVG.

D. N. CONSTANTINVS. PP. A.

D. N. TIBERIVS. P. A. in AE. III.
(Band.)

D. m. frequenter pro D. N.

Protome adverfa cum stemmate cru-
cigero d. globum crucigerum, f. clype-
um, in quo eques, *vel:* d. volumen,
f. aquilam consularem, *vel:* d. hastam
super humero, f. clypeum, in quo e-
ques.

Caput diadematum cum margaritis,
in quinariis AV.

Partes averfae:

ANNO additis numeris. In medio M
vel K magnum. AE. omnis formae.

VICTORIA. AVG. AVGG. AVGGG.
additis numeris Graecis. Typi varii.
AV. AE. II. (Band. Tanini.)

D. m. CONSTANTINVS. PP.

AI. (*sic*) *Ejus caput.*

VICTOR. TIBERI. AVS. (*sic*) *Cruz,*
infra CONOB. Quin. AV. (Muf. Caef.)

D. N. TIBERI. PP. AVG. *Hu-*
jus caput.

VICTOR. MAVRI. AVS. (*sic*) *Cruz,*
infra CONOB. Quin. AV. (Muf. Caef.)

Postremus hic numus facile Mauricii
insignes de Persis victorias depraedicat,
verum explicare difficilius, quo pacto
Mauricius in numo vivi adhuc Tiberii
dici possit Augustus, qui nonnisi pridie
mortis Tiberii nomen Augusti abstulit.
Vide similes in sequente Mauricio.

I. K. M. *magnum, vel numeri X. XX.*
in aeneis omnis formae.

a) Muf. Veron. pag. 460.

Sine epigraphe. ^{*}*Cruce in gradibus.*
AV. (Band.) AR. (Tanini.) In alio :
Duae cruces , major altera , altera minor.
AR. (Tanini.)

Narrat Gregorius Turonensis, ^{a)} a
Chilperico rege ostensos sibi aureos li-

brales, donum Tib. Constantini, in quo-
rum antica erat hujus epigraphe et ca-
put, in averfa: GLORIA. ROMANO-
RVM, idem imperator in quadrigis tri-
umphalibus. Id genus numi hactenus
reperi non sunt. Similem citavit Me-
diobarbus, sed jure propterea a Ban-
durio perstrictus. ^{b)}

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei omnis formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

MAVRICIVS.

Ti. Mauricius Cappadox ob res ad-
versum Persas magna cum virtute ge-
stas a Tiberio primum Caesar, serius
dictus Augustus ei postridie mortuo suc-
cessit anno 582, et continuo ejus filiam
Constantinam sibi copulavit. Bella cum
Persis, quae XX. jam annos duravere,
composuit. Multa ab Avarum incurso-
nibus perpeffus, a Phoca, quem mili-
tes per seditionem ducem sibi praefece-
re, una cum uxore ac liberis interfici-
tur anno 602.

Numi:

D. N. MAVRICIVS. P. F. AVG.
D. N. MAVRI (vel MAVRIC.) TIB.
(vel TIBER.) PP. AVG.
Dicitur *Mauricius Tiberius*, nimirum,
ut ait Zonaras : ^{c)} ἐργαζέτο δ' ἐν τοῖς

συμβολαίοις, Μαυρικίος ὁ καὶ Τιβέριος. *Scri-
behatur in contractibus: Mauricius, quē
et Tiberius.*

Protome adversa galeata d. globum
crucigerum, s. clypeum, in quo eques,
vel s. aquilam consularem, vel d. volu-
men.

Caput diadematum cum margaritis,
in quinariis aureis.

Partes averfae.

ANNO addito numero. In medio I.
K. M. magnum, vel XX. In AE. om-
nis formae.

ANNO. QVINT. in medio M magnum,
superno crucula, infra E. in imo RAVEN.
AE. II. (Mus. M. Ducis, Com. Vitzai.)

VICTORIA. ^{*}AVGG. ^{*}vel ^{*}AVGVSTO-

a) Hist. L. VI. c. 2.

b) Pag. 658. in nota.

c) L. XIV. c. 12.

RVM. *variis typis.* AV.

D. N. MAVRI. TIB. PP. AVG.

Hujus caput.

VICTOR. TIBER. AVG. *Crux, infra*
CONOB. AV. (Tanini.)

D. N. TIBER. MAVRI. PP.

Hujus caput.

VICTORI. MAVRI. AVG. *Crux, in*
imo CONOB. AV. (Tanini.)

Ut supra vidimus, Tiberium II. suas
et Mauricii victorias in numis jactare,
sic idem nunc a Mauricio factum vide-
mus. Vide, quae ad numos similes in
Tiberio monuimus.

D. N. MAVRI. CIVS. (*sic*) PP.

AV. *Caput diadematum cum mar-*
garitis.

VIENNA. DE. OFFICINA. LAVREN-
TI. *Monogramma XP., hinc A, illinc*
Ω. Quin. AV.

Singularis hic numus fuit olim in
museo Petri Seguini subinde cum regia
Parisina gaza unito, aliud deinde ejus
exemplum reperit cl. Boze, qui proli-
xam de hoc cimelio dissertationem scrip-
sit, in qua Bouterovii et Ducangii sen-
tentias et conjecturas refutat. *) Ejus
commentarii summa est, signatos eos
esse Viennae Allobrogum, non, quod
parum concinne credidit Bouterovius,
Viennae Austriae, non vero jussu Gon-
trani, vel Childeberti, qui Mauricii
aetate Burgundionum reges fuere, sed
nomine ecclesiae Viennensis, quae ma-
gnam tum auctoritatem, et testibus ali-
is ejus numis monetae signandae jus ha-
buit. Haec cum a multis jam annis pa-

tronum habuerit Mauricium martyrem
sub Maximiano Herculeo in vicinia pro
fide caesum, videri verisimile, episco-
pum Viennensem in memoriam Mauricii
Aug. hos cudisse numos, quod is non
modo idem cum sancto suo patrono no-
men, sed commune etiam quoddam fa-
tum habuit, nam violenter a tyranno
Phoca ad mortem raptus inter sanctas,
et martyre dignas preces jugulum per-
cussori obtulit. Haec conjectura utrum,
ut est speciosa, ita aequae sit solida, du-
bitare licet.

Sine epigraphe. *Monogramma XP.*
vel crux in gradibus. AV. AR. (Band.
Tanini.)

D. N. MAVRIC. PP. AVG.
AVG. *Mauricius [capite nimbato*
togatus stans d. globum crucige-
rum, ei a sinistris adstat mulier ca-
pite nimbato f. crucem.

Sine epigraphe. *Juvenis togatus capite*
nimbato stans d. scipionem monogrammate
XP praefixum, juxta H magnum. AE. I.

Similem Bandurius, sed exesa in-
scriptionis parte ex Ducangio vulgavit.
Magis incolumem in museo Ainslieano
conspicatus abbas Sestinius, eum, ut
hic descriptum dedi, vulgavit, statuit-
que, in parte adversa exhiberi Mauri-
cium cum uxore Constantina stantem,
et ad utrumque referendum esse dupli-
catum in epigraphe AVG. In aver-
sa fisci Theodosium juvenem, quem pater
Mauricius quinquennem Augusti titulo
decoravit. Iudicium istud tam certum pu-
tavit eruditus auctor, ut non dubitaret in

a) Mem. B. L. Tom. XV. p. 480.

fine addere : *quod erat demonstrandum.* ^{a)} Neque ego existimo, hac meliorem explicationem posse adferri, quam jam praeparaverat Bandurius, ^{b)} ac propterea nescio, cur serius suae videatur sententiae diffusus; nam cum eandem epistolam ad verbum restitueret, ^{c)} hanc certitudinis magistram formulam, quod solum utriusque epistolae discrimen constituit, omittere placuit.

H. I. K. M. *magnum* in AE. omnis formae.

Indictiones nunc primum notari in numis incipiunt formula IND. II. in AE. III. (Band.)

De officina *CATANENSI* Sicula, quae tantum Mauricii numis inscripta legitur, agemus in tractatu de officinis monetariis inferioris aevi.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei omnis formae	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

PHOCAS.

Mauricii caede imperium, perfidiae et crudelitatis praemium, consequitur anno 602. In bello praeterea contra Persas admodum infelix, cum undique civitates in tyrannum insurgerent, ab Heraclio Heraclii Africae praefecti filio in ipsa Constantinopoli obsessus, et a suis proditus infami, sed merito supplicio e medio tollitur anno 610.

Numi:

D. N. FOCAS. (vel FOCA) PP. AVG, vel PERP. AVG. vel P. F. A.

D. N. FOCA. NEPE. AVG. *Augustus et Augusta stantes, ille cum globo crucigero, haec cum cruce oblonga.*

NEPE istud tantum tunc additur,

quando in parte antica Augustus et Augusta stantes proponuntur. Videri ergo posset, esse nomen uxoris Photae, verum hanc dictam fuisse Leontiam constat. Nihil, quo nodum hunc solveret, reperit Bandurius.

FLAVIII. FOCAS. PERP. AVG.

Ait Bandurius, nullum sibi hactenus occurrisset Phocae numum cum addito Flavii nomine, miraturque adeo Mediobarbum, tot cum hoc nomine numos recitantem. Epigraphen, quam hic dedi, ipse non vidit, sed ex Ducangio excepit.

FOCA tantum, in AE. III.

Caput adversum cum stemmate crucigero d. crucem, vel d. volumen, s. crucem etc.

a) Tom. I. lettera XXI.

b) Pag. 667.

c) Tom. II. lettera VIII.

HERACLIVS I.

Caput diadematum cum margaritis, in quinariis AV.

Augustus et Augusta stantes, ut altius dictum.

Partes averfae:

ANNO additis numeris, quorum maximus apud Bandurium reperitur IIG, qui videtur notare VIII. in AE. omnis formae.

VICTORIA. * AVG. * —

AVGG. —

AVGGG. additis frequentior numeris, AVGVSTA — AVGVSTI — AVGVSTORVM, typis variis. AV.

VICTORI. FOCAS. AVG. *Crux.* AV. (Band.)

ΦΚ in laurea. * Quin. (Mof. Caef. Band.)

Vide infra numum Heraclii HK.

X. XX. XXX. XXXX vel sola in medio numo, vel adstituto ANNO cum suis numeris. AE. variae formae.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei omnis formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

HERACLIVS I.

Heraclii praefecti Africae filius a Constantinopolitanorum factione ad eripiendum Phocae tyranno imperium arcessitus, ex Africa cum classe appulsus, capto et interfecto Phoca delatum sibi Augusti nomen accipit anno 610. A Chosroe Persa in maximas primum angustias redactus, unitis deinde viribus in aciem progressus non omissa modo recuperat, sed Persidem ipsam depopulatur, et Chosroem ad mortem adigit. Heraclio imperante Muhammedes sectam suam condit, cujus successor Saraceni Syriam, Palaestinam, Aegyptum Romanis extorquent. Moritur anno 641.

Vxor I. Fl. Eudocia, mater Heraclii Constantini.

Vxor II. Martina sororis filia.

Numi:

D. N. HERACLI. vel HERACLIVS. PERP. AVG. vel PP. AVG. vel P. F. AVG.

Protome adversa d. globum crucigerum, aut similiter.

Caput diadematum cum margaritis, in quinariis AV.

Partes averfae:

ANNO additis numeris, in AE. omnis formae.

VICTORIA. * AVG. * AVGG. aut simili-

ter. AV. AR. (Band.)
 VICTORIA. HERACLI. AVG. *Crux*,
infra CONOB. Quin. AV. (Mus. Caes.)

VIRTVS. *Victoria gradiens*. Quin.
 (Tanini.)

HK *simul juncta in medio numo, supra*
 XX. *infra* RAV. AE. III. (Band.)

Literas HK esse monogramma Hera-
 clii existimat Bandurius, quo modo,
 inquit, et literae ΦK in numis Phocae
 hujus nomen continent. Verum et in
 numis Iustini I. leguntur literae CN,
 quae sane ad nomen referri nequeunt,
 ut adeo conjecturae hae debili funda-
 mento nitantur.

I. M. *magna, tum et numerus* XX.
 AE. III. (Band.)

Sine epigrapha. *Crux in medio numi*.
 AR. (Band.)

Non moror numum aureum praegran-
 dis moduli, quem ex museo regis Gal-
 liarum pictum sitere Ducangius, et
 Bandurius, qui exhibet triumphum Hera-
 clii, et oneratur multis sententiis par-
 tim Graecis, partim Latinis, ex sacra
 scriptura haustis. Non esse synchronum
 Heraclio, jam agnovit Bandurius. Vi-
 detur ejusdem, aut similis prosapiae es-
 se cum illis, qui serius eodem volumi-
 ne confecti fuere, et se opus Pisani
 pictoris, Sperandei etc. profitentur.
 Similis, sed argenteus est etiam in mu-
 seo Caesareo.

HERACLIVS cum filio HERACL. CON-
 STANTINO.

DD. NN. HERACLIVS. ET. HERA.
 CONST. (vel ERACLI. ET. ERA.) PP.
 AVG. vel: PERP. AVG.

Protomae duae cultu solito patris et
 filii, quarum quae a dexteris est, ma-
 jor, quae a sinistris, minor est.

Pater et filius sedentes d. globum
 crucigerum.

DD. NN. ERACLIORVM. Duae utri-
 usque protomae.

Hanc epigraphen primus in aeneo III.
 formae reperit Pellerinius. ^{a)} Reperit
 deinde similes Taninius III. et IV. for-
 mae.

Partes aversae:

ANNO. III. *in medio* M *magnum*. AE.
 III. (Band.)

Numi cum ANNO I. et II. nondum
 filium cum patre sociant; at perhibent
 etiam scriptores, ut recte observat Ban-
 durius, filium nonnisi tertio imperantis
 patris anno Augustum fuisse appellatum.

DEVS. ADIVTA. ROMANIS. *Crux*
insistens gradibus, in nonnullorum aera va-
riae literae. AR. m. m.

Quatuor hujus numi exemplaria sunt
 in museo Caesareo. Haec formula nunc
 primum comparat, deinceps frequentius,
 et Graece quidem. Videtur pia
 haec moneta signata ex eo argento,
 quod bellum Persis facturus deficiente
 aerario ex sacris aedibus ad hunc usum
 depromptit. ^{b)}

a) Mel. I. pag. 220.

b) Zonaras L. XIV. cap. 15.

INDICTIONE. ZIII. *Cruz globo insi-*
flens, in imo XX. AE. III. (Band.)

Indictionum jam in numo Mauricii
 vidimus fieri mentionem.

HERACLIVS cum binis filiis.

Sine epigraphe. *Tres imp. stan-*
tes cum stemmatibus crucigeris d.

globos crucigeros tenent.

Aversae variae. AV. AE. m. m. AE.
 II. III. (Band.)

Ducangius Constantem II. cum binis
 conlegis in his numis exhiberi putat,
 contra Bandurius Heraclium cum He-
 racl. Constantino, ac altero quodam ex
 Martina nato, ex qua plures suscepit
 brevis plerosque aevi. Lege ejus no-
 tam III. pag. 685 et 690.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aurei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei reliqui	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

HERACLIVS II. CONSTANTINVS.

Heraclii I. et Eudociae filius nasci-
 tur anno 612, anno sequente Augustus
 salutatur. Patre anno 641 mortuo im-
 perium rexit una cum Heraclio, vulgo
 Heracleona fratre germano, et Martina
 noverca, sed hac venenum propinante
 quarto post mense exstinguitur.

Vxor *Gregoria*, ex qua natus *Con-*
stans II.

Numus Heraclii II. consulis.

ERACIAIO. CONSVAI. (*sic*)

Protome juvenilis cum cruce in ca-
pite d. scipionem.

X in medio numi, in area hinc N illinc
M, supra crux, infra astrum. AE. III.
 (Pellerin Mel. I. p. 220.)

Vnicum istud est exemplum notati hoc
 aevo in numis consulatus. Ait Pelle-

rinus, non constare, Heraclium no-
 strum a patre consulem fuisse creatum,
 at docemur testimonio Nicephori, eum
 quinquennem anno 617 processisse con-
 sulem, qua adeo occasione dubium non
 est singularem hunc numum fuisse signa-
 tum.

Numi Heraclii II.

Numos omnis metalli, qui cum cum
 patre sociant, jam in hujus moneta de-
 dimus. Sequuntur numi ejus solius.

D. N. ERAKLIO. KONST. vel simi-
 liter.

Protome adversa d. globum crucige-
 rum.

Protomae duae, una Heraclii II.,
 altera vel filii Constantis, vel fratris
 Heracleonae.

Partes averſae :

DEVS. ADIVTA. ROMANIS, *ut in*
numis patris. AR. max. mod. (Tani-
ni.)

VICTORIA. AVG. *Cruz.* AV, (ibid.)
M magnum, *vel* XX in medio numi.
AE. IH. (Band.)
Sine epigraphe. *Cruz super gradibus.*
Quin. (Tanini.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

CONSTANS H. qui et CONSTANTINVS.

Heraclii II. et Gregoriae filius, pa-
tre mortuo ab Heracleone avunculo Au-
gustus dicitur anno 641, hocque paul-
lo post relegato solus imperat. A Sa-
racenis victus Africam, Aegyptum,
Cyprum ab imperio avulsas vidit. Tot
taediis animum depascentibus vagus de-
inceps in Italiam trajicit, belloque Lon-
gobardis indicto victor primum, deinde
victus, expilata Roma in Siciliam trans-
it, et aliquot ibi annis exactis Syracu-
sis interficitur anno 668. Tanta mala
orthodoxi scite a divina ira repetivere,
quod is avi Heraclii exemplo Monothe-
litas impenſius fovit.

Numi:

D. N. CONSTANTINVS. PP. AVG.
aut similiter.

Protome adverſa cum proluxa et la-
ta barba (quae fere criterium numo-
rum hujus Augusti conſtituit) d. globum
crucigerum.

D. N. CONSTANTINVS. C. CON-
(Vol. VIII.)

STAN. aut ſimiliter.

Protomae duae, quarum illa, quae
a dexteris eſt, ſimilem barbam promiſ-
ſam habet.

Partes averſae :

ANNO additis variis numeris. AE,
variae formae.

Annus poſtremus hactenus repertus
XXII.

DEVS. ADIVTA. ROMANIS. *Cruz*
inſiſtens gradibus. AR. m. m. (Muſ.
Caef.)

Hoc numorum genus inde ab Hera-
clio I. non infrequens.

VICTORIA. AVG. *additis notis arith-*
meticis. Duo impp. ſtantes cultu ſolito.
In aliis: *Cruz inſiſtens gradibus.* AV.

M magnum, in AE. variae formae.

VICTORIA. AVG. Θ: Protome
Ff

Caput diadematum cum margaritis, in quinariis AV.

Duae protomae impp. cum stemmatibus crucigeris, nempe Pogonati et filii Iustiniani.

Partes aversas.

ANNO additis variis numeris, et K vel M magno. AE. variae formae. (Band. Tanini.)

Numerus maxime protractus est X 4 III in aeneo maximi moduli apud Taninium.

VICTORIA. AVG. *scriptura plerumque barbara, et variis typis, ut in moneta patris. AV.*

I. vel K. vel M magnum, vel numerus XX. AE. omnis formae.

D. N. SVICTORIA. *Protome adversa.*

VICTORIA. AVGVSTV. *scriptura barbara. Crux super gradibus, in imo CONOB. AV. (Mus. Caes.)*

Mira capitis epigraphe, si quid hoc aevo mirum videri potest.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei max. mod.	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei reliqui	2	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

IVSTINIANVS II. Rhinotmetus.

Duodennis a patre Constantino Pogonato imperator dicitur anno 670, post cujus anno 685 excessum solus imperio praest. Bella cum Saracenis et Bulgaris vario Marte gessit. Cum propter avaritiam et crudelitatem omnium in se odia concitasset, a Leontio copiarum Orientis duce capitur, resectisque naribus, unde *Rhinotmeti* illi nomen haesit, Cherstonam mittitur anno 695. Tolerato X annorum exilio ope Bulgarorum restituitur quidem, verum cum crudelitatem supra quam credi potest, intenderet, in ejus locum Philippicus

Bardanes imperator acclamatur, ipse inter has turbas violenta morte occumbit anno 711.

Vxor *Theodora*, mater *Tiberii IV.* qui in numis saepe cum patre sociatur, idem quoque cum patre fatum expertus.

Numi:

D. N. IVSTINIAN. PP. AV.

D. IVSTINIANVS. SERV. CHRISTI. *Imperator flans d. crucem gradibus insistentem apprehendit.*

Novus Augustorum titulus se servos
Ff 2

Christ! profitentium.

D. N. IVSTINIANVS. MVLTVS. A.
vel AN.

Nova formula, qua Augustis *multos annos* precabantur, et quae in locum VOTIS. V. MVLTIS. X. successit. Dicebatur autem: *πολυχρονίζειν τας βασιλεις, imperatoribus longam vitam precari*. Vide, quae ad numos similes notavit Ducangius. ^{a)})

Protome adversa cum Remmate crucigero d. crucem, s. globum crucigerum, globo inscriptum PAX.

D. N. IVSTINIANVS. ET. TIBERI-
VS. PP. Protomae duae; Iustinianus
major et barbata, filii Tiberii IV. mi-
nor et imberbis, dexteris stantem inter
eos crucem adprehendunt.

De sociato filio Tiberio IV. paullo
altius egimus.

Partes averſae :

ANN. XX. *in medio magnum K vel M.*

AE. III. (Tanini.)

D. N. IHS. ChS. REX.* REGNANTI-
VM. *Protome Christi prominens pone cru-
ce dexteram benedicens more erigit, f.
librum Evangeliorum.* AV.

Nova epigraphe et typus, deinceps
in numis perfrequentes.

IHS. CRIST. D. F. REX. REGNAN-
TIVM. *Similis protome.* AV. (Mus. Com.
de Vitzai.)

Singulare in hoc literae initiales D.
F. id est, *Dei Filius*.

VICTORIA. * AVGV. * *Cruz inflexa*
gradibus. AV. (Band. Tanini.)

K ^{*}inter duas ^{*}cruces, in imo PAX. AE.
III. (Tamini.)

Apparet ex numis, *Facem* Iustiniano magnopere fuisse expetitam. Eam etiam supra globo crucigero inscriptam vidimus.

PRETIVM.

[illegible]

TIBERIVS IV.

Iustiniani II. filius, de quo, et de cujus numis egimus in monetâ patris.

LEONTIVS II.

Orientalis exercitus dux primum, dein regendae Graeciae praefectus exso

a) Dissert. de inf. aevi num. § 43.

omnibus Iustiniano ad capiendam purpuram arcessitus imperatorem facile in potestatem redigit, et truncato naso Cherfonam relegat anno 695. At cum bellum cum Saracenis infelicitur caderet, in ejus locum Tiberius V. vulgo Abfimarus sufficitur, qui victum Leontium relictis naribus in monasterium detrudit anno 698. Eum post annos VII. Iustinianus II. solio restitutus in Circo ultimo supplicio adfecit.

Numi:

D. LEONTI. A. *Protome adversa diademata d. globum crucigerum.*
VICTORIA. AVGVS^o *Cruz oblonga,*
in imo CONOB. AV. (Tanini.)

Numos alios, qui hactenus ab antiquariis huic Leontio tribui consuevere, restituendos censemus Leontio I. Eos vide descriptos post monetam Zenonis Aug. pag. 201.

PRETIVM.

Aurei RRRR.

TIBERIVS V. *Abfimarus.*

Tiberius, cum privatus adhuc esset, dictus *Abfimarus*, adversus Leontium creatus Augustus in Creta, et Constantinopolin appulsus aemulum solio deturbat anno 698. Ipse a Iustiniano II. exule in urbem furtive illapso capitur, et vita privatur anno 705.

PE. AV.

Protome adversa cum stemmate crucigero d. hastam transversam pectori praetentam, s. clypeum, in quo eques.

Partes aversas:

VICTORIA. AVG. *vel similiter, scriptura valde barbara. Cruz super gradibus, in imo* CONOB. AV. (Mus. Caes. Band.) AR. (Tanini.)

D. TIBERIVS. PER. vel: PP. vel

PRETIVM.

Aurei RR.
Argentei RRRR.

FILEPICVS *Bardanes.*

Bardanes Iustiniani II. odio dictus Augustus urbe regia facili victoria potitus

aemulum cum filio occidit, et Filepici sibi nomen imponit anno 711. Ipse propter vitae improbitatem ac sordes a conjuratis purpura et oculis privatur anno 713, cum annum cum semisse regnasset.

te crucigero d. globum crucigerum, f. scipionem cum aquila.

VICTORIA. AVGV. *additis numeris Graecis. Crux super gradibus, in imo* CONOB. AV. (Mus. Caef.) AR. (Tanini.)

Numi :

D. N. FILEPICVS. MVLTOC.
AN. *Idem typus.*

D. N. FILEPICVS. MVLTVS.
AN. *Protome aduersa cum stemma-*

VICTORIA. IVSTA. *Crux super gradi-*
bus, in imo CONOB. AV. (Band.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

ARTEMIVS ANASTASIVS II.

Pro Filepico ad purpuram vocatus anno 713, quo minus impendere curas reip. posset, militum seditione avocatus est, qui Theodosium quemdam Augustum constituerunt. Bello civili inferior imperium abdicat, et Thessalonicam recedit anno 716. Amissa subinde recuperandi cupidus ab imperante tum Leone III. mori iubetur anno 719.

Numi :

D. N. APTEMIVS. (*sic*) ANASTASIVS. MVL. *Protome aduersa cum stemmate crucigero d. globum crucigerum, f. volumen.*

VICTORIA. AVGV. *additis numeris Graecis. Crux super gradibus, in imo* CONOB. AV. (Mus. Caef. Tanini.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei et aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

THEODOSIVS III. Adramytenus.

Tributorum apud Adramytium exactor a refractariis Anastasio militibus reluctantans imperator creatur anno 715,

verum comperto, eum bello adversum Saracenos gerendo imparem fore, facile, ut purpuram poneret, persuaderi

THEODOSIVS. III. LEO III. ISAVRVS. 231

se passus est, quo facto inter clericos adscriptus est anno 717.

Protome adversa cum stemmate crucigero d. globum crucigerum, f. volumen.

Numi:

VICTORIA. AVG. *Cruce super gradibus, in imo CONOB.* AV. (Band. Tadini.)

D. N. THEODOSIVS. AVG.

PRETIVM.

Aurei	RRR.
Argentei et aenei	O.

LEO III. Isaurus.

Obscura in Isauria prosapia genitum fortuna ad summa primum munia evehit, deinde ad imperium ipsum, posteaquam Theodosius purpuram sponte abiecit anno 717. Saracenos Constantinopolin ipsam obsidentes fortiter repressit. Illato sacris imaginibus bello piorum animos plane a se avertit, quo factum, ut passim provinciae ab eo deficerent, et Italia in libertatem sese adfereret. Moritur anno 741.

Vxor *Maria*, ex qua nata *Anna* nupta Artavasdo, de quo infra, et *Constantinus* Copronymus, qui successit.

Numi:

Vt multa in disponendis hujus aevi numis sunt incerta, sic ratio nulla satis idonea, quae persuadeat, qui numi Leoni III., qui IV, V, VI sint applicandi. Postremus post alios in his fingendis laboravit Sestinius, *) deditque amplum numerorum catalogum, qui Leo-

nis nomen inscriptum offerunt, eosque singulos certo cuiuspiam Leoni, ut sibi visum est, tributos. Verum neque hic, ut optaveram, satisfecit, cum plerumque iudicii sui causam nullam adferat, raro solidam, quod evenire debuit nullis, aut infirmis ad dispellendas has tenebras subsidiis adjuto. Quo minus addita filiorum nomina possint lucem suppeditare, in causa est, quod forte accidit, ut omnes hi quatuor postremi Leones filium singuli haberent dictum Constantinum. Nos horum numos verisimili quadam ratione collocabimus, atque ubi ne veri quidem speciem habebimus, istud ipsum incertum indicare non verebimur.

Numi Leonis III. solius.

D. LEON. PP. AV. *vel:*
NO. LEON. P. A. MVL. *vel similiter.* *Protome adversa cum stemmate crucigero d. volumen, f. globum crucigerum.*

*) Lettere Tom. II. pag. 91.

VICTORIA. AVGV. *vel similiter. Crux insistens gradibus.* AV. (Muf. Caef. Tanini.) AE. III. (Tanini.)

Numi Leonis III. et Constantini V. filii.

Sunt numero praecedentibus multo frequentiores.

D. N. LEON. P. A. MVL. *Protome aduersa cum stemmate crucigero d. globum crucigerum, s. volumen.*

D. N. CONSTANTINVS. NE. *Similis protome.* AV. AR. AE. III. (Muf. Caef. Tanini, Seflini.)

D. N. LEO. P. A. MVL. *Similis protome.*

D. N. CONSTANTINVS. *Protome super basi, ad ejus finistram crux, infra M, ad latera hinc ANNO, inde XX.* AE. II. (Muf. Caef.)

LEON. S. CONST. *Protome Leonis et Constantini cum stemmate crucigero.*

M, *ad cujus latera hinc XXX, illinc NNN,*

supra crux. AE. II. (Muf. Caef.)

Taedet omnes epigraphes modos, sola plerumque monetariorum ruditate diversos, nullumque adeo facturos operae pretium commemorare. Hos qui plene nosse volet, adeat Bandurium, Taninium, Seflinium.

Numi Leonis III., Constantini V. filii, et Leonis IV. nepotis.

D. LEON. P. A. MVL. *Protome aduersa cum stemmate crucigero d. crucem.*

CONSTANTINOS. S. LEON. O. NEOS. *Protomae duae aduersae,* AV. (Muf. Caef.)

Numi hi imperante Leone III. signari non potuerunt; nam quo is tempore fatis celsit, Leo IV. nepos natus nondum fuit. Cui ergo sunt intra imperium Constantini V., qui patris memoriam renovatam voluit. Eundem Leonem III., sed ut avum, propositum videbimus in numis Leonis IV.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

CONSTANTINVS V. Copronymus.

Leonis III Isauri filius, quod baptismo admotus Iustrialem aquam inquinaverat, unde ejus impietatem praeflagavit urbis patriarcha haruspex, convicio *Copronymus* dictus est. Annus illi natalis 719, sequente dictus imperator,

patrique successit anno 741. Artavas dum sui odio Augustum renunciatum vincit, et oculis orbat. In bellis adversum Bulgaros et Saracenos felix, sed laboravit crudelitatis infamia. Sacris etiam imaginibus patris exemplo

bellum indixit, quin negasse Christum ipsum, ejusque matrem fertur. Moritur anno 775.

Vxor I. Irene, mater Leonis IV., qui successit.

Numi:

Eos, in quibus jungitur cum patre Leone III., vide in hujus moneta.

D. N. CONSTANTINO. PP.
Protome imberbis cum stemmate crucigero d. globum crucigerum.

VICTORIA. AVG. - - Crux. AV. AR.
(Band. Tanini.)

Vix alii certi hujus Augusti numi habentur. Si qui sunt alii, forte cum aliorum Constantinorum numis permixti sunt.

PRETIVM.

Aurei	R.
Argentei	RR.
Aenei	RRR.

ARTAVASDVVS et filius NICEPHORVS I.

Artavasdus thematis Armeniaci dux a Leone III. ob praestitam sibi fidem conjugium filiae Annae et Curopalatae dignitatem adeptus est. Mortuo Leone anno 741, cum averfos a filio Constantino V. omnium animos videret, obsequium exiit, eoque fugato Constantinopoli imperator agnoscitur circa annum 742, et sequente filium Nicephorum conlegam cooptat. Versa fortuna ab aemulo Constantino V. vincitur, et cum filiis oculis privatur anno 743.

Numi:

Hos Bandurio ignotos serius aevum protulit.

D. NO. ARTAVASDO. *Protome*

adversa d. globum crucigerum.

D. NO. CONSTANTINVS. *Protome adversa d. globum crucigerum, in aera duo astra.* AV.

Numum hunc, olim musei de Cleves, edidit Iobertus addito iconismo.^{a)} Quod in numo sibi sociaverit Constantinum V. aemulum, et natura hostem, istud mirum sane videatur. Neque enim historia meminit, inter utrumque aliquando pacem et foedus constituisse.

G. ARTAVASDOS. MVLTV.
Protome adversa cum stemmate crucigero d. crucem ante pectus.

L. NICEPHORVS. MVLTV. A. *Protome juvenilis simili cultu.* AV. AR.

Aureum dedit Pellerinius, ^{b)} argen-

a) Science des Méd., Tom. II. pag. 386.
(Vol. VIII.)

b) Mel. I. pag. 171.

teos binos addidit Taninius. Praeclare confirmant eâ, quae de Nicephoro filio imperii conlega prodidere scriptores.

PRETIVM.

Aurei et argentei - - - - - RRRR.

LEO IV. Chazarus.

Pater illi Constantinus V. Copronymus, mater Irene Chazarorum Chagani filia, a qua illi *Chazari* cognomen adhaesit. Natus anno 750, sequente imperator dicitur. Patris anno 775 mortui successor, quod haereticum se palam professus est, popularium odium incurrit. Gemmarum tactus cupidine cum coronam pretiosis lapillis distinctam, quam Mauricius in ecclesia dedicaverat, capiti imposuisset, erumpentibus ex capite carbunculis, ut ferunt ejus aevi scriptores, paullo post diem obiit anno 780.

Vxor Irene Attica, unde filius *Constantinus VI.*, qui successit.

Numi:

Praefatus sum ad numos Leonis III., difficile esse inter numos trium postremorum Leonum discrimen. Neque etiam Bandurius reperit numum vel unicum, quem Leoni IV. confidenter tribueret. Monui eodem loco, cl. Sestinium ope numorum musei Ainslieani certiora constituisse conatum, ex cujus dictatis en tibi numos, quos Leoni huic commodare proprios dabimus.

LEON. VSSESSON. CONSTAN-

TINOS. O. NEOS. *Leo IV. et Constantinus VI. cum stemmatibus crucigeris sedentes d. volumen tenent, superne crux.*

LEON. PAP. CONSTANTINOS. PATHR. *Protomae duae Leonis III. et Constantini V. cum stemmate crucigero, in medio crux. AV.*

Numum hunc dedere Bandurius, et auctor musei Theupoli. Vterque eum Leoni VI. adjudicavit, et in excipienda vera inscriptione peccavit. Epigraphen, quam coram dedi, hausit Sestinius ex binis musei Ainslieani. Praeclare is conjecit, ^{a)} in hujus numi antica filii Leonem IV., et hujus filium Constantinum VI., in averfa Leonem III., et Constantinum V., Leonis nostri avum et patrem, quam sententiam addita quoque vocabula stabiliunt. Nam Leo partis averfae dicitur PAP., et vox *παππος* significat *avum*, non quidem, ut ait Sestinius, tanquam *vox vernacula barbara*, sed pure et antiquae Graecae, nam ea usi jam sunt Plato et Aeschines, aliique. Atqui Leonis IV. avus fuit Leo III. CONSTANTINOC. PATHR pro PATER se ipsum explicat. Quid significet barbarum verbum VS-

a) Lettere Tom. II. pag. 95.

SESSON partis anticae, nemo hactenus idonee explicare potuit.

Numos alios quos Sestinius Leoni IV. largitur, vide descriptos in moneta Leonis VI.

ΛΕΟ. *Imperator stans cum diadmate crucigero d. crucem oblongam, f. globum crucigerum.*

Epigraphe Arabica. *M magnum, superne monogramma XP.* AE. III.

ΔΑΜΑΚΟC. *Idem imperatoris stantis typus.*

Eadem aversa. AE. III.

ΔΑΜΑΣΚΟC. *Idem imperatoris stantis typus.*

Α P
M
N Ω
O
ΔΑΜΑ.
nullo alio typo. AE.

Dedit hos numos Sestinius variis operis sui locis, et quidem Tomo II. pag. 87, 97 et 201, Tomo III. pag. 180. Aliquorum iconismi sunt tabula V. n. 6.

7. 8. Sunt in museo Ainslieano, et teste Taninio, qui eosdem numos refert, ^{a)} etiam in Borgiano. Sestinius, quem sequitur quoque Taninius, epigraphen Arabicam reddit: *Chazarus cufus Damasci.* Erit ergo verbum *Chazarus* nomen, quod Leoni IV. a materna origine inditum fuit, ut diximus. Cl. Adlerus, qui serius binos numos priores vulgavit quoque, ^{b)} legit: *Cufus Damasci. Chazarus.* Interea non ob stare existimat Sestinius, pro *Chazar* legi etiam posse *Chadar* reddito Arabice *Leonis* nomine, nam vocabulum illud Arabibus leonem significat. Quae posterior sententia multo mihi videtur probabilior, quia *Chazarus* verum ac legitimum nomen Leonis nostri non fuit, sed tractum a matre, et tantum a vulgo superadditum, qualia nomina a variis causis adjecta non facile monumentis publicis inferi consuevere. Causas, cur hos numos Sestinius huic potius Leoni, quam ejus nominis alteri proprios velit, auctor copiose proponit, quem adi. ^{c)}

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

IRENE.

Athenis oriunda Leonis IV. uxor. Marito anno 780 vita functo imperium

a) Pag. 416. b) Mus. Cusc. Borg. Pars II, edit. II. Altonae 1795. pag. 170. c) Tom. II. pag. 87.

pro filio Constantino VI. tutorio nomine administravit. Imaginum cultum co-acto Nicaeae concilio restituit. Post annos X. a filio materni jugi impatiente in ordinem redigitur, rursus prae-valet, filioque effossis oculis inutili redito veterem auctoritatem usurpat, donec a Nicephoro Logotheta capta anno 802, et in Lesbum deportata est, ubi anno sequente exstinguitur.

Numi:

EIPINH. BASILISSH. *Protome Irenes adversa d. globum crucigerum, f. crucem.*

Eadem in averfa epigraphe, et typus. AV. (Band. Tanini.)

Numos, in quibus jungitur cum Constantino VI. filio, vide continuo in hujus moneta.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei in aumis filii	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	O.

CONSTANTINVS VI.

Ex Leone IV. et Irene natus anno 771. Mortuo anno 780 patre, cum ipsum decennium matris tutelam pati cogeretur, hac tandem per vim amota solus imperat. Post annos VII. mater impotens et ambitiosa suae ope factionis filio oculos eruit, qui paullo post vivendi finem fecit anno 797.

Numi:

CONSTANTINOS. BAS. *Caput diadematum d. globum crucigerum.*
IRINH. ATOVSTI. *Caput Irenes d. globum crucigerum, f. crucem. AV. (Tanini.)*

CONSTANTINOS. S. IRINI.
EC. ΘΕΥ. BASILIS. *scriptum in area numi.*
IHSVS. XPISTVS. NICA. *Crux insists*

gradibus. AR. (Tanini. Com. Vitzai.)

Numum similem vide in moneta patris Leonis IV. EC. ΘΕΥ Graecum est, sed scriptum literis mixtis Graecis et Latinis pro EK. ΘΕΟΥ.

† CONSTAN. *Protome adversa d. sceptrum.*

O. A. ΔΙΜΙΤΡΙ. *Protome adversa nimbat. S. Demetrii d. hastam. AE. III. (Pellerin Mel. I. pag. 222.)*

Proponitur in averfa O Αγιος ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, qui imperante Gal. Maximiano martyrium Thessalonicae passus est, de quo vide plura in numis Theodori Ducae. Sitne hic numus hujus Constantini, et non potius alterius ex sequentibus, minus certum, dubitante etiam ejus numi praecone Pellerinio.

. NICEPHORVS II. LOGOTHETA. STAVRACIVS. 237

Taninius huic Augusto plures aureos tini esse non posse. Bandurius hujus applicat, in quorum averfa legitur: Augusti numum unicum adfert, eumque IHS. XS. REX. REGNANTIVM, ve. singularem captum ex Octavio Strada, rum non probat, eos alterius Constan- sublesta adeo fidei.

PRETIVM.

Aurei	RRR.
Argentei	RRRR.
Aenei incerti.	

NICEPHORVS II. Logotheta.

Seleucia adveetus, patricius et logotheta generalis Irenen Augustam folio deturbavit anno 802. Non multo post filium Stauracium sibi sociat. Homo omnibus vitiis coopertus in praelio adversum Bulgaros perit anno 811.

Numi:
NICEFOROS. BASILE. *Protome*
adversa cum stemmate crucigero d.
crucem, f. volumen.

STAVRACIS. DESPOIE. (*fic*) *Protome*
juvenilis cum stemmate crucigero d. globum
crucigerum. AV. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Aurei	RR.
In aliis metallis	O.

STAVRACIVS.

Nicephori filius, et in imperio collega. In praelio adversum Bulgaros, in quo pater periit, ipse graviter sauciatus, delatusque Constantinopolin vicariam potestatem transferre in uxorem Theophaniam parabat, sed praevenit Michael Rhangabe, quo sibi purpuram vindicante anno 811 Stauracius monasterio

se inclusit, ibique anno sequente vitam finit.

Numi:

In his cum patre junctam jam vidimus, neque ejus solius alii exstant. Quem citat Bandurius, nonnisi Stradam auctorem habet.

MICHAEL I. Rhangabe et Curopalata.

Theophylacti filius, ab avo dictus Rhangabe, subinde, ducta Procopia Ni-

cephori II. filia, Curopalata. Hoc in pugna caeso delatum sibi imperium primo recusavit, verum audito, a Stauracio oculis suis insidias comparari, purpuram induit anno 811. Vt praeclaris animi dotibus ornatus fuit, sic in praelio adversum Bulgaros infelix. Hinc concepta aegritudine, cum nuntii venirent, Leonem Armenium a militibus imperatorem adclamatum, lubens purpuram monachi habitu mutavit, cum annum unum, menses IX. imperasset.

Numi:

MIXAHA. BACIAE. *Protome d. labarum, f. globum crucigerum.*

IC. XC. *Protome Christi.* AV. AE. II. (Band.)

MIXAHL. *Similis protome.*

MIXAHL. *Similis protome.* AV. (Band.)

Nulla certa est ratio, numos hos huic Michaeli prae aliis tribuendi. In hoc ambiguo hanc illis stationem adsignare aliis, mihi que placuit.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

LEO V. Armenius.

Natione Armenius, unde et cognomen illi accessit. Imperatoriam majestatem deturbato Michaeli sibi paravit anno 813. Hominem scelestum, ac perjurum, tantoque magis scriptorum calumniis petatum, quanto monachis ac clero infensorem se praebuit, inter sacra conjurati confecerunt anno 820.

Filium habuit *Constantinum*, quem sibi conlegam adscivit, sed qui post patris caedem membris mutilatus, relictusque miseram deinceps vitam duxit.

Numi:

Nullum hujus Leonis numum conspiciendum dedit Bandurius. Sequentem

dedit Sestinius, *) et pictum sitit tabula III. postremum:

ΔΕΟ. ΔΕCΠ. *Leo adversus stans,*
ΚΩΝΣ. ΔΕC. *Constantinus filius adversus stans.* AE. III.

Quatuor fuere Leones, III. IV. V. et VI, qui Constantinum filium imperii conlegam habuere. Cur numum hunc Leoni V. adscribat, in causa est, quod vocabulum ΔΕCΠΟΤΗC non nisi post Leonem IV. usurpari in numis coepit. Possumus in hoc judicio acquiescere, quando solidius aliud praesto non est.

Alii, quos variorum catalogi huc vocavere, nullum idoneum criterium suppeditant. At enim numi plerique, quos in Leonem VI. transferunt antiquarii,

a) Lettere Tom. II. pag. 84.

et quos in hoc describemus, nescio, cur non et huic nostro possint applicari. Examina, si tanti putas.

MICHAEL II. Balbus.

Phryx Amorianus propter linguae vitium vocatus Balbus, Leoni V. primum charus, deinde propter conviciorum acrimoniam coniectus in vincula in eo erat, ut temeritatem morte lueret, cum a conjuratis caeso Leone e carcere protractus summae rei praeficeretur anno 820. Multa a Saracenis patitur, qui imperio Cretam et Siciliam detraxere. Mortuus ipse anno 829.

Vxor Thecla, ex qua natus Theophilus, de quo infra.

Numi Michaelis II. solius.

MIHAIL. BASILEYS. RM. (sic)
Protome adversa cum stemmate crucigero d. labarum, f. globum crucigerum, a dexteris e coelo manus apparet.

IHS. XIS. REX. REGNANTIVM. Protome Christi. AV. (Tanini.)

MIXAHL. EC. ΘET. PISTOS.
BASILEVS. POMAIQN scriptum in medio numo.

IHSVS. XRISTVS. NICA. Crux gradibus insists. AR. (Tanini.)

Vtrumque numum Taninius nulla sa-

tis certa causa huc transfert, et nescio, cur prior aureus potius sit Michaeli II., quam hujus nominis primo tribuendus. Vox ΠΙΣΤΟΣ, *fidelis*, hoc adhuc aevo infrequens, post II. saecula frequentior. Bandurius nullum Balbi solius numum recensuit, omnes cum sociato Theophilo.

Numi Michaelis II. cum filio Theophilo.

MIXAHA. vel: MIXAHL. BASILEVS. vel BA. Protome cum stemmate et globo crucigeris.

ΘEOFIL. vel: ΘEOFILO. DESPIX vel similiter barbare. Protome similis. AV. (Band. Mus. Caes.)

MIXAHL. S. ΘEOFILE. EC. ΘET. BASILIS. ROMAION, scriptum in area numi.

IHSVS. XPISTVS. NICA. Crux super gradibus. AR. (Tanini.)

MIXAHL. S. ΘEOFILOS. Protomae utriusque.

M magnum, hinc XXX. illinc NNN, supra crucicula, infra, Θ. AE. I. II. III. (Mus. Caes. Band.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

THEOPHILVS.

Michaelis II. Balbi filius patri sociatur anno 821, eique anno 829 mortuo succedit. Gravissimis bellis a Saracenis exagitatus moritur anno 842.

Vxor Theodora, unde Michael III. et forte Constantinus imperii conlegae.

ΘEOFIL. BASIL. *Protome cum stemmate crucigero d. crucem, f. volumen.*

M magnum, ad cujus latera hinc XXX, illinc NNN, supra crux, infra Θ. AE. II. (Mus. Caes.)

Numi:

Eos, in quibus jungitur cum patre, vide in hujus moneta.

Numi Theophili cum filiis Michael III. et Constantino.

Numi Theophili solius.

ΘEOFILOS. *Protome cum stemmate crucigero, d. globum crucigerum.*

ΘEOFILOS. *Similis Protome.* Quin. AV. (Mus. Caes.)

ΘEOFILOS. BA. *Protome similis.*

ΘEOFILOS. BA. *Imperator crucem tenens.* AV. (Band.)

ΘEOFIL. BASIL. *Imperator stans galea cristata d. labarum, f. globum crucigerum.*

ΘEOFIL. AVGOVSTE. SV. NICAS, *sine typo,* AE. II. (Mus. Caes.)

ΘEOFILOS. BASILE. *Protome d. globum crucigerum.*

CVRIE. BOHΘH. TO. SO.)OVLO. E. *Crux.* AV. (Mus. Caes.)

Numum hunc jam olim vulgavi, ^{a)} dixique, averfae epigraphen hactenus novam sic purius Graece efferendam: ΚΤΡΙΕ. ΒΟΗΘΕΙ. ΤΩ. ΣΩ. ΔΟΤΑΩ. *Domine, auxiliare tuo servo.*

Vtrum sociati in his numis Michael et Constantinus Theophili filii sint putandi, gravissima dubia, ac jure quidem movet Begerus, ac primum quidem causa Michaelis, quem numi hi barbatus proponunt, cum tamen puer admodum fuerit, quando pater diem obiit. Constantini ex Theophilo nati veterum nullus meminit. Iusta esse haec dubia non inficiatur Bandurius, sed causam rejicit partim in historiae ejus aevi caliginem, partim in monetariorum ruditatem, infirmo sane effugio, sed quo tamen nos ipsos solamur; nam etsi difficultatem agnoscimus, adferre tamen causae desperatae remedium non valemus.

ΘEOFILOS. BASILE. Θ. *Protome cum stemmate crucigero d. crucem, f. volumen.*

MIXAHL. S. CONSTANTIN. *Protomae duae Michaelis barbata, Constantini imberbis cum stemmate crucigero.* AV. AE. III. (Mus. Caes.)

a) Sylloge I. pag. 112.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei variae formae	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

THEODORA Theophili cum filia THECLA.

Mortuo marito pro filio puero Michaele III., donec adolesceret, imperium administravit. A filio subinde palatio pulsa in monasterium migravit anno 857.

Thecla Theophili et Theodora filia a fratre Leone eodem quo mater anno ex aula exacta palatii tum turbas monasterii solitudine commutavit.

Numi:

ΘΕΟΔΟΡΑ. DESPOVNA. *Protome adversa cum stemmate crucige-*

ro d. globum crucigerum, f. crucem oblongam transversam,

MIXAHL. S. ΘΕCLA. *Michael III. puer stans a dexteris cum stemmate crucigero, a sinistris Thecla cum stemmate crucigero d. crucem.* AV.

Primus hunc numum vulgavit Ducangius, sed metallum non addidit, secutus Taninius aureos binos ejusdem argumenti reperit. Numi hi sunt rarissimi.

Numum, in quo Theodora jungitur cum Michaele filio, vñde continuo in hujus moneta.

MICHAEL III.

Theophili et Theodora filius natus anno 836 continuo Augustus a patre appellatur. Mortuo anno 842 Theophilo mater pro filio impubere reip. praest, sed hanc filius anno 857 materna monita pertaesus aula ejecit, solusque deinceps imperans Ignatio patriarchae Constantinopolitana sede deturbato famigeratum Photium sufficit. A Basilio Macedone, quem anno 866 imperatorem dixerat, vir omnium flagitiorum occiditur anno 867. Caruit probis.

(Vol. VIII.)

Numi:

MIXAHL. S. ΘΕΟΔΟΡΑ. *Duae protomae, a dexteris Michaelis, a sinistris matris Theodora.*

IHSVS. KRISTOS. *Protome Christi.* AV. (Mus. Caes.)

Eadem adversa.

IHS. XIS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Tanini.)

MIXAHL. *Protome adversa cum stemmate crucigero d. globum crucigerum.*

Hh

BASILIVS I. MACEDO.

Eadem adversa. AV. (Tanini.)

MIXHAEL. IMPERAT. *Proto-*
me adversa d. globum crucigerum.

BASILIVS. REX. *Protome Basilii adver-*
sa. AE. I.

Singularem hunc numum narrat Taninius exstitisse in museo Savorgnan, et a cl. Liruti vulgatum, et illustratum. Nuper etiam museo Caesareo accessit.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.

BASILIVS I. Macedo.

Humili profapia in Thracia natus, e Macedonia Constantinopolin profectus, commendatusque Michaeli III. ad amplissimos ab hoc honores evectus, quin et adoptatus et imperator appellatus est anno 866. Ejus alienatum a se animum eum videret, et in alium inclinare studia, praeveniendum periculo ratus suum ingratus benefactorem obtruncat anno 867, et imperium solus retinet. Anno sequente Ignatium patriarcham exulem pulso Photio restituit quidem, cum tamen mortuo post Ignatio revocat, auctorem continuo schismatis, quod hodieque Latinam Graecamque ecclesiam separat. Moritur Basilius anno 886.

Vxor *Eudocia Ingerina*, ex qua nati *Constantinus* vivo adhuc patre mortuus, *Leo VI.*, et *Alexander*.

Numi Basilii I. folius.

BASILIVS. BASILEVS. *Basilius adversus sedens cum stemmate crucigero dextera quid tenet.*

BASILIOS. EN. ΘEO. BASILEVS. RO-MEON. *scriptum in medio numo.* AR. AE. II. (Band. Mus. Caes.) In aliis: IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Band.)

* * *

Numi Basilii I. cum filiis Constantino VIII. et Leone VI.

BASIL. C. CONSTANTI. BA. in aliis: BASILIOS. ET. CONSTANT. AVGG. B.

Protomae duae cum stemmate crucigero d. crucem una tenent.

IHS. XRS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Mus. Caes.)

BASILIOS. CE. CONSTANTIN. PISTV. BASILIS. ROMEO. in area numi.

IHSVS. XRISTVS. NIKA. *Cruz super gradibus.* AR. m. m. (Tanini.)

BASIL. S. CONST. BA. *Duo imperatores sedentes labarum una tenent.*

BASILVS. S. CONSTANTINOS. EN. qui filiorum alterum Leonem conjun-
 GO. BASILEIS. POMAION. *scriptum* git.

in medio numo.

Video, ab antiquariis omnibus numos, quos hoc articulo descripsi, huic Basilio, filioque Constantino tribui, neque causam adferre, cur huic potius, quam Basilio II. sint adjudicandi, qui fratrem Constantinum imperii socium habuit. Certus hujus Basilii est sequens,

LEON. BASIL. CONST. AVGG.
Protome media altior Basilii inter duas minores Leonis VI. et Constantini filiorum.

BASIL. CONSTANT. S. LEON. EN.
 GO. BASILS. ROMEON. *scriptum in medio numo.* AE. II. (Mus. Caes.)

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

CONSTANTINVS VIII.

Basilii I. et Eudociae filius, anno 868 dictus Augustus ante patrem puer moritur anno 879.

Numi:

Eos, in quibus sociatur cum patre, et fratre Leone VI., continuo vidimus, neque alii hactenus reperti, qui eum solum sisterent.

LEO VI. Sapiens.

Basilii I. filius alter quinquennis imperator dicitur anno 870, insidiarum in patrem accusatus in vincula conjicitur, sed non convictus absolvitur, mortuoque paullo post patri succedit anno 886. Varia, ac plerumque infelicia cum barbaris bella gessit. Moritur anno 911.

Vxor IV. Zoe Carbonopsina, mater IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Tanini.)

H h 2

Numi Leonis VI. solius.

LEON. EN. XΩ. BASILEVS.
 ROM. *Protome crucigera aduersa cum stemmate crucigero d. labarum, f. volumen.*

LEO VI. SAPIENS. ALEXANDER.

LEON. EN. XΩ. EVSEBHS.
BASILEVS. RΩMAIΩN, *scriptum in medio numo.*
IHSVS. KRISTVS. NICA. *Cruce super gradibus.* AR. (Mus. Caes.)

LEON. BASILEVS. ROM. *Imperator cum stemmate crucigero, s. volumen.*

LEON. EN. ΘΕΟ. BASILEVS. ROMEON, *in medio numo.* AE. omnis formae. (Band. Tanini. Mus. Caes.)

Hos numos Leoni VI. dedicant Bandurius, Taninius, Sestinius, at cur exclusum velint Leonem V., rationem justam non adferunt. Ego sane ejus iudicii causam idoneam non reperi.

LEON. EN. XΩ. BASILEVS.
ROMAIΩN. *Protome adversa barbata cum stemmate crucigero.*

MARIA. MA. ΘV. *Protome adversa velata deiparae expansis manibus.* AV. (Pellerin Mel. I. pag. 172.)

Praeclarum hunc numum hujus esse Leonis modeste tantum conjicit Pellerinius.

Numi Leonis VI. cum filio Constantino X.

LEON. S. CONSTANTINE. EC.

ΘΕV. BASILIS, *scriptum in area numi.*

IHSVS. KRISTVS. NICA. *Cruce gradibus insists.* AR. (Sestini Tom. II. pag. 96.)

LEON. S. CONSTANTINE. EC.
ΘΕV. BASILIS. ROMAION, *scriptum in area numi.*

IHSVS. KRISTVS. NICA. *Cruce gradibus insists.* AR. (Sestini Tom. II. pag. 99.)

Numum priorem Sestinius tribuit Leoni IV., alterum Leoni VI. In utroque nullum reperias discrimen, nisi quod in altero additur vocabulum ROMAION, quod sive additum, sive omis- sum an utrumque numum satis discrimi- net, mecum credo omnes ambigent. Nullus dubito, utrumque unius esse Le- onis, an Leonis IV., an VI., an etiam V., quia rationem discriminis aptam non reperi, non decido.

Numi Leonis VI. cum fratre Alexandro.

Soli hi in certis hujus Leonis numis sunt habendi, sed quos proxime dabi- mus.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

ALEXANDER.

Tertius Basilii filius jam a patre Augustus appellatus honorem hunc per fratris

ROMANUS I. LECAP. CRISTOPH., STEPH., CONST. IX. 245

etiam imperium retinuit. Hic postea-
quam decessit, tutorem Constantini im-
pueris Leonis filii egit, sequente an-
no 912 exstinguitur.

Numi :

LEON. S. ALEXANGROS. (sic)

PRETIVM.

Aenei tantum I. et II. formae

RR.

ROMANVS I. Lecapenus, et filii CHRISTOPHORVS, STEPHA-
NVS, CONSTANTINVS IX.

Sub Leone VI. inter imperii ptoce-
res, ejus deinde filio Constantino X. im-
perante in aulam vocatus, hujus pri-
mum gener, subinde eidem sociatus ad
summum imperii fastigium ascendit an-
no 919. Elatior inde factus non se
modo, sed et filium Christophorum,
quem Augustum dixit, praeferre Con-
stantino ipsi coepit. In mortui Christo-
phori locum Stephanum et Constantinum
filios Augustos dixit. Cum mortem si-
bi vicinam persentisceret, supremis ta-
bulis primum Constantino X. locum red-
didit, quod gravate ferens Stephanus,
patrem in insulam Proten ejecit anno
944, ubi monachi institutum professus
biennio post exspirat.

Vxor Theodora, ex qua nati Christo-
phorus, Stephanus, Constantinus IX. Au-
gusti omnes, et memorati in numis.

Numi :

ROMAN. ET. XPISTOFO.
AVGG. additis notis arithmeticis

*Vterque imp. sedens cum stemmate
crucigero d. labarum una tenet.*

LEON. S. ALEXANGROS. BASIL.
ROMEON, scriptum in medio numo. AE.
I. (Mus. Caes.)

*Graecis. Protomae duae cum
stemmate crucigero patris Romani,
et filii Christophori crucem una te-
nent.*

IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. Chri-
stus sedens. AV. (Mus. Caes.)

ROMANO. XPISTOFOR. CE.
CONSTAN. EN. XΩ. EVSEB.
BASIL. R. scriptum in area numi.

IHSVS. XRISTVS. NICA. Crux super
gradibus. AR. m. m. (Mus. Caes.)

Praeclare confirmat hic numus, quod
jam observavit Bandurius, Romanum
non se modo, sed filium quoque Chri-
stophorum Constantino praeferri voluisse.

CONS. C. RNOS. C. SHFM. Tres
impp. stantes cum stemmate cruci-
gero.

XRIST. SΩPHA. Protomae duae, qua-
rum dexterior globum crucigerum, siniste-
rior d. globum crucigerum, s. crucem in-
clinatam tenet. AV. *)

a) Sestini Lettere T. II, pag. 20 et 202.

Sestinio interprete imperator medius est Romanus contracto RNOS indicatus, cui adstant filii Constantinus et Stephanus suis quoque indicati nominibus, literis SHFM barbare quidem, tamen satis commode Stephanum argumentibus. In parte averſa ait proponi Christophorum, hunc quoque Romani filium et Augustum, huiusque uxorem Sophiam, sed quod aegre persuaserit. Nam primum, cum Christophorus inter filios fuerit senior Augustus, verisimile non est, factum fuisse, ut a patre divulgus in averſam trajiceretur praelatis fratribus junioribus. Deinde quia verisimile est, ut comprobatur Ducangius,^{a)} Stephanum et Constantinum Christophoro fratre vivo nondum fuisse Augustos, sed nonnisi post huius mortem suffectos, qui tamen ex Sestinii mente in hoc nummo cum fratre conjunguntur, tanquam una Augusti fuissent. Denique fatetur ipse vir eruditus, averſae epigraphen obscuram esse et mancā. Expectandus igitur numus alter magis nitidus sa-

nusque, qui nos de partis averſae causis certius instruat.

Addo illustrem numum alium, cujus descriptionem nuper mecum communicavit cl. Cousinarius:

ROMANO. CONSTANT. STE-
FANOS. CE. CONSTANT. EN.
XO. B. R. *scriptum in area nu-
mi.*

IHSVS. XRISTVS. NICA. *Cruz, in cu-
jus medio clypeus cum effigie Romani, jux-
ta scriptum ROMA. AR.*

Primum inscriptionis huius vocabulum eloquitur Romanum nostrum, quod sequitur CONSTANT., Constantinum X. filium Leonis VI., imperii conlegam, sed, ut dixi, postpositum, reliqua duo Stephanum et Constantinum IX. filios Romani. Apparet, Christophorum Romani filium natu maximum tum in vivis amplius non fuisse, quia in filiorum serie omittitur. Vide haec omnia congruentia cum iis, quae supra in Romani vita enarravi. Stephanus nunc primum certa fide in moneta comparet.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

CONSTANTINVS X. Porphyrogenitus.

Leonis VI. et Zoes filius, quia natus in Porphyra, quod nomen palatii parti fuit, dictus Porphyrogenitus. Patre anno 911 composito sub tutela avunculi Alexandri Aug. fuit, quo paullo post

e vivis erepto imperavit solus septennis, remp. administrantibus primum variis proceribus, deinde matre Zoe, denique Romano Lecapeno, qui filiam illi Helenam copulavit, et imperatoriam

a) Famil. Byz. pag. 146. 148.

insuper dignitatem sibi addidit. Subinde cum annos omnino XXV. cum Romano imperasset, primum hunc, deinde ejus filios Stephanum et Constantinum, hos quoque Augustos astu in exilium ejecit, solusque deinceps imperans Saracenos per tres orbis partes variis praeliis fregit. Literarum studiis delectatus scripsit libros, qui supersunt. Moritur anno 959.

Vxor Helena, ex qua nati Romanus II., Theodora Ioanni Zimischi nupta, aliiue.

Numi Constantini X. solius.

CONSTANTIN. A. *Protome aduersa cum stemmate crucigero d. crucem, f. globum crucigerum.*

IHS. XPS. REX. REGNAT. (sic) *Protome Christi.* AV. (Tanini.)

CONSTANT. BASIL. ROM. *Protome similis.*

CONST. EN. ΘEO. BASILEVS. ROM. *scriptum in medio numo.* AE. I. II. (Mus. Caes. Band. Tanini.)

Vtrum uterque hic numus tam certo sit hujus Constantini, ut alteri homonymo tribui non possit, nolim pertinacius pugnare.

Numum argenteum inscriptum in antica: EN. TOVTΩ. NICAT. BASILIS. CONS., quem Taninius huic Constantino obtulit, esse Basilii II., in hujus

moneta demonstrabimus.

Numi Constantini X. cum matre Zoe.

CONSTANT. CE. ZOH. b. *Protomae Constantini et Zoes d. crucem mediam tenent.*

CONSTANTINO. CE. ZOH. BASILIS. ROMEON. *scriptum in medio numo.* AE. I. II. III. (Mus. Caes. Band. Tanini.)

Numi Constantini X. cum filio Romano II.

CONSTANT. ET. ROMAN. AVCC. bA. *Duae protomae cum stemmate crucigero d. crucem una tenent.*

IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Mus. Caes.)

CONST. ΠΟΡΦΥΡΟΣ. CE. ROMANO. EN. ΧΩ. ΕΥΣΕΒ. ΡΩ. MEON. *scriptum in medio numo.*

IHSVS. XRISTVS. NICA. *Cruz gradibus insists.* AR. (Tanini.)

Illustris hic numus *Porphyrogeniti* cognomen insuper commemorat. Repetitum videbimus in Basilio II.

CONST. ET. ROMAN. b. ROM. *Duo impp. cum stemmate crucigero globum crucigerum una tenent.*

CONST. ET. ROMAN. EN. XRIST. b. ROMEON. *scriptum in area numi.* AE. II. (Band.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

ZOE Carbonopsina.

Vxor Leonis VI., mater Constantini X., cum quo in numis jungitur, ut continuo diximus.

ROMANVS II.

Constantini X., et Helenae filius anno 959 patri succedit annos natus XXI. Perduces, ac praecipue Nicephorum Phocam multis cladibus Saracenos adficit. Ipse suapte mollis inglorium imperium morte finit anno 963.

Vxor II. *Theophano*, de qua mox. Ex ea nati *Basilus II.*, et *Constantinus XI.*

Numi:

Eos, in quibus sociatur cum patre Constantino X., in hoc vide.

ROMAN. BASIL. ROM. *Protome cum stemmate crucigero d. sceptrum, f. globum crucigerum.*

ROMAN. EN. ΘΕΩ. BASILEVS. ΡΩ. ΜΑΙΩΝ. *scriptum in area numi.* AE. I. (Mus. Caes.) AE. II. (Mus. Vitzai.)

PRETIVM.

Aenei tantum, iique - - - - - R.

THEOPHANO.

Hanc sibi Romanus II. vili genere ortam alteris nuptiis copulavit. Hoc e vivis sublato aliquot menses pro filiis impuberibus Basilio II. et Constantino XI. imperium administravit, donec Nicephorus Phocas a militibus Augustus dictus est, cujus deinde ipsa connubio potita est. Alteri quoque huic marito superstes vixit.

Numus:

ΘΕΟΦΑΝ. ΑΤΣΟΤ. *Protome Theophanonis adversa d. sceptrum,*

f. globum crucigerum.

ΘΕΟΤΟC. COMOSA. *Protome deiparae.* AE. II. (Band.)

Numi hujus unici iconem illustris Cuperus Bandurio miserat. Fecere detritae partis avergae literae, ut de epigraphae minus recte judicare possimus. Quanquam et vocabulum ΘΕΟΦΑΝ partis anticae non satis videatur probandum, cum aevi hujus mos ΘΕΟΦΑΝ exigat. Numus hic haud dubie tum culus est, cum post mariti Romani mortem aliquamdiu sola imperio praefuit.

NICEPHORVS II. Phocas.

Illustri genere natus, et per Constantini X. et Romani II. imperia multarum dux palmarum, hoc mortuo insidiarum metu in Cappadociam abiit, ubi ab exercitu imperator est proclamatus anno 963. Constantinopolin profectus, coronatusque Theophanonem Romani II. viduam uxorem sumit, bellisque deinde contra Saracenos gerendis sedulo vacat. Ioannis Zimiscae ac Theophanonis insidiis denique succumbit anno 969.

Numi Nicephori II. folius.

ΘΕΟΤΟC. ΒΗΘ. (sic) ΝΙCΗΦ.
DES. *Protome deiparae nimbata,
juxta quam. M. Θ.. et altera Ni-
cephori crucem una tenent.*

IHS. ΧΡS. REX. REGNANTIVM. *Pro-
tome Christi.* AV. (Mus. Caes.)

ΝΙCΗΦ. ΕΝ. ΧΩ. ΑΥΤΟCΡΑΤ.
ΕΥSΕ. ΒΑSΙΛΕΥS. ΡΩΜΑΙΩ.
scriptum in area numi.

IHS. ΧΡΙSΤVS. ΝΙCΑ. *Crux, cui infer-
tus clypeus, in quo protome Nicephori,
juxta literae ejus initiales ΝΙCΗΦ. ΑΡ. (Ta-
nini.)*

Vide numum similis modi mox in Zimiscae.

ΝΙCΗΦ. ΒΑSΙΛΕΥ. ΡΩΜ. *Pro-
tome cum stemmate crucigero d.
crucem.*

ΝΙCΗΦ. ΕΝ. ΘΕΩ. ΒΑSΙΛΕΥS. ΡΩ-
ΜΑΙΩΝ. *in area numi.* AE. I. II.

*Numi Nicephori II. cum Basilio II. pri-
vigno.*

ΝΙΚΗ+ΟΡ. ΚΑΙ. ΒΑCΙΛ. ΑΥΓ.
B. P. *Nicephori et Basilii protomae
crucem una tenent.*

IHS. ΧΡS. REX. REGNANTIVM. *Pro-
tome Christi.* AV. (Olim Vindob. in mus.
de France, nunc Hunter.)

ΝΙCΗΦΟΡ. CΕ. ΒΑSΙΛ. ΑΥΓΓ.
SΑ. *Protomae, ut supra.*

Eadem averfa. AV. (Tanini.)

Numi prioris iconem ipsam dedit Khellius. ^{a)} Basilium II. jam a patre Romano II. dictum fuisse Augustum constat. Docet deinde Ducangius ex Scylitze, eum septennem a Zimiscae ad imperii consortium fuisse admissum. ^{b)} Numi praeferentes, testes synchroni et sinceri, diserte docent, eum a Nicephoro quoque pro Augusto observatum, et citat Khellius ad hunc numum testimonium Constantini Manassis, narrantis, ^{c)} Nicephorum filiis Romani adfectum patris impendisse. Falsum igitur etiam, quod ait Bandurius, Basilium II. sub Nicephoro vitam privatam duxisse.

a) Subplem. ad Vaill. pag. 305.
pag. 117.

b) Famil. Byzant. pag. 144.

c) Compend. chron.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

IOANNES I. Zimisces.

Nobilissimo natus genere Nicephoro ad occupandum contra Romani II. filios imperium auctor fuit, subinde incautum, quod offensam passus fuerat, oppressit, et semet imperatorem dixit anno 969. Solita illi cum Saracenis, Bulgaris, Russis bella. Veneno e medio tollitur anno 975.

Vxor altera *Theodora* Constantini X. filia.

Numi:

IHSVS. XRISTVS. NICA. *Protome in clypeo, quem quatuor cruces ambiunt, cui inscriptum: IOAN.*

IOANN. EN. XΩ. AVTOCRAT. EVSEB. BASILEVS. ΡΩΜΑΙΩ. *scriptum in area numi.* AR.

Singularem hunc numum olim ex museo M. Ducis vulgavi. *) Mirus mihi tum, ac insolens huius numi typus est visus, at is nunc socium in numo Nicephori II. Phocae, quem proxime dedi, nactus est. Quare recte etiam tum conjeci, eum nulli alteri, qui deinceps Ioannis nomen tulere, tutius posse tribui. Eo etiam praedicandum jure cimelium istud, quod nullus exstat alius, qui certo sit huius Augusti. Nam alii copiosi, quos in eum conferre solemus, incerti sunt.

PRETIVM.

Argenteus tantum, isque - - - - - RRRR.

NVMI IOANNI ZIMISCI VVLGO TRIBVTI.

• EMMANOVHL. *Protome Christi, juxta IC. XC.*

IHSVS. XRISTVS. BASILEV. BASILE. *in area numi.* AE. II. (Mus. Caes.)

Hos numos ubique obvios Ducangius praeclare explicat ex iis, quae Scylitzes et ex hoc Cedrenus de Zimisce

perhibent: προσεταξε δε, και εν τω νομισματι και εν τω οβολω εικονα εγγραφεσθαι τε σωτηρος, μη προτερον τετε γενομεν. εγραγοντο δε και γραμματα Ρωμαισι εν θατερω μερει ωδεπη διεξιοντα: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, *jussit in numis et obolis proponi imaginem serva-*

a) Num. vet. pag. 317.

teris, quod antehac factum non est. In altera vero parte exarabantur literae Latinae in hanc sententiam: *IESVS CHRISTVS REX REGVM*. Vide hoc testimonium praeclare cum his numis conspirans, in quo tamen verba: *quod antehac factum non est*, sic sunt explicanda: antehac in numorum parte antica effectam protomen imperantis, at nunc protomen Christi. Vide haec apud Ducangium.*)

* * *

His numis vere Zimisceanis conjungi solent numi copiosi alii, qui omissa imperantis vel effigie vel inscriptione imaginem Christi, vel crucis, vel sancti offerunt, atque illud hac una de causa, quia iis recensendis opportunior alius locus non est, cum de tempore non constet, quo signati sint. En horum illustriores aliquos.

EMMANTHA. Protome Christi.

Deipara cum infante sedens, ad quam accedunt tres magi munera offerentes, superne stella, in imo duae columbae. Metallum incerti. (Band. ex du Cange.)

EMMAN8HA. Servator flans.

Crux, intra cujus radios distributa epigrapha: IC. XC. NICA. AE. II. (Band.)

IC. XC. Protome Christi.

MP. ΘV. Protome deiparae capite nimbatō elatis manibus. AE. II. (Mus. Caes.)

Vide numos similis argumenti alios apud Bandurium, et passim in catalogo. Ad eandem classem voco numum sequentem:

Protome adversa nimbatā servato-

ris prominentibus pone crucis radiis.

ANACTACIC. Templum rotundum, hinc et illinc miles excubitor humi jacens. AE. II. (Tanini pag. 280.)

Numus hic, quem Taninius ex museo Card. Borgia protulit, pridem fuit cognitus, causaque dissidiorum Sirmondum inter et Trifanum. Sistit averfa templum, quod Constantinus M. aedificandum Hierosolymis curavit eo loco, ubi fuit sepulcrum Christi, et ex quo surrexit, unde sacra haec aedes dicta fuit **ANACTACIC**, id est: *Resurrectio*. Hujus fabricam copiose celebrat Eusebius,^{b)} et multa huc congestit Henricus Valesius in epistola, quae exstat sub finem Epiphaniae a se editi pag. 304, et in fine historiae ecclesiasticae Eusebii. Taninius hunc numum in moneta Constantini M. recensuit, at enim ex omnibus ejus causis satis apparet, eum multo serius fuisse signatum, et verissimiliter circum tempora, in quibus sumus. Neque etiam satis causae video, cur viri eruditi, quos memoravi, causam typi ab Hierosolymis usque petant, cum illustris ejusdem nominis ecclesia Constantinopoli quoque steterit. Narrat Sozomenus,^{c)} Gregorium Nazianzenum ibi in exigua quadam domo cum suis orationi vacare solitum, quae subinde in ecclesiae speciem fuerat commutata. Eam processu temporis prae ceteris regiae urbis ecclesiis evasisse illustrem non solum ob structurae elegantiam et amplitudinem, verum etiam ob

a) Dissert. de num. inf. aevi num. 26. 27. Conf. M. cap. IX.

b) in vita Conf. M. L. III. Orat. de laudib. c) Hist. eccl. L. VII. c. 5.

assiduas, quae ex divini numinis praesentia ibi percipiuntur, utilitates. Vocatam autem fuisse *Anastasiam*, sive quod, ut existimat Sozomenus, Nicaenae fidei doctrina aliquamdiu ab haereticis oppressa Gregorii eo in loco concionibus *suscitata revixit*, sive quod secundum a-

lios, cum aliquando populus collectas ibi celebraret, ac forte mulier praegnans ex superiore porticu delapsa illi-
co exspirasset, facta continuo ab omnibus oratione confestim illa revixit, et una cum foetu servata est.

BASILIUS II.

Romani II. et Theophanonis filius a patre dictus imperator, neque hac dignitate exutus est, ut aliquibus visum, a successore Nicephoro Phoca, ut in hujus numis comprobavimus. Mortuo anno 975 Zemisci, a quo pariter honorifice habitus est, successit. Plus illi turbarum a seditionibus suorum, quam bellis externis accessit, quas tamen feliciter composuit. Bulgariam victis exactisque regibus in provinciam redegit. Moritur anno 1025, posteaquam annos omnino L. imperio praefuisset.

Numi:

Illos, in quibus cum vitrico Nicephoro II. Phoca jungitur, quaere in hujus moneta.

Reliqui ejus numi perpetuo fratrem Constantinum XI. sociant.

BASILIOS. ET. CONSTANT.

AVGGV. *Protomae duae cum stemmate crucigero globum una tenent.*

IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Band. Tanini.)

BASILIOS. CE. CONSTANTIN.

PISTV. BASILIS. ROMEON,

scriptum in area numi.

IHSVS. XRISTVS. NICA. *Cruce super gradibus.* AV. AR. m. m. (Tanini. Mus. Caes.)

Vt Basilius II. fratrem Constantinum conlegam habuit, ita Basilius I. filium Constantinum. Arduum igitur est, rite collocare numos, qui Basilius et Constantinum sociant, ut jam observavi ad numos Basilii I. Taninius utriusque generis numos, quos hic apposui, et sub Basilio I. et II. recenset nulla discriminis, quod certe nullum est, addita causa, cum satis tamen appareat, eos alterutri tantum esse tribuendos, at cui, difficilis sane quaestio, cum utriusque imperium non magnopere distet.

EN. ΤΟΤΤΩ. ΝΙΚΑΤ. ΒΑΣΙ-
ΛΕΙ. C. CΩNST. *Protomae binae Basilii et Constantini media inter has elegante cruce.*

BASIL. C. CΩNSTAN. ΠΟΡΕΤΡΟΓ.
ΠΙΣΤΥ. BAS. ΡΩΜΑΙΩ. *scriptum in area numi.* AR. m. m. (Mus. Caes.)

Hunc numum latius olim in Catalogo musei Caesarei explicavi, ^{a)} quia vidi, eum a Frölichio perperam Con-

a) P. II. pag. 552.

stantino X. Porphyrogenito adjudicatum. *) Nolo, quae ibi dixeram, repetere, cum alioqui cuivis facile pateat, utriusque partis epigraphen pronum hunc, facilemque sensum efficere: EN. ΤΟΥΤΩ. ΝΙΚΑΤΕ. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΚΑΙ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ, et in averſa: ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΚΑΙ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΗΤΟΙ ΠΙΣΤΟΙ. ΒΑΣΙΛΕΙΣ. ΡΟΜΑΙΩΝ. Vterque imperator frater in his numis dicitur *Porphyrogenitus*. Et vero istud nomen ambo obtinuerunt teste inscriptione, quam ad Basilii II. numos citat Bandurius: ΕΠΙ. ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. ΚΑΙ. ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩΝ. κ. τ. λ. ex quo patet etiam, in hos numos Basilio I. et Constantino VIII. jus esse non posse, cum neuter Porphyrogenitus dictus fuerit.

Numi ergo praesentes sunt soli, qui nostris tantum fratribus sine dubio competunt, cum alii omnes ut diximus, neque Basilium I. et eius filium fastidiant. Post haec satis mirari non possum, quo pacto Taninius unum eundemque hunc numum potuerit in moneta et Constantini III. et Basilii II. recensere.

BASILIOS. S. CONST. BASIL.
Vterque imperator crucem una tenet.

BASILO. S. CONSTANTINOS. EN. ΘΟ. BASILEIS. ROMAION. *in area numi.* AE. II. (Mus. Caes. et alibi passim.)
Neque etiam de his satis certum, an ad Basilium I., an II. pertineant.

P R E T I V M.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	RRR.
Aenei	-	C.

CONSTANTINVS XI.

Alter Romani II. et Theophanonis filius, Basilii II. frater, et in imperio conlega, hoc anno 1025 mortuo solus regnat. Cum prolibus masculis careret, Romano Argyro filiam Zoén despondet, eumque successorem designat. Moritur anno 1028.

Numi:

Obvius est in numis fratris Basilii

II., quos vide.

CONSTANTIN. BASIL. EV.
SEB. ΡΩΜ. *Ejus protome.*
IHS. XIS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV.

Hunc numum Taninius ad Constantinum XI. refert, quia concavus, seu scyphatus est, qui fabricae modus sub praecedentibus Augustis nondum valuit

a) Cimel. Vindob. pag. XLVI.

De hoc numorum genere pauca delibavimus Vol. I. in Proleg. gen. p. LXIV., neque immorari longius operae pretium visum, cum de ipsa vocis *scyphati*

origine non satis conflet. Vide du Can- gium. *) Satis esto, hoc nomine nunc passim intelligi numos hujus aevi concavos in omni metallo.

ROMANVS III. *Argyrus.*

MICHAEL IV. *Paphlago.*

MICHAEL V. *Calaphates.*

Omnes hi numis carent.

CONSTANTINVS XII. MONOMACHVS.

Gente nobilissima prognatus, beneficio Zoes uxoris, de qua infra, Augusti titulum consequitur anno 1042. Imperium habuit turbis domesticis, et vicinorum barbarorum graviter concussum. Moritur anno 1054 nullo relicto herede.

dabimus.

Numi:

CONSTANT. AOSILE. (*sic*)
RΩ. *Protome adversa cum stemmate crucigero d. labarum, f. globum crucigerum.*

IHS. XIS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Pellerin Mel. I. pag. 172.)

Cur numum hunc Pellerinius Monomacho tribuat, causa illi una, quod ejusdem plane est fabricae cum altero Theodorae coevae, quem paullo post

EV . * - MONOMAXON. *Imp. stemmate crucigero et paludatus stans d. crucem oblongam, f. gladium vagina conditum tenet.*

ΔΕΠΘΙΝΑ. ΩΩΖΟΙC. *Deipara nimbata stans expansis manibus, juxta MH. ΘV. AR. m. m.*

Praestantem hunc numum ex museo cl. Cajetani Marinii edidit nuper Antonius Benedictus in opusculo *Numismata Graeca* etc. p. 107. Literas EV commodè auctor explet legendo ΕΥαετη, qui titulus in imperatorum hujus aevi moneta rarus non est. Typum stantis hoc cultu imperatoris auctor eruditus explicare quidem conatus est, at recte addidit, fore ut ea, quae dixit, divinationo potius, quam conjectura non ne-

a) de num. inf. aevi § 98. 99.

mini videantur. Non scripsisset haec, *machum.*
 si animum advertisset, eodem plane modo
 Isaacium in numis proponi, item
 Michaelē VII. Sed mox praeclara de
 nomine ΔΕΣΠΟΙΝΑ deiparae dato disse-
 rit. Sensus epigraphes ordiendo a par-
 te averſa est: *Domina serva pium Mono-*

*
 - - MONOMAX * - - *Imp. toga-*
tus adversus staus d. crucem oblon-
gam, f. globum crucigerum.
 IHS. XC. *Christus sedens.* AR. concavus.
 (Tanini.)

PRETIVM.

Aurei et argentei - - - - - RRRR.

Z O E.

Constantini XI. filia, uxor primum
 Romani III. Argyri, deinde Michaelis
 IV. Paphlagonis. A Michaelē V. Cala-
 phate mulieris impotentiam verito in
 exilium pulsa favore plebis patriam,
 veteremque dignitatem recuperat, de-
 jectoque Calaphate una cum Theodora
 sorore imperio praeficitur anno 1042,
 quo adhuc labente jam in grave senium
 vergens conjugem sibi Monomachum ad-

sciscit, et marito adhuc superſtite moritur
 anno 1050.

Numi :

Binos Ducangius ex Octavio Strada
 citat, sed haud dubie confictos, partim
 quia a nemine alio sunt conspecti, et
 auctor ipse eorum fidem elevat, partim
 quia ipsi hi numi naturae sunt ab hoc
 aevo alienae.

THEODORA.

Trium Constantini XI. filiarum postre-
 ma, Zoes, de qua continuo actum,
 soror. Detruſo Michaelē Calaphate
 anno 1042 cum sorore imperium admi-
 nistrat, donec Monomachus Augustus
 dictus est. Hoc anno 1054 et jam an-
 tea sorore Zoe e vivis ereptis summam
 potestatem recipit, et remp. cum laude
 ſola gubernat. Moritur anno 1056.

para capite nimbato, et Theodora
cultu regio ſtantes deſixum in me-
dio labarum una tenent.

IHS. XIS. REX. REGNANTIVM. *Chri-*
ſtus ſtans. AV. m. m. (Pellerin Mel.
 I. pag. 164.)

ΘΕΟΔΩΡΑ. ΑΥΤΟΤC. *Protome*
Theodoraē cum ſtemmate crucigero
d. ſceptrum, f. globum crucige-
rum.

Numi :

ΘΕΟΔΩΡΑ. ΑΥΤΟΤCΤΑ. *Dei-*

IC. XC. *Protome Chriſti.* AV. (Pellerin
 Mel. I. pag. 172.)

256 ISAACIUS COMNENVS. CONSTANTINVS XIII. DVCAS.

ΘΕΟΔΩ. AVG. *reliqua ut in praecedente.* AV. (Mus. Caef.)

PRETIVM.

Aurei tantum, iique RRR.

MICHAEL VI. Stratioticus.

Defunt numi.

ISAACIUS Comnenus.

A Theodora Aug. nuper Orienti praefectus deturbato Michaelē VI. anno 1057 coronatur. Causa valetudinis imperium abdicat, et monachum induit 1059 designato successore Constantino Duca.

Numi:

ICAAKIOC. BACIAETC. PΩM.
Imp. paludatus stans d. gladium nudum, f. vaginam.

IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Christus sedens.* AV. m. m. (Mus. Caef.)

De hoc numo sic Zonaras: ^{a)} Quod Isaacius summum fastigium non deo, sed sibi adscripserit, argumento esse,

quod in numis ἐιφηρη ἑαυτον, *se gladium tenentem* proponi curavit. Melius ad numi imaginem mox infra: τῷ στατηρίῳ ἑαυτον ἀνεστήλωσεν, ἀνατεταμενον τὴν χειρὰ φέρουσιν το ἐξοχος γυμνον, *in statere se fingi jussit nudum gladium manu extensa gestantem.* Vide familia apud Ioannem Scylitzen sub hoc Isaacio.

Eadem epigraphe. *Imp. paludatus stans d. labarum, f. gladium vagina inclusum.*

Eadem *aversa.* AV. m. m. (Mus. Caef.)

ICAAKIOC. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. *Imp. stans d. crucem, f. volumen.*

MP. ΘΤ. *Deipara stans manibus expansis.* AE. III. (Mus. Caef.)

PRETIVM.

Aurei RRR.
Aenei RRR.

CONSTANTINVS XIII. DVCAS.

Ab Isaacio ad imperium vocatus illud suscepit anno 1059, illudque inter so-

a) Lib. XVIII. cap. 4.

lita cum barbaris bella vexatum a morte advocatus posuit anno 1067.

Vxor *Eudocia*, de qua in Romano Diogene. Ex ea nati *Michael VII. Ducas*, *Constantinus Porphyrogenitus*, *Andronicus*, quos continuo in numis Romani IV. conjunctos videbis.

Numi:

CONSTANTIN. O. ΔΟΥΚΑΣ. *Protome adversa cum stemmate crucigero, d. crucem, f. globum crucigerum.*

IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Protome Christi.* AV. (Olim musei de France Vindob., nunc Hunter.)

CONSTANTINOS. O. ΔΟΥΚΑΣ. *Imp. stans d. globum crucigerum, cui adstat deipara d. elata, juxta quam M. Θ.*

Eadem epigraphē. Christus sedens. AV. concavus. (Ibidem et Tanini.)

ΚΩΝΗ. ΔC. O. ΔΟΥΚΑΣ. *Imp. stans d. labarum, f. globum crucigerum.*

Eadem averfa. AV. (Mus. M. Ducis.) In alio: *Christus stans.* AR. concavus. (Tanini.)

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝ. ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΡΩ. *Protome, ut supra.*

Eadem averfa. AV. concavus. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	RRRR.

EVDOCIA.

Vxor primum Constantini XIII., deinde Romani IV. De ea actum in praecedente Augusto, et agetur in sequente.

Numi:

MIX. ΕΥΔΚ. - - *Eudocia stans altior super pulvillo d. sceptrum inter filios Michaelē, et forte*

Constantinum.

IHS. XPIS. REX. REGNANTIVM. *Christus sedens more solito.* AV. (Mus. com. de Vitzai.)

Hactenus numus Endociae sine confortio alterius mariti Romani IV. vulgatus non est.

Numos ejus alios vide in moneta sequentis Romani IV.

ROMANVS IV. DIOGENES.

Moriens Constantinus uxori Eudociae ea lege imperium pro filiis administran-
(Vol. VIII.) Kk

dum reliquit, ne iis vitricum induceret. At illa spreta jurisjurandi religione Kal. Ian. 1068 Romanum Diogenem in thalami, et imperii consortium vocavit. Ipse in pugna a Turcis captus, et pacis spe honorifice dimissus eandem, quam a barbaris foris, domi humanitatem expertus non est, a Michaelae Duca privigno oculis privatus, et paulo post ex his vulneribus mortuus anno 1071.

Vxor *Eudocia* Constantini Ducae vidua, ut dictum. Iunctam cum marito, filiisque ex priore toro susceptis continuo dabimus.

Numi Romani IV. solius.

ΘΕΟΤΟC. ΒΟΗΘ. ΡΩΜΑΝΩ, vel: ΡΩ. ΔΕSΠ. vel similiter. *Imp. stans s. globum crucigerum, cujus capiti deipara adstans, supra quam M. Θ., dexteram imponit. In aliis: praeterea supra imperatoris caput ex alto manus porrigitur.*

IHS. XPS. REX. REGNANTIVM. *Christus sedens.* AV. (Mus. Caes. Band.)

ΘΕΟΤΟΚΟC. ΡΩΜΑΝΩ. *Similis typus.*

IC. XC. *Christus sedens.* AE. concavus.

(Mus. Caes. Band.)

ΘΗΚΟ. ΡΩΜΑΝΩ. ΔΕCΠΟΤΗ.

ΤΩ. ΔΙΟΓΕΝΕΙ. *in medio numo.*

MP. Θ. *Deipara cum figura Christi.* AE. incert. mod. (Ducange.)

Numi Romani IV. cum Eudocia uxore.

ΡΩΜΑΝΩ. ΑΥΥΟΜΕ. (sic) *Romanus et Eudocia stantes globum crucigerum una tenent.*

ΘΚΕ. ΒΟΗΘ. *Protome deiparae cum figura Christi in pectore, in area* MP. ΘΥ. AV. (Band.)

Numi Romani IV. cum Eudocia, et privignis Michaelae, Constantino, Andronico.

ΡΩΜΑΝ. ΕΤΑΚΡΙΝ. (sic) *Christus, juxta quem scriptum IC. XC., insistens pulvillo manus imponit capiti Romani a dextris cum globo crucigero adstantis, et Eudociae, quae ad sinistram cum simili globo adstat.*

ΚΩΝ. ΜΧ. ΑΝΔ. *Michael altior stans in medio d. labarum adstantibus ad dexteram Constantino, ad sinistram Andronico, utroque cum globo crucigero.* AV. concavi. (Mus. Caes., de France olim Vindob., nunc Hunter.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.

MICHAEL VII. DVCAS et MARIA.

Constantini XIII. et Eudociae filius. A patre moribundo dictus Augustus an-

no 1067, non tamen regnare coepit ante annum 1071, quo Romanus IV. a Turcis captus, atque inde redux orbatus oculis periit. Eo imperante Turci oram Ponticam occupant, et Turcomaniae regnum statuunt. Deturbatus a Nicephoro Botoniata anno 1078 in monasterium migrat.

Vxor *Maria* marito in numis juncta, unde natus *Constantinus Porphyrogenitus*. Privato marito, et adhuc vivo Nicephoro Botoniatae nubit.

Numi Michaelis VII. solius.

MIXAHA. BACIAEV. *vel* BACIAOΔ. *vel* similiter. *Protome adversa cum stemmate crucigero d. labarum, f. globum crucigerum.*

IC. XC. *Protome Christi.* AV. concavi. (Muf. Caes. Band.)

MIXAHA. ΔΕCΠOT. *Deipara et imp. stantes labarum una tenent.*

IHS. XIS. REX. REGNANTIVM. *Christus sedens.* AV. (Tanini.)

MIXAHA. ΔVKOC. BAC. *Imp. stans ab adstante deipara coronatur.*

Eadem aversa. AV. (Band.)

MIXAA. BACIAO. AVG. (*sic*) *Imp. adversus stans cum stemmate*

crucigero et paludatus, d. cruci, f. gladio innixus.

ΘΚΙΧΛΘΙ. ΤΟV. ΩΔΟΗΛ. (*sic*) *Deipara stans manibus expansis.* AR. concavus. (Tanini.)

Numi Michaelis VII. cum Maria uxore.

MIXAHA. S. MAPIA. *Michael et Maria stantes crācem una tenent.*

ΘΚΕ. ΒΟΗΘ. *Protome deiparae Christum infantem in clypeo effictum in pectore tenens.* AV. (Band.)

MIX - - - MAPIA. EN. ΧΡΙCΤΩ. ΝΙΚΑΤΕ. *Cruz ornatio insists gradibus, ad cujus dexteram protome Michaelis, ad f. protome Mariae.*

MIXAHA. KAI. MAPIA. HICTOI. BACIAEIC. ΠΩΜΑΙΩV *scriptum in area numi.* AR. (Pellerin Suppl. IV. p. 19.)

Infolens Pellerinio vilus est titulus ΠΙCΤΟC, *fidelis*, quia hactenus imperatoribus hujus aevi, saltem in numis, non tributus, et causam adeo in Michaelis historia quaerit, cur eo usus fuerit. Perperam, nam posthac plurimum imperatorum numi reperti sunt hunc titulum praeferentes, ut hactenus vidimus.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	O.

NICEPHORVS III. BOTANIATES.

Orientis exercitui praefectus, nixus anno 1081. foedere cum Turcis inito imperium adfectat anno 1078, et Constantinopoli facile potitur Michaelē vix audita ejus defectione monasterium incerto bello praeferente. Triennio post eandem experitur fortunam ab Alexio Comneno subactus, et in monasterium relegatus

Numi:

ΝΙΚΗΦΟΣ. ΔΕCΠΟΤ. vel: ΝΙΚΗΦ. ΔΕC. ΤΩ. BOTANI. Imp. flans d. labarum, f. globum crucigerum.

IC. XC. Christus sedens. AV. (Band.)

PRETIUM.

Aurei tantum, iique - - - - - RRR.

ALEXIVS I. COMNENVS.

A Nicephoro ad amplissimos honores promotus oppresso benefactore imperium sibi vindicat anno 1081. Hoc imperante prima a Gallis ad recuperandam terram sanctam expeditio suscepta est, Alexio eorum consilia, quod suspecta sibi visa essent, clam saepe corrumpente. Moritur anno 1118. Ejus res gestas prolixè descripsit filia Anna Comnena in Alexiade sua.

Vxor Irene Ducaena, ex qua natus Iouannes II. Comnenus, qui successit.

Numi:

ΑΛΕΞΙΩ. ΔΕCΠΟΤΗ. ΤΩ. ΚΟΜΝΗΝΩ. Imp. flans d. labarum, f. globum crucigerum.
ΚΕ. ΒΟΗΘΕΙ. Christus sedens, juxta quem IC. XC. AV. m. m. (Mus. Caes.)

Inscriptio utriusque paginae conjun-

cta hunc sensum facit: ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ. ΑΛΕΞΙΩ etc. Hi numi perinde conuenire possunt Alexio II. Comneno. Tannius eos perinde Alexio I. et II. tribuit.

ΑΛΕΞΙ. - - Protome d. sceptrum, f. globum crucigerum.

MP. ΘΤ. Protome deiparae manibus expansis, ad ejus pectus protome Christi infantis. AR. III. (Mus. Caes.)

ΑΛΕΞΙΟC. ΔΕCΠΟΤΗC. Imperator flans d. labarum, f. globum crucigerum.

Ο. ΓΕΩΡΓΙΟC. Protome S. Georgii. A E. III. (Mus. Caes.)

Aenei hi numi, quia Comneni nomen non addunt, perinde referri possunt ad Alexium III. Angelum. Hoc incerto eos Bandurius in utriusque moneta commemoravit.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

IOANNES II. Comnenus PORPHYROGENITVS.

Alexii I. et Irenes filius, natus anno 1088 quadriennis Augustus dictus est, patrique anno 1118 successit. Cum cruce signatis parum prospere aliquoties pugnavit, feliciter in Asia cum Saracenis. Contacta incautius teli cuspidem toxico imbuta serpente latius tabo moritur anno 1143.

Vxor *Irene* Ladislai Hungariae regis filia, unde natus *Manuel* successor.

Numi:

ΙΩ. ΔΕΣΠΟΤ. vel ΙΩ. ΔΕΣΠΟΤ. ΤΩ. ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΗΤ. *Deipara et imp. stantes, ut hactenus.*

ΙC. ΧC. *Christus sedens.* AV. concavi. (Mus. Caes.)

ΙΩ. ΔΕΣΠΟΤΗ, *illinc retrogra-*

de ΓΕΩΡΓΙ. Imp. cum stemmate crucigero, et S. Georgius nimbatu paludatus s. nudum gladium tenens stantes crucem oblongam una tenent.

Eadem aversa. AV. max. mod. (Pellerin Mel. I. p. 159.) AR. (Band. ex mus. Brandenburg.)

ΙΩ. ΔΕC. ΠΟΡΦΥΡ. *Imperator d. crucem, s. globum crucigerum, a sinistris sedet deipara manibus expansis in throno sublimiore.*

ΜΡ. ΘΤ. *Deipara sedet cum nimbo, d. elata, ante eam stant tres viri cum cusculis supplicum ritu.* AE. II. (Band.)

Superfunt hujus Augusti plures alii Aenei III. formae, sed cum notis inscriptionibus, et typis.

PRETIUM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

MANVEL I. COMNENVS PORPHYROGENITVS DVCAS.

Ioannis II. Comneni et Irenes filius propter crudelitatis indicia primogenito natu minimus, quem pater praeterito Isaacio ad imperium destinavit, quod

deinde adivit anno 1143. Manuelis infame est in historia cruce signatorum nomen, quorum exercitus insidiis et perfidia saepe attrivit. Post multa vulgata amentiae argumenta moritur anno 1180.

Vxor altera *Maria*, unde *Alexius II.*, qui successit.

Numi:

MAN⁸HA. ΔΕCΠΟΤΗ. ΤΩ. ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩ. *Imperator flans d. labarum, f. globum crucigerum, cujus caput imminens ex alto manus contingit.*

K^E. BOHΘEI. *Protome Christi, juxta IC. XC. AV. AR. concavi. (Mus. Caes.)*

MAN⁸HA. ΔΕCΠ. *Imp. flans ab adstante deipara coronatus.*

IC. XC. *Christus sedens. Potin scyphatus. (Mus. Caes.)*

MANV - - KON - - *Imp. flans d. labarum, f. gladium.*

Θ. ΑΓΙΟ. ΕΥΓΕΝΙΟ. *S. Eugenius nim-*

batus flans d. cruci innixus, f. pectori adnota. AR. (Tanini.)

MANVHA. Ο. ΘΕΟΔΩΡΟ. *Imp. flans a dexteris d. gladium, et S. Theodorus habitu militari f. gladium, crucem una tenent.*

IS. XP. *Protome Christi. AR. (Tanini.)*

MAN⁸HL. ΔΕCΠΟΤΗC. ΚΟΜΝΗΝΟ. ΔΟΥΚΑC. *Manuel flans d. palmam, f. sceptrum.*

IC. XC. Ο. ΕΜΑΝ⁸HA. *Protome Christi. AE. m. (Tanini.)*

Eadem epigrapha. Manuel flans d. sceptrum, f. ad pectus, cui manus ex alto coronam imponit.

Eadem averfa. AE. m. m. (ibid.)

MAN. ΔΕCΠ. *Ejus protome. ΓΕΟΡΓΙΟC. Protome S. Georgii. AE. IV. (ibid.)*

Exstant praeterea copiosi AEnei omnis formae cum averfa Christi, vel deiparae.

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	C.

ALEXIVS II. COMNENVS.

Manuelis I. et Mariae filius. Mortuo anno 1180 patre sub tutela matris imperium auspicatus est, triennio post jussu Andronici Comneni strangulatur anno 1183.

Numi:

Qui Alexii Comneni inscriptum nomen offerunt, nullum certum discrimen offerunt, sintne Alexio I., an II. adju-

dicandi. Si quos ergo huic II. largiri malis, eos in moneta Alexii I. quaere.

ANDRONICVS I. *Comnenus.*

Alexii I. nepos, impia Alexii II. caede imperio potitus anno 1183, cum in omnium odia propter crudelitatem incurrisset, a furibunda plebe dilcerpitur anno 1185.

Numi:

ANAPONIKOC. ΔΕCΠOΘHC.
Imp. stans d. sceptrum, f. globum crucigerum, cujus capiti adstans Christus coronam imponit.

MP. ΘY. *Deipara sedens manibus veste obvolutis.* AV. concavi. (Tanini.)

Similis utrinque epigraphe, et typus a-versae in AE. II. et III. (Band. Tanini.)

Omnes hi numi utrum sint Andronici I., an alicujus ejusdem nominis ex iis,

qui sequuntur, incertum sane.

Edidit Taninius aeneum II. formae: ANAPONIKOC. ΔΕCΠOΘHC. *Imperator et angelus stantes etc.* Numos cum simili typo habet proximus Isaacius Angelus, et est in his typus angeli adlusio ad nomen, neque is hactenus ante hunc Isaacium in numis compertus est. Viderit ergo eruditus ejus cimelii graeco, an certa hoc in numo sit lectio ANAPONIKOC, et pro hoc non potius legendum ICAAKIOC.

Numum aureum cum typo urbis Constantinopolis, quem Bandurius post Ducangium Andronico I. dedit, esse Andronici II. Palaeologi, in hoc disputabimus.

PRETIVM.

Aurei	RRR.
Aenei	R.

ISAACIVS II. *Angelus.*

Andronico atrociter a plebe, ut diximus, interfecto imperator salutatur anno 1185. Fridericum Ahenobarbum gravem vindicem expertus est, quod sibi Palaestinam per Thraciam petenti obstitisset. A fratre Alexio oculis orbatus, et in carcerem conjectus est anno 1195, inde serius eductus, et dignitati restitutus armis filii Alexii, cum

hunc quoque caesum intellexisset, moerore exstinguitur anno 1204.

Numi:

ICAAKIOC. ΔΕCΠ. *Imperator stans, cujus caput superne coelestis manus contingit, d. crucem, f. gladium vagina clausum una cum*

*adstante angelo tenet, juxta quem
superne scriptum MAI. inferne XM.*

*In alio: juxta angelum inferne
scriptum XOXM. In alio: XXM.*

MHP. ΘV. *Deipara sedens.* AV. concavi.
(Muf. Caef.) AR. concavus. (Muf. Caef.)

Sunt etiam similes aenei cum vel sine
adstante angelo, cujus imago haud du-
bie est adlusio ad nomen imperantis,
quique propterea hunc coeli ministrum
praecipue sibi propitium speraverit.

PRETIVM!

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	R.

ALEXIVS III. Angelus.

Amoto per vim, et oculis multato
fratre Isaacio imperium invadit anno
1195, verum a ducibus sacrae militiae,
quos in patris vindictam animavit fili-
us Alexius IV., bello petitus fugam ar-
ripuit anno 1203, subinde captus in
carcere vitam claudit.

Numi:

Horum si quos habuit, pete ex nu-
mis Alexii I. Comneni, ut in hoc mo-
nuimus.

ALEXIVS IV. Angelus.

Isaacii II. filius, patre ex vinculis
crepto imperator dicitur anno 1203,
anno sequente ab Alexio V. Duca Mur-
zuphlo occiditur.

Numi:

Hujus quoque aut nulli, aut incer-
ti.

ALEXIVS V. Ducas Murzuphlos.

Alexii IV. sicarius anno 1204, eo-
dem adhuc anno ex urbe fugitivus, in
Peloponneso apprehensus inter crucia-
tus animam efflat.

Numi:

Vt in praecedente.

Cruce signati capta anno 1204 Con-
stantinopoli, ejectoque Alexio V., cum
adferere sibi Orientis imperium consti-
tuissent, BALDVINVM Flandriae co-
mitem imperatorem dixere, quem se-
cuti HENRICVS frater, PETRVS Alti-

siodori comes, ROBERTVS Petri F., BALDVINVS II. Roberti frater, quo imperante Michael Palaeologus Constantinopolin expugnavit anno 1261, et Latinorum in Oriente imperio finem fecit.

Omnium horum numi hactenus cogniti non sunt. Dubius omnino est is, quem ad horum aliquem pertinere leviter coniecit Pellerinius. ^{a)}

Ejecti urbe ^{*} principe ^{*} Graeci alibi sibi imperatores suae gentis constituerunt, quos modo una cum numis recensibimus.

THEODORVS I. LASCARIS. Adhuc privatus Annam Comnenam Alexii III. Angeli filiam uxorem duxit, qua fiducia Latinis imperio interim potius obsequium negavit, et Nicaeae purpuram induit. A Latinis aeque, ac Graecis exagitatus moritur improlis anno 1222.

THEODORVS II. ANGELVS, Ioannis Angeli, qui et Comnenus, filius, Constantini Angeli nepos, qua de stirpe vide Ducangium. ^{b)} Ditionem suam Epiroticam adhuc privatus iustis accessionibus, quas Bulgaris, Latinisque per vim detraxerat, insigniter auget. Petrum Altifiodorensem, a Latinis imperatorem dictum, per insidias capit, et interimit. Hac fortuna elatus Thessalonicae purpuram sumit anno 1222, ibique coronatur. Post multa belli praeclare facta a Bulgaris victus captusque, oculis subinde orbatus liber tamen dimittitur, recuperataque Thessalonica

imperium in filium Ioannem transfert, sed quem patre adhuc vivo in ordinem redegit Ioannes Vatatzes.

IOANNES III. VATATZES, jure uxoris Irenes, quae fuit filia Theodori I., hoc vita functo a Graecis Asiaticis Augustus dicitur. A scriptoribus etiam *Ioannes Ducas* vocatur, forte ex avorum aliqua adfinitate cum Ducaena familia, ut conjicit Ducangius. ^{c)} Imperium per annos XXXIII. prudenter, ac magna rei bellicae laude administravit, et neglecta diu literarum studia revocare summa contentione adlaboravit, cognita praeclara ejus voce, in hominum coetu nihil esse rege et philosopho praestantius. ^{d)} Obiit anno 1255.

THEODORVS III. LASCARIS, Ioannis Vatatzis filius. Lascaris cognomen sumpsit a matre Irene, quae Theodori I. Lascaris filia fuit. Moritur anno 1259.

IOANNES IV. LASCARIS, Theodori III. et Helenae filius imperium patris morte vacuum puer adit, non multo post a Michael VIII. Palaeologo oculis erutis in carcerem compingitur, in quo reliquam vitam exegit.

Hactenus binos Ioannes, tres Theodoros enarravimus, qui intra tempus, quo Franci Orientis imperium tenuere, in Graeciae parte pro Latinis Augusti sunt agniti, Vtriusque Ioannis numi

a) Lettres pag. 184.
d) Greg. Acropolita cap. 32.
(Vol. VIII.)

b) Famil. Byzant. pag. 206. seq.

c) Famil. Byzant. pag. 212.

certi nondum prodivere. Theodori nomine nonnulli sunt vulgati, verum non satis plana ratio, quae suo singulos Theodoro vindicare doceat. Entibi eorum catalogum additis conjecturis, si quae ad manum erunt.

Numi THEODORI nomine.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΔΣΚΑΚ. — Ο. ΑΓΙΟΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. *Theodorus habitu regio indutus, et S. Demetrius nimbatu paludatus stantes una cruce oblongam tenent.*

IC. XC. *Christus sedens in throno, juxta quem hinc IC illinc AK. AR. m. m. a)*

ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. ΚΟΜΗΝΟΚ. Ο. ΔΣΚΑΚ. *Imp. stans d. sceptrum, f. globum crucigerum, ejus capiti manus coelestis desuper imminet.*

IC. XC. ΕΜΜΑΝΗΛ. *Protome Christi.* AE. concavus. (Tanini.)

ΘΕΟΔΩΡΟΣ. — Ο. ΑΓΙΟΣ. ΜΙ. *Cruce gradibus insisens, hinc protome Theodori, illinc S. Michaelis.*

ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. Ο. ΔΟΤ. ΚΑΚ, *scriptum in area numi.* AE. II. (Tanini, Mus. Caes.)

ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. *Imperator stans.*

IC. XP. *Protome Christi.* AE. (Tanini.)

Numus I., isque reliquis illustrior, pridem mihi est cognitus, ex quo ejus statum mecum communicavit amicissimus mihi Cousineryus, olim nationis Gallicae apud Thessalonicam consul praeclari hujus cimelii possessor. Vulgavit,

ut dixi, abbas Sestinius, et delineatum stitit tab. V. n. 13. Esse Theodoro II. tribuendum, conjecturam habemus probabilem sane. Constat, eum Thessalonicae sedem fixisse, coronatumque in templo urbis principe, quod S. Demetrio sacrum fuit, cujus magnus ibi fuit cultus, quia hac in urbe martyrii palmam Maximiani jussu abstulit, de quo vide Photium. b) Cur is se Ducam nominet, tanquam ex illustri Ducarum stirpe prognatus fuerit, ut certa causa dari nequit, ita certum etiam, ex stirpe materna, quin et adfinitatibus, vanitatis plerumque causa, hoc aevo nomina capi consuevisse, ut supra in Ioanne Vatatze diximus. Neque vero etiam propter eandem illustrium cognominum libidinem incredibile, numum loco II. positum, in quo Theodorus praeter Ducam insuper *Comnenus* dicitur, ad eundem Theodorum II. pertinere. Sane plures aliae fuere hoc aevo personae nobiles, quae aliis suis nominibus addidere nomina *Ducarum Comneni*, ut videre est apud Ducangium. c) Haec in Theodoro nostro adscitorum nominum varietatem praeclare confirmat decretum Graecum, quo idem ille metropolitanae Corcyrensis ecclesiae vetera jura rata esse jubet, quodque aeri incisum et commentario illustratum ex praeclaro museo Iacobi Nanii Veneti vulgavit eruditus Clemens Biagius. d) Desinit illud in haec verba: μηνι Ιουνίῳ ἡμερᾷ πρώτῃ ἐτεῖ 545 Θεόδωρος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ - - ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Κομνηνὸς ὁ Δεκάς. *Mense Iunio die*

a) Sestini Lettere T. II. p. 20 et 203.
225. d) Monum. Graec. Lat. pag. 209.

b) Cœd. 255.

c) Famil. Byzant. pag. 209 et

panfis circumdata moenibus ac turribus Constantinopolis. AV. concavus. (Pellerin Lettres pag. 180. Tanini.)

Praeclaros hos numos explicabimus in numis proximi Andronici II.

Numus Michaelis VIII. et Andronici II. filii.

ΜΙΧΑΗΛ. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. ΠΑΛΑ --

Imp. adversus stans d. femori ad-mota, f. volumen.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ. ΔΕΣΠ -- ΠΑΛ. *Idem typus.* ΑΒ. ΙΙΙ. (Tanini.)

* * *

In numo, quem Ducangius huc vocat, nullam probabilem, cur hujus Michaelis sit, causam video.

PRETIUM.

Aurei et aenei

RRRR.

ANDRONICVS II. PALAEOLOGVS.

Michaelis VIII. et Theodoraе filius hoc mortuo imperium adit anno 1282. Ab Andronico III. nepote bello petitus abdicat anno 1328, et aliquot post annis privatus moritur.

Vxor Anna Stephani V. Hungariae regis filia, ex qua natus Michael IX. a patre dictus Augustus, sed ante hunc mortuus. Vxorem is habuit Xenen, unde Andronicus III., qui successit.

Numi Andronici II. solius.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ. ΕΝ. ΧΩ. ΔΕΣΠΟΤ. ΠΟΛ. ΡΟΜ. (*sic*) *Christus stans dexteram imponit capiti Andronici genuflexi.*

Protome deiparae manibus expansis, circumdata moenibus ac turribus urbis Constantinopolitanae. AV. concavus. (Liebe Goth. num. pag. 93.)

Numum huic similem Ducangius, ejusque affecula Bandurius in moneta Andronici I. Comneni describere, et Ducangius quidem in Familiis Byzantinis pag. 169, etsi olim in Andronicum nostrum Palaeologum inclinaret animus, scilicet in Dissertatione de inferioris aevi numis § 68, et, quod magis mirum, ipse adferret argumentum, quod ad eum Palaeologo tribuendum maxime hortari debuerat, testimonium intelligo Pachymeris narrantis, ^{a)} Michaellem Andronici nostri patrem immutasse veteres numerum typos, et partem eorum avervae urbem, sc. Constantinopolin, insculpendam curasse. Nihil hac Pachymeris narratione potest esse luculentius. Iam vero cum hoc ejus testimonium confirmetur insuper auctoritate numerum Michaelis VIII. Palaeologi, novi hujus instituti auctoris, in

a) L. XII. cap. 8.

quorum, ut vidimus, parte averfa similis urbis Constantinopolitanae imago efficta est, an dubitare adhuc possumus, procul ab iis habendum Andronicum Comnenum, hosque, in quibus sumus, numos vindicandos Andronico Palaeologo, coeptum nimirum a patre Michaelē modum prosequenti? Idem confirmabunt continuo numi Andronici cum eodem urbis typo, qui filium Michaelē sociant. Epigraphen averfae praeclare Liebeus puritati restituit legendo: *Ἀνδρονίκος ἐν Χριστῷ Δεσποτῆς πόλεως Ρωμαιοῦν.*

- - ANΔ - - *Protome d. hastam cruce praefixam, f. globum crucigerum.*

ΚΤΡΙΕ. ΒΟΗΘΕΙ. *Cruz intra clypeum.*
AE. III. (Mus. Caes.)

Numum hunc esse Andronici, conjeci propterea, quia fabrica et typo similis est sequentibus, qui certe sunt

Andronici II.

ANΔPONIKOC. * — O. AF. ΔΗ-
ΜΗΤΡOC. *Andronicus, et S. Demetrius stantes.*

IC. XC. *Christus sedens.* AV. ^{a)}

Sestinio videtur tribuendus Andronico III. Sed idem in eum jus est Andronico II. Arbitretur lector.

Nami Andronici II. cum filio Michaelē IX.

ANΔ. - - XAHA. *Christus stans, juxta quem IC. XC., dextera protegit adstantem Andronicum II., sinistra Michaelē IX.*

Sine epigraphe: *Protome deiparae inter urbis moenia, ut supra.* AV. (Tanini.)

ANΔPONIK. MXAHA. *Duo impp. stantes medium labarum una tenent.*

ANΔPONIKOC. ΔΕCΠOTHC. *Cruz intra clypeum.* AR. III. AE. III. (Mus. Caes.)

PRETIVM.

Aurei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.
Argentei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRRR.
Aenei	-	-	-	-	-	-	-	-	-	RRR.

MICHAEL IX. Palaeologus.

De hoc, ejusque numis vide dicta in moneta Andronici II. patris.

ANDRONICVS III. Palaeologus.

Michaelis IX. filius, Andronici II. nepos, patre praemature mortuo ab avo

a) Sestini Lettere Tom. II. pag. 21 et 203.

in confortium adoptatus, subinde avum sibi beneficium folio dejecit anno 1328. Moritur anno 1341.

Vxor *Ioanna*, vel *Anna* Amedaei Sabaudiae comitis filia, ex qua natus

Ioannes V., successor.

Numos, si quos habet, selige ex du-
biis Andronici II. numis.

IOANNES V. *Palaeologus*.

Andronici III. filius, illo anno 1341 mortuo novennis sub matris et Ioannis Cantacuzeni tutela imperium auspicatur. Multa adversa a tutore Ioanne, deinde filio Andronico passus, denique Turcis obnoxius post L. annorum imperium vivere desit anno 1391.

Vxor *Helena Cantacuzena*, ex qua nati *Andronicus IV. Palaeologus*, in patrem primum rebellis, subinde privatus ante patrem moritur, et *Manuel II.*, qui post patris mortem imperavit.

Desunt hujus imperatoris numi.

IOANNES VI. *Cantacuzenus*.

Andronicus III. moriturus Ioannem Cantacuzenum Magnum Domesticum filio impuberi Ioanni una cum matre Anna tutorem reliquit. Hic cum filiam Helenam jungere cum pupillo cuperet, istud tamen per Annam non liceret, arma respicit, et Constantinopolin occupat anno 1347, mox imperii cum Ioanne V. Palaeologo consors filiam illi Helenam despondet. Orto iterum bello Turcis Ioanni Palaeologo opem ferentibus ponere imperium coactus monachi habitum induit anno 1355. Scripsit commentarios de vita sua.

Numus:

Plumbeus quidem, et haud dubie sigilli vice, dignus tamen, qui hic locum

obteneat. Eum nuper edidit abbas Sestinius ex museo Ainslieano, ^{a)} et delineatum dedit tabula V. n. 16.

O. ΔΗΜΗΤΡΙΟC. *Protome S. Demetrii nimbata d. hastam.*

ΙΩ. CΕΒΑΣΟC. ΚΑΙ. ΜΕΓΑC. ΔΟΜΕCΤΙΚΟC. *scriptum in aera. Pl. m. m.*

Ioannem nostrum primo fuisse nominatum magnum Domesticum, at hoc nondum honore contentum arripuisse imperium, continuo diximus, et copiose narratur a Ducangio, ^{b)} quam utramque dignitatem nunc in praeclaro hoc monumento conjunctam intuemur. Fuit autem Magnus Domesticus apud Byzantios is, qui copiis terrestribus praecerat, ut maritimis Magnus Dux, de quo vide iterum Ducangium. ^{c)}

a) Lettere Tom. II. pag. 21 et 183. Lat.

b) Famil. Byzant. pag. 260.

c) Gloss. inf.

MATTHAEVS Cantacuzenus.

Prioris filius, post patrem item abdicat.

ANDRONICVS Palaeologus.

Ioannis V. et Helenae filius. In patrem rebellis, subinde poenitens abdicat translato in fratrem imperii jure.

MANVEL II. Palaeologus.

Ioannis V. et Helenae filius alter. Patri anno 1391 succedit, et cum imperio Turcorum vicinia, et Ioannis VII. ex fratre Andronico nepotis seditione multum turbato annis XXXV. praefuit. *fet, moritur anno 1425, cum antea filio Ioanni imperium, quo se abdicaverat, permisisset.* Vxor I. *Irene*, ex qua nati *Ioannes VIII. et Constantinus XIV.*

IOANNES VII. Palaeologus.

Andronici, qui Manuelis II. frater fuit, filius, a patruo, cui molestus esse non desit, in ordinem redigitur, subinde Thessalonicae principatum aufert.

IOANNES VIII. PALAEOLOGVS.

Manuelis II. filius, eoque mortuo successor. In Italiam profectus auxilli adversum Turcos impetrandi causa in concilio generali Florentiae acto utriusque ecclesiae concordiam peragit. Moritur improlis anno 1448.

Numi:

ΙΩ. ΕΝ. ΧΩ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

Ο. ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ. *Imp. adversus stans d. crucem, f. aliquid cornui simile.*

ΙC. ΧC. *Christus stans d. elata crucem, f. librum Evangeliorum.* AV. M. M.

Singulare istud cimelium Gorius ex gazophylacio M. ducis Etruriae delineatum dedit in Museo Florentino, ^{a)} illud deinde his verbis explicat: ^{b)} *Aureum sigillum, quod insertum serico funi-*

a) Tomo IV. tab. VI. n. 2.

b) Tom. V. p. VIII.

*culo pendet ex autographo membranaceo, in quo solennis consensus ecclesiae Graecae cum Romana stipulatus est, cui Eugenius IV. summus pontifex, Graecorum imperator Ioannes, itemque Latini et Graeci patres manu sua omnes subscripsere. Copiosius subinde de eo agit infra, *) quod, quia memoria dignum nihil continet, omitto. Huic pluribus causis simillimum continuo in Constantino XIV. dabimus.*

* * *

Alium etiam aureum praegrandis moduli hujus Ioannis, opus Pisani pictoris, eodem opere ac tabula vulgavit Gorius. Eundem etiam, sed aeneum, jam dedere Ducangius, et Bandurius, et vidi ipse plures ejus generis. Verum hujus naturae numos mei instituti non esse existimo, ut jam supra in numis Heraclii I. pag. 223 monui.

CONSTANTINVS XIV. PALAEOLOGVS.

Manuelis II. hic quoque filius fratri Ioanni VIII. mortuo succedit anno 1448. In ejus tempora fatum inexsuperabile exitium imperii Graecorum disulit. Nam Muhammedes II. occupatis jam provinciis omnibus Constantinopolin ipsam obsidione cinxit, et expugnavit anno 1453 IV. Kal. Iul., cui procellae involutus imperator ipse misere interiit.

Numus:

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟC. ΕΝ. ΧΩ. ΑΥ.
ΤΟΚΡΑΤΩΡ. Ο. ΠΑΛΑΙΟΛΟ-
ΓΟC. *Ipse adversus stans d. crucem, s. volumen.*

ΙC. ΧC. *Christus nimbatuS adversus stans d. extensa, s. librum Evangeliorum, in area Φ. AV. M. M.*

Non poteram praesentis operis partem illustriore numo terminare, qui velut alter quidam limas est, in quo scilicet vetus res numismatica definit. Et vero cimelium tam insignis meriti tan-

te lubentius cum erudito lectore communico, quod illud aliquot abhinc annis Vindobonae jam furno destinatum ex flammis eripui, et in honorificam musei Caesarej stationem intuli. Quapropter dignum quoque judicavi, quem in partis hujus coronide accurate depictum eruditorum oculis subjicerem.

Ad causas ejus mechanicas quod attinet, auri est purissimi, volumen, quanti est subjecta imago. Pondus duorum aureorum Hungaricorum, minus granis sex. Tenuis ergo pro amplo suo volumine metalli est. Numus ipse constat ex duabus laminis valde subtilibus invicem conjunctis, quae junctio aliquot in margine locis tenui hiatu facile se prodit. Figurae et literae satis alte exstant. Typos, picturae stilum, literarum formam imago inspecta suppeditabit.


Satis apparet, numum hunc ejus plane esse modi, cujus est numus fratris Ioannis VIII., quem continuo supra descripsimus, sic ut ne litera quidem Φ in

a) l. c. pag. 31.

area abſit. Tamen volumine multum eſſe illo inferiorem, docebit collata Gorrii pictura, tum et reſtitutoris Taninii. Quem uſum cimelium iſtud praeſtiterit, definire vereor. Sigillo, inſtar Goriani illius, ſervire non potuiſſe, inde arguo, quia nulla adparent trajecti fili veſtigia, neque etiam laminarum tenuitas filo iter feciſſet. Veriſimile omnino videtur, numum hunc in moneta, ſed haud dubie extraordinaria, putandum.

Tanto vero ille magis eſt ſuſpiciendus, quod hactenus in Conſtantine XIV. moneta ſocium non reperit, ſive aliud

quoddam ejus exemplum ſpectes, ſive numum qualemcunque alterius generis, qui huic imperatori tuto poſſit vindicari. Ejus numum praegrandem argenteum olim edidit Marquardus Freherus, et ſingulari diſſertatione illuſtravit, ſed quam, quia is haud dubie novicii eſt operis, copioſe refutavit Joſephus Scaliger in epiſtola, quae inter Scaligerianas eſt CXXXIII., et quam Ducangius in fine Diſſertationis ſuae de inferioris aevi numis una cum numi pictura reſtituit. Atqui et Bandurius hanc Freheri lucubrationem *plane ineptam* vocat. ^{a)}



^{a)} Bibl. num. n. XXX.
(Vol. VIII.)



P S E V D O M O N E T A.

M m 2

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PSEUDOMONETA.

Hoc nomine comprehendimus quaedam veterum monumenta, quae monetam veram modis plerisque imitantur, sed monetae verae usum nunquam praestitere, neque auctoritate publica, sed privata collegiorum, corporum, aut cuiuscunque ad privatos suos usus, et ut voluntas, ac libido tulit, signata sunt. Universam ejus materiem binis sectionibus definimus, quarum I. continebit pumos contorniatos, II. tesseras, spintrias, aliaque varii argumenti.

SECTIO I.

DE NUMIS CONTORNIATIS.

In pseudomoneta cum propter copiam, tum qualemcunque excellentiam primum locum tenent numi, quos *contorniatos* vocamus. Appellationis hujus, etsi recentis, et veteri Latio ignotae, tamen veram causam ignoramus, quo minus indignemur, si qua etyma vetera non percipimus, quando in origine vocabulorum, quae aetas nostra parituri, adhaeremus. Verisimile est, sic dictos a verbo Italico *contorno*, aut Gallico *contour*, quod extremam cujus-

cunque rei lineam, aut circumscriptionem significat, ut revera plerique hi numi in extremo utrinque margine lineam in orbem ductam, et altius insculptam offerunt. Placuit Erizzo *crotoniatos* eos appellare a Crotone Italiae urbe, sed causam non adfert. Nobis isthaec perinde sunt. Qui auctorem magis in his curiosum desiderat, adeat Olearium mox laudandum.

Iam in primis artis nostrae incunabulis hos inter rei monetariae abortus,

veramque monetam discretum est, et fuere non pauci, qui in earum naturam inquirerent. Vt vetustiorum conatus praeteream, quorum vix jam aliquis usus, pauca de his monuit *Carolus Patinus* in *Suetonio suo*, ^{a)} adjecto promisso, se aliquando eorum explicandorum provinciam in se suscepturum, sed fidem vir praestans non liberavit. Pauca item, eaque praeclara de iis scripsit *Andreas Morellius* in *Specimine suo*. ^{b)} Nonnulla observata habes in *Ioberti* *Scientia numorum*, quorum partem correxerit *Baro Bimardus*. ^{c)} Varia de iis congestit *Christoph. Wagenfeilius* in dissertatione de re monetali veterum Romanorum, ac non multo post *Christophorus Olearius* in epistola de numo contorniato M. Aurelii, quae exstat in *Electis Woltereckii* pag. 112, tum et *Eucherius Rinck*. ^{d)} At maximum ad eos conscribendos, illustrandosque conatum attulit *Siegebertus Havercampus* in opere, cui titulus: *Dissertationes de Alexandri M. numismate, quo quatuor summa orbis terrarum imperia continentur, ut et de numis contorniatiss. Lugd. Batav. 1722 in 4.* Meum de hoc opere si requiras iudicium, ajo, molem esse rudem, atque indigestam, confarcinatam partim

judiciis alienis plerumque obsoletis, iisque ad verbum descriptis, iterumque obtrusis, partim propriis luti non multo melioris, incertis ac fluctuantibus, ut satis appareat, virum eruditum nullo certo itineris proposito cuivis vento sese permisisse, quod ipsum Bimardo quoque displicuisse video. ^{e)} Aliquot post annis prodit *Mahudelii* Galli de numis his iudicium, sobrium illud quidem, sed arctis nimium finibus circumscriptum, ^{f)} quod deinde in opus suum transtulit *Mangeartus*. ^{g)} Postremus, quod norim, de contorniatiss aliqua praecepit *Henricus Cannegieterus* in *Miscellaneis observationibus criticis Amstelæd.* anno 1736 p. 133, atque iterum in iisdem *Miscellaneis*, sed *novis*, anni 1740 pag. 7. Iconismi contorniatorum praeter eos, quos sinit Havercampus, sunt in musei Farnesiani Tomo V., in Imperatoribus Morellii, et in Cimelio Caesareo Vindobonensi, quod edidit Froelichius.

Materiam omnem in plura tribuimus capita, quorum I. ager de characteribus contorniatorum, II. de eorum typis in genere, III. de typis in specie, IV. de eorum aetate, V. de usu, VI. de merito.

C A P V T I.

De characteribus contorniatorum.

Sunt hi ejus generis, ut in oculos facile incurrant, et suapte istud pseudomo-

a) Pag. 468. b) Pag. 43. c) ad Iobert, Tom. I. pag. 74. d) de vet. num. pot. c. IV. e) l. c. f) B. L. Tom. V. hist. pag. 284. g) Introd. à la scienc. de méd. pag. 36.

netae genus a moneta vera discernant. Eccos:

I. Linea in numi margine utrinque in gyrum, et in sulci morem ducta, eaque plerumque alte insculpta, quem locum in moneta vera occupant globuli in orbem conjuncti, quos raro in his numis videas. Est is modus contorniatum index certissimus, atque ab hac peristasi, ut altius dixeram, verisimile est, his numis *contorniatorum* nomen datum. Video, in re etiam manifesta graviter a viris non paucis praestantibus erratum, dum contorniatos dixere, quos nos *duplicis metalli* numos vocamus. En tibi verba Wagenseilii: ^{a)} *praeterea observatione dignissimum est, quosdam ex his numis limbum ex diverso metallo habere, et quasi praetextatos esse; aereos enim ora ex aurichalco, conflatos ex aurichalco aerea circumdat extremitas. — — — Proprio nomine haec numismata vulgo crotoniata, vel conturniata vocantur. Post hunc laudatus supra Olearius loquens de suo M. Aurelii numo: ^{b)} Limbum habet ex diverso metallo, aereus scilicet numus ora ex aurichalco quasi praetextatus est. Aliter, addit, conflatos non vidi contorniatos. Idem post hos edixit Raschius in suo Lexico rei num. vet. sub Contorniatum, Io. Ernestus, ^{c)} et eadem injuria Tentzelius insignes maximi moduli numos in vile contorniatorum agmen detruxit. ^{d)} Patet, eruditis his viris veros contorniatos verumque discrimen hos inter, et numos duplicis metalli non fuisse cognitum, qui sic utrumque genus, etiam naturae usque adeo*

disparis, miscuere. Contorniatum additum ex diverso metallo limbum non habent, sed toti constant metallo ejusdem naturae, eoque perpetuo, ut taceam, numos metalli duplicis esse insignis pro varia aetate laboris, crassos, operisque exstantis, quando contorniatorum labor hiulcus fere est, et humilis, et tenue pro volumine metallum. Sane ipse is numus M. Aurelii, quem ibi proponit Olearius, contorniatum non est; nam ejus limbum ambiunt globuli, qui in contorniatum plerumque absunt, sed in quorum locum succedit sulcus, quem dixi. Est idem hic numus etiam in museo Theupoli, at contorniatum M. Aurelii adhuc videre non licuit. Dubium non videtur, sulcum hunc post numum jam cusum scalpro fuisse excavatum; nam in multis videas literarum capita vomere amputata.

II. Monogramma **P** vel **E** vel inversum R, et sigilla varia anticae capiti adstituta, inter quae frequentissimum *palmae ramus*. Hic, et dictum monogramma cum adsunt, certissimum habito contorniatum. Sigilla alia, sed rarius, observavi *astrum, folium luederae, arcum cum pharetra, Victoriā volantem*. Sunt tamen etiam contorniatum, qui horum nihil adjectum habent. Notandum vero, haec sive monogrammata, sive sigilla non esse exstantia, sed introrsum scalpta, et saepe inserto argento expleta. Dictum monogramma, quod in EP., vel PE. resolvitur, qui probabili aliquo modo explicaret, nemo adhuc

a) de re monet. vet. c. 8. b) Pag. 116. numism. ex gazoph. Schwarzburg. pag. 104.

c) Archaeolog. lit. cap. IV. § 12.

d) Sol.

reperitus. Non dubitavit Mahudelius, in monetariorum illud notas referre. Sin istud, vellem idoneam causam dari, cur maluerit monetarius monogramma istud altero labore, et in singulis quidem repetito, introrsum scalpere, quam curare, quod alias in similibus notis constanter factum novimus, ut jam principio matrici insculptum succedente subinde malleo opus exstans efficeret. Monogramma vero istud confecto jam numo, atque adeo, quod dixi, altero labore fuisse inductum, eo patet, quod in nonnullis ipsum collum positi juxta capitis, ac pectus pervadit, certo indicio revocati ad opus numi, ut adeo non sint ex earum notarum genere, quas monetariorum appellamus, sed earum, quas *incusfas*, et cum Gallis *contremarques* vocamus, de quibus egi volumine I. pag. CVII. Conjecit Cannegieterus, has literas significare posse *Palma Emerita*, vel *Praemia Emerita*, vel *Praemii Ergo*.^{a)} Invalidae sane conjecturae. Serius ipsum hoc monogramma EP. scriptum reperi juxta monogramma Christi et palmae ramum in lamina aenea, quam edidit Pignori- us in suo de servis opere. Quare cum hae literae EP. vel PE. in hoc monumento jungantur cum palmae ramo, in multis vero contorniatas in hujus rami vices succedant, conjici potest, eas aliquid ad victoriam pertinens significare.

III. Omnes sunt ex aere, eoque vario. Aurei argenteique hujus generis

ignoti.

IV. Volumen iis idem est, quod numis maximi moduli, sed deficiunt pondere, nam aeris sunt minus craffi. Sunt tamen nonnulli, etsi admodum rari, voluminis arctioris, et aeris nonnihil craffioris, quales sunt ii, quos Italico vocabulo *medaglioni* appellamus. Talis est in museo Caesareo numus Constantini M., sed quem insculptum monogramma EP. certum contorniatum facit. Insolentis voluminis unum cum capite Pla. Valentiniani ex museo reginae Christinae post alios edidit Havercampus. (Num. 56.)

V. Fabricam sibi habent propriam, figuris planis, parumque e superficie prominentibus, nimirum quod, ut dixi, metalli sunt tenuioris. Nonnunquam figurae totae introrsum sculptae sunt. Hujusmodi sunt numi, quos recitabimus infra capite III. § 4 in Decur- sionibus sub TOXXOTES, COSMVS, et SELEVCVS, immisso etiam in cavum argento, eo modo, ut mox § II. dixeram. Ars in his, si optima, mediocritatem non superat. Saepe opus rude, et indoctam manum profitentur. Hujus causa ruditatis videtur Baudelotius, etsi perperam, binos Metropolis Ioniae numos Graecos in contorniato- rum numero posuisse.^{b)}

VI. Typos etiam, et inscriptiones sibi proprios vendicant, sed de quibus hic non ago, quod eorum ratio ex sequentibus patebit.

a) Miscell. observ. anni 1736. pag. 137.

b) B. L. Tom. III. pag. 251.

CAPVT II.

De typis contorniatorum in genere.

Partes anticae in hujus quoque classis numis caput aliquod, vel protomen plerumque offerunt. Partium averfarum typi majorem partem ex ludis Circensibus, aliisque spectaculis sunt petiti, quanquam non desint capiti ex cyclo mythico et heroico, et non pauci argumento sint abstruso, aut plane ignoto, quae singula docebunt numi infra descripti.

Istud habent hi numi singulare, quod fere nunquam appareat aliquis partis anticae cum averfa nexus, saltem certus ac perspicuus, sed plane arbitrarius, atque ut libido tulit. Nemo enim facile componet caput Alexandri M. cum circo Romano, Scylla, vel raptu Sabinarum, aut Horatium, Apollonium Tyanensem, Sallustium cum agitatoribus circensibus, planis, et agyrtis, Neronem cum Faustina juniore. Arbitrium istud eo maxime elucescit, quod saepenumero eosdem plane typos cum variis capitibus conjunctos videmus. Sic fabulam Scyllae conjunctam habemus cum capite Alexandri M., Neronis, Trajani, urbis Romae, Cybelen in consortio Atyos sui vectam cum capite Homeri, Neronis, Vespasiani, Trajani. Plura exempla alia habebis infra. Novi, nonnullis antiquariis rem non maximi negotii visam, hujus nexus causam reperire. Non nego, ingenii et eruditionis ope posse in singulis aliquid probabile adferri. Verum si probabili conjectura extudisti denique nexum v. g.

(*Vol. VIII.*)

Alexandri M. cum Scylla, an eadem valere etiam poterit ad explicandum nexum Neronis vel Trajani cum eodem maris portento? Quam fuerit bonus Havercampus gratis anhelans, multaque agendo nihil agens, cum in singulis conciliare utramque partem nitetur, toto opere, quod de contorniatibus conscripserat, luculente comprobavit, cujus infausi conatus exemplum streperum dabimus infra capite III. § 7 sub numo primo.

Capita, quae partem anticam occupant, sunt hominum variae fortunae, ordinis, instituti, summorum aequae ac infimorum. Numinis certam effigiem nondum in his observavi. In nonnullis tamen est caput Romae addito ROMA. Vide infra cap. III. § 1 sub *Scylla*, aut addito INVICTA. ROMA. FELIX. SENATVS. Vide cap. III. § 4 in ventionibus. Eorum major pars imperatorum Rom. effigiem sistant, frequens in his etiam Alexander M., tum et viri illustres Homerus, Terentius, Horatius, alique, quos omnes infra enumerabimus. Denique non pauci offerunt protomen d. flagellum tenentem, s. equum freno ducentem, quo typo multis creditum repraesentari variorum imperantium effigiem, sed docebimus infra in animadversionibus, quae decurcionum numis subjiiciuntur, esse imagines aurigarum.

Restat, ut quorum imperantium habeamus contorniatos, adhibita nonnul-

N n

la crisi investigemus; nam virorum illustrium catalogum infra dabimus. Havercampus priores Nerone non vidit, ut ipse testatur, ^{a)} at comperti sunt serius non pauci, qui Neronem anteverunt. Ea tibi imperantium omnium catalogum ex probis auctoribus haustum:

Julius Caesar. * Ejus binos vulgavit Morellius in Thesauro imp.

M. Antonius IIIvir. Sub Herculis effigie proponitur in contorniato musei Caesarei, qui describetur infra in mythologicis sub *Hercule*.

Augustus. Ejus plures edidit Morellius in laudato opere, sed qui plerique sunt Goltziani. Unus est in museo Caesareo typo venationis, alius in Catalogo d' Ennery.

Agrippina senior. Numos vide capite seq. § II. et V.

Caligula, cujus numum dabimus infra in numis Decursionum sub CHRY-SOPOLVS.

Nero. Numi obvii.

Galba. Hujus unum exhibet Morellius in Thesauro imp.

Vespasianus. Ejus contorniati Havercampo ignoti. Complures exstant in Thesauro Morelliano, et museo Caesareo.

Domitianus. Binos dedit idem Morellius.

Trajanus. Numi obvii.

Antonius. Ejus numos binos vide infra § V.

Antoninus Pius. Ejus numum vide cap. seq. § VI. sub OLEXIVS.

Faustina senior. Ejus numus est in museo Caesareo cum epigraphe: MA-

TRI. DEVM. SALVTARI, de quo agemus mox in *mythologicis*.

M. Aurelius. Huic contorniatum tribuit Olearius in epistola, quae est in Electis Woltereckii pag. 112, sed jam supra cap. I. monui, eum, quod duplicis metalli est, hujus classis non esse.

Faustina junior. Ejus quidem caput in contorniatis usque modo ignotum, verum stans proponitur in numo, quem dabimus cap. seq. § 5.

Lucilla. Vide numum in catalogo d' Ennery pag. 410.

Severus. Hujus binos Havercampus ex Panvinio hausit. ^{b)} Verum cum eruditus Batavus tantum conjecerit, in horum antica esse caput Severi, et praeterea nusquam alibi ejus contorniatum reperire licuerit, lubet fidem differre.

Caracalla. Ejus aliquot exstant apud Havercampum, in museo Caesareo, et alibi.

Alexander Severus. Huic Havercampus, alique tribuunt numos, in quibus caput leonis exuviis tectum adscripto: ALEXANDER, sistitur, verum hos esse potius Alexandri M., statuimus capite seq. § 3.

Constantinus M. Contorniatum habes capite seq. § 5. Ei etiam Havercampus binos largitus est num. 50 et 51, sed perperam, ut probabimus infra in animadvers. ad decursionum numos. Insignem alium dabimus § IV. sub *Pugilatu*.

Magnentius. De numo male huic ab Havercampo tributo agimus infra loco mox laudato.

Desiderius. Creditus Havercampo De-

a) Pag. 49.

b) Pag. 136.

fiderius Caesar est potius Desiderius aurgiga. Vide infra capite seq. in Decurſionibus sub DESID. NC.

Iulianus. Advocatus ex numo male lecto, qui est Antonini Pii. Vide infra capite seq. § 6 sub OLEXIVS. Est tamen in museo Princ. de Waldeck contorniatuſ, in cujus antica est protome Iuliani galeata ſ. clypeum.

Iovianus. Huius numum, ut mihi videtur, ambiguum, aut ſpurium producam infra in animadverſionibus ad decurſionum numos.

Honorius. Binos dedit Havercampus, aliumque muſeum Theupoli.

Theodoſius II. Ejus contorniatum vulgavit Taniniuſ in ſuo Supplemento ad Bandurium.

Pla. Valentinianus. Quinque varios reperit Havercampus.

Anthemiſ. Ejus numi epigraphe vi-

tiata - - ILOS. HERACLEOS. *Heracles d. clavam, ſ. leonis exuvias puerulum nudum ſibi blandientem ſuſtinet, in imo: ANDREA.* (Tanini Suppl. Bandur. p. 373.) Videtur puerulus eſſe Telephus.

Ex hoc catalogo perſpicimus, Auguſtorum aliis nullos, aliis perpaucos, Neroni ac Trajano magno numero fuiſſe dedicatos. Cur in duobus hiſ obſervandis tam fuerint ſeduli ii, qui hoſ numoſ feriundoſ curavere, probabilem aliquam cauſam capite V. proferemus. At in aliis ſive negligendis, ſive parcius inferendis ſolum eoſ arbitrium ſecutoſ plane exiſtimo, atque eidem noſ cauſae debere, cur iis arceſſere placuerit Homerum, Horatium, etc. neglectiſ aliis non minoris famae Graecoſ inter atque Romanos.

C A P V T III.

De typiſ contorniatorum in ſpecie.

Havercampuſ catalogum contorniatorum ſecundum capita imperatorum, et virorum illuſtrium digeſſit, quo factum, ut eaſdem averſaſ, quoniam hae cum pluribuſ imperantibuſ ſunt communeſ, ſaepiuſ opuſ eſſet repetere. Ego, qui in hiſ numiſ parteſ averſaſ prae capitibuſ imperatorum jam aliunde cognitiſ magiſ ſpectandaſ puto, rectiuſ me facturum exiſtimo, ſi in iis enumerandiſ explicandiſque pleruſque averſaſ praeferam. Quoniam vero hae multipliciſ ſunt, variaequae naturae, neceſſe puto in varioſ eaſ articuloſ tribuere, quorum I. complectetur mythologica, II. hiſto-

rica, III. perſonaſ illuſtreſ, ac primum quidem heroeſ, heroiდეſ, regeſ, deinde viroſ eruditione claroſ. IV. Spec- tacula, quae dividimuſ 1 in decurſioneſ, 2 in venationeſ, 3 in pugilatuſ, 4 in ſcenica. V. Contorniatoſ cum typiſ domeſticis cognitiſ. VI. Numoſ explicatuſ ambigui.

§. I. *Mythologica.*

Cybele et Atyſ in citiſ leonum quadrigiſ.

Caput Homeri. (Geſſner impp. tab. XLV. num. 30.) *Auguſti,* (Catal. d' Ennery.)

Nn 2

Neronis, (Morelli Impp.) *Vespasiani*, *Traiani*. (Mus. Farn. Haverc.) In numo Vespasiani *supra quadrigas sunt duo clypei, quorum uni insculptus leo, alteri cancer, in imo mulier humi sedens.* (Mus. Farnes.)

De Cybeles et Atyos turpi commercio adfatim egere mythologi omnes. Additus in Vespasiani numo leo et cancer haud dubie ad astrologiam pertinent, quorum cum Cybele nexum inquirere taedet. Mulier humi sedens certa est Tellus, cui Cybele praesidet.

MATR. DEVM. SALVTARI.

Templum, pro cuius aditu sedens Cybele inter duos leones, s. tympanum, extra illud stat Atys d. pedum, s. pinum arborem contingens.

AGRIPPINA. MATER. AVGVSTI. *Caput Agrippinae senioris.* (Morelli in Agrippina sen.) In alio: DIVA. AVGVSTA. FAVSTINA. *Caput Faustinae sen. velatum.* (Mus. Caef.)

Iterum Cybele cum suo Atye, quem typum explicavi in numis Faustinae senioris. Nam idem est in numo max. mod. cum capite hujus Augustae in museo regis Galliarum, tametsi suspicer, hunc quoque esse ex contorniatorum familia, quia secundum omnes causas simillimus est laudato numo musei Caesarei, quem insculptus pone caput Faustinae ramus contorniatum haud dubie facit. Exstant vero etiam ejusdem Augustae numi aenei cum eadem inscriptione, et eodem Cybeles sedentis typo, sed absunt templum, et Aty. Atque

hunc modo typum monetarius, incertum, qua de causa, cum Agrippina sen. communicavit.

Argumenti causa conjungo numum sequentem:

Gallus sibi ipsi genitalia praecidens, jacet humi pileus Phrygius.

Caput Vespasiani. (Morelli Impp.)

Notus furor sacerdotum Cybeles, qui galli vocabantur, et Atyos exemplo in proprium corpus exercuere saevitiem, quam honestius tegendam numus hic nulla verecundia revelat aeterno corruptae mentis argumento. Iacet juxta pileus Phrygius; nimirum ea rabies Phrygas potissimum, Galatasque occupavit.

Iuppiter rupi insidens excubante juxta aquila; adstat figura militaris equum freno retinens.

DIVO. IVLIO. *Caput Iulii Caesaris.* (Morelli Impp. et in num. fam. Iuliae.)

Difficilis typi hujus solutio. Numum Schlegelius ipsi Caesari coaevum facit, quo certe fallitur. Havercampus equi traductionem exhiberi existimat. *)

Bacchus nudus stans botrum adstanti pantherae porrigit, s. thyrsus; circum eum saltant hinc tibicina, et mulier alia thyrsus jactans, inde puer unus pedum, alter ramum gestans.

Caput Traiani, (Mus. Caef.) *Caracallae.* (Mus. Caef. Havercamp.)

Bacchus vectus in pantherarum bigis praecedente Satyro, comitante

a) ad Morelli num. fam. pag. 219.

tibicina.

Caput Neronis. (Haverc. Morelli.) *Tra-*
jani. (Haverc. n. 20 et 70.)

Typi et aliorum abunde cogniti.

Mars nudus f. pede prorae navis
imposito irruit cum hasta, et scala.

Caput Neronis, in alio Vespasiani. (Mo-
relli Impp.)

Mars gradiens d. hastam, f. tro-
paeum, et hostem prostratum cal-
cans.

Caput Vespasiani. (Theupoli.)

Mars scalas deferens est πολιορκητής,
urbium expugnator, quo cultu exstat
etiam in numis Bizyae Thraciae.

Diana sedens ex adverso Endymi-
onis dormientis, cui adcubat canis,
superne volitans Cupido.

Caput Neronis. (Mus. Farn.) *Traiani,*
(Haverc.) *Lucillae.* (Catal. d' Ennery.)

Notus Dianae in pastorem Latmum
adfectus, ab amoris negotio cetera ali-
enae, at huic uni, ut ferunt, culpa
succumbentis. Cum haec numismata,
ut plane verisimile est, in circi ac sce-
nae usum cesserint, et eorum multa re-
latas in iis victorias jactent, videri pos-
sit, aliquam hotypo allegoriam recon-
di, qualem nobis offert epigramma Le-
ontii: ^{a)}

Αγχισην Κυθερεια, και Ενδυμιωνα Σε-
ληνη

Φιλατο' μυθενται τοια παλαιγενεες.

Νυν δε νεος τις μυθος αιεισεται, ως ταχχα
Νικη

Ομματα και διφρες φιλατο Πορφυ-
ριε.

Anchisen Venus, et Endymionem Luna
Amavit; fabulantur ejusmodi veteres.

At nunc nova quaequam cantabitur fa-
bula, quam prompte Victoria
Faciem, et currus amaverit Porphy-
rii,

nempe aurigatoris.

Herculis cum Nesso Centauro pugna.

Caput Alexandri M. (Catal. d' Ennery.)

Caput Herculis nudum, pone cla-
va.

Hercules cum leone luctans. (Mus. Caef.)

In posteriore hoc numo lineamenta
capitis M. Antonium referunt; at con-
stat etiam de hujus cum Hercule nexu,
et exstat numus Alexandrinus, in quo
is Herculis quoque ritu proponitur.

Scylla canibus succincta, et in bi-
nas delphinum caudas desinens late
divergentes et erectas, f. gubernaculum
tenens, d. vectorem crinibus
prehensum ex navi deturbat, ad-
stante figura pileata socium adducto
pugione defendente; apparent alii
in gurgite natantes, retro arbor.

Caput Alexandri M. leonis exuviis tectum.

(Mus. Caef. Haverc. num. 64.) *Neronis,*
(Morelli Impp.) *Vespasiani,* (Catal. d'
Ennery) *Traiani,* (Mus. Caef. Haverc.
num. 22 et 36. Mus. Farn.) ROMA.

Caput Romae galeatum. (Theup. p. 772.)

Illustrem hunc typum male ab erudi-
tis intellectum male etiam explicari ne-
cesse fuit. Et Havercampus quidem,
qui eum ter stitit, refutatis veterum
antiquariorum judiciis parum sane dex-
teris sua deinde protulit, sed adeo va-

a) Brunck Anal. Tom. III. p. 105.

ga et fluctuantia, ut denique, ubi consistendum sit, non satis reperiret. Enimvero ipse ac plerique alii plerumque agnovere propositam hoc typo Scyllam, sed partim non intellexere, quodnam hujus monstri facinus eo exprimitur, partim eo peccavere, quod argumentum istud ex ejus principis vita, quem antica sistit, putaverunt explicandum, et quod sequitur, unus idemque typus cum principibus tam aetate, quam moribus diversissimis fuit componendus, nimirum cum Alexandro M., Nerone, Trajano, ac denique Roma, quod cum difficile esset, placuit allegorias subsidio vocare, quas, si parum dexter es, in omnes potes formas convertere. Atque vel sola haec cum Scyllae effigie numismata satis per se comprobant, quod capite superiore occupaveram, in hac numerorum classe partibus anticis eandem cum averfis esse concordiam, lupis et agnis quanta sortito obtigit. Ad typum ut redeam, graphice is proponit, quod Homerus de Vlyssis per fretum Siculum itinere, Scyllae insidiis, et sociorum calamitate cecinit. *) Ex tribus viris, qui tabulato navis insistant, medius causa pilei, quo caput operitur, certus est Vlysses. Dextera gladium intentat, sinistra clypeum gestat. Atqui is teste Homero, cum Scyllae jam stabulis appropinquaret,

Αὐτὰρ ἐγὼ καταδύς κλυτὰ τεύχεα, καὶ
 δύο δέρε

Μακρὸν ἐν χερσὶν ἔλῳγ, εἰς ἱκρία νηὸς
 ἔβαινον.

*Ceterum ego indutus splendida arma,
 et duabus hastis*

*Longis in manus acceptis, in tabulata
 navis conscendebam.*

Sociorum vero interitum eleganter monetarius secundum poeta verba expressit :

Τοφρα δὲ μοι Σκυλλῇ γλαφυρῆς ἐκ νηὸς
 ἑταίρους

Ἐξ ἑλεθ', οἱ χερσὶν τε, ἐν ᾧ τε φερτεροὶ
 ἦσαν.

*Interea autem mihi Scylla cava ex navi
 socios*

*Sex abstulit, qui manibus et virtute
 optimi erant.*

Ad Scyllae formam quod attinet, nolo recoquere, quae ad denarios Sex. Pompeji latius commemoravi. Id unum addo, egregie in his numis adumbratam Virgilii Scyllam, qui commemorat additas inferne huic monstro delphinum caudas, et canes, quos lupos appellat: b)

Delphinum caudas utero commissā luporum.

Simulacrum aeneum idem Scyllae et Vlyssis argumentum exhibens stetit Constantinopoli, refert Nicephorus Choniatas. c)

Mirum, quam et operose, et inconcinne Addisonus, qui forte postremus in hunc numum commentatus est, haud dubie vitiato usus exemplari, argumentum istud explicare sit conatus. d)

Bellerophon ex Pegaso cum Chimæra dimicans.

a) Odyss. M. 228. seq. b) Aeu. III. 430.

d) Dial. upon the usefulness of anc. med.

e) Bandur. Imper. Orient. L. VI. p. 110.

Caput Alexandri M.

Angelonus, qui numum hunc edidit, ^{a)} non Bellerophontem ex Pegaso, sed Alexandrum Severum, cui caput anticae tribuit, ex equo cum Chimaera certantem vidit. Mallem heroem Corinthium in sua jura restitui, nam numi iconismus haud dubium alae indicium facit uni Pegaso propriae.

*Amphion et Zethus novercam Dir-
cen tauro alligatam raptantes.*

Protome divi Trajani. (Muf. Com. Vizai.)

Eundem typum jam vidimus in numis Acrafi, et Thyatirae Lydiae urbium.

SOLI. ^{*} INVICTO. ^{*} Sol adversus
in quadrigis.

Caput Alexandri M. (Haverc. p. 38.)

ROMA. *Caput galeatum Romae.*

Scylla canibus succincta etc. ut mox supra.
(Theupoli p. 772.)

SAPIENTIA. *Pallas flans d. lau-
ri, vel olei ramum.*

HONORIO. AVGVSTO. *Caput Honorii.*
(Tanini Suppl.)

In numis Constantini M. legitur SAPIENTIA. PRINCIPIS typo noctuae.

§ II. *Historica.*

Vnicum tantum exemplum reperi ex historia veteris aevi haustum.

SABINAE. *Milites Romani Sabinarum rapina occupati, pone tres obelisci metarum Circensium unam*

constituentes.

Caput Alexandri M. (Haverc. p. 1.) *Neronis*, (Morelli Impp.) *Constantii II.* (Baüduri T. II. p. 378. Muf. Florent. tab. C.) Item *Agrippinae sen. cum epigraphe*: AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. (Muf. Princ. de Waldeck.)

Illatam universae Sabinorum genti injuriam, quam honestius tacendam Titureiae quoque gentis denarii sistunt, in his etiam contorniatibus restituere placuit. Meta adstituitur, ut peractae contumeliae locus intelligatur, Circus nimirum; nam ludos hos Confualium nomine actos, Circenses dixit Val. Maximus, ^{b)} aliique.

§ III. *Personae illustres.*

Eas I. in heroes, heroides, reges, II. in viros eruditione, aut aliter claros tribuimus.

Heroes, heroides, reges.

ACHILLIS. PENTESILEA. *Achilles armatus fratham humi Penthesileam erigit, pone equus item prostratus.*

Caput divi Trajani.

Numum hunc primus edidit Occo, unde eum hausit Harduinus, ejusque sibi imaginem finxit, qualem voluit, proposuitque in suo Plinio. ^{c)} Verum deinde iconismum vulgavit museum Farne-
lianum, ^{d)} sed in quo, aetatis sine dubio injuria, desideratur vocabulum PENTESILEA, quo factum, ut ejus prae-

^{a)} Hist. Aug. p. 230.
tab. VII. n. 2.

^{b)} L. II. c. 4.

^{c)} Tom. I. tab. VII. num. 2.

^{d)} Tom. V.

co Pedrusius in explicando averſae typo longe a vero aberraret. Sincerum igitur numi ſtatum collatus uterque numus ſuppeditavit. Argumentum praeclare explicat Q. Calaber, qui cum Pentheſileam Amazonum reginam, quae a Trojanis ſtabat, iniquo cum Achille Marte congreſſam narraret, refert, Pelei filium uno ictu Amazonem, et cui infederat, equum tranſverberaſſe, ipſam vero equo delapſam cum contemplaretur Achilles, tantae pulchritudinis attonitum miraculo ſublevaſſe eam manibus, ejusque caeſae poenitentia ductum Trojanis humi mandandam additis regiis donis tradidiſſe. ^{a)} Haec omnia ſecundum Calabri orationem numus hic rite proponit. Confer cum hoc numo gemmam, quae exſtat in muſei Florent. Tom. II. tab. XXXIII. num. 2, tum et lucernam fictilem apud Licettum, ^{b)} et vas Campanum, quod ex muſeo Hamiltoni edidit Tiſchbeinius. ^{c)}

^{*}
^{*}
^{*}
AENEAS. *Aeneas Anhiſen humero efferens, et Aſcanium d. prehenſum trahens.*

Caput Neronis. (Morelli Impp.) Trajani. (Muſ. Caef. Haverc.)

Cognitum argumentum ex numis aliis cum Graecis, tum Latinis.

^{*}
^{*}
^{*}
HERO ^{*} ex turri ^{*} LEANDRVM mari innatantem opperiens volante ſupra Cupidine. In alio: *Hero ſtans in turri d. lampadem protendit, natat inferne Leander, ſedet in litore piſcator jacto in mare hamo.*

Caput Veſpaſiani. (Morelli Impp. Muſ. Farn.)

^{*}
^{*}
^{*}
LAOCOON cum duobus filiis ſerpentem ſpiris implicatus.

Caput Neronis. (Muſ. Caef.) Veſpaſiani. (Morelli Impp.)

Sumpta imago ex illuſtribus Laocoonis ſignis, quorum unum, olim hor-
torum Vaticanorum gloria, nunc Lute-
tiae Pariſiorum cum admiratione viſitur.

^{*}
^{*}
^{*}
PENTHESILEA. Vide ſupra in Achille.

^{*}
^{*}
^{*}
AGIT. ^{*} SPE. TESEVS. *Theſeus galeatus nudus ſtans cum hafta et clypeo Centaurum lyram tenentem admota collo manu in genua procumbere cogit.*

Caput Neronis. (Morelli Impp.)

Theſeum cum Centauris in amici Pi-
rithoi nuptiis congreſſum, aliosque inter
bimembres ſtraviſſe Eurytum, tradit
Ovidius. ^{d)} Quis ſit ſententiae juxta
ſcriptae ſenſus, et quo pacto cum hoc
Theſei facto colliganda, inquirant alii.
Si luberet ſcribere inconſulte, nulla-
adeo lectorum reverentia, dicerem cum
Havercampo: *Theſeus fingitur ſibi pro-
poſuiſſe Achillem ut exemplar, quod imita-
retur.* ^{e)} Papae! ergo Theſeus ſibi pro-
poſuit Achillem multis poſt ſe annis na-
tum. Centauros etiam muſicam exco-
luiſſe Chironis exemplo docemur. Vi-
de argumentum non abſimile in gemma
Muſei Florentini. ^{f)}

^{a)} Paralip. L. I. v. 566. ſeq. ^{b)} de Lucern. ant. p. 886. ^{c)} Vol. II. tab. 5. ^{d)} Me-
tam. XII. 227. ^{e)} ad Impp. Morellii T. II. p. 93. ^{f)} Tom. II. tab. 39 n. 1.

1) *Sine epigraphe. Caput Alexandri M. nudum, coelum suspiciens. Mulier sedens capite turrito etc. reliqua vide infra § VI. n. 1. (Haverc. p. 1.)*

2) *Sine epigraphe. Caput Alexandri M. diadematum. STEFANAS. Hieronica in quadrigis d. coronam, f. palmam. (Theupoli.)*

3) *Sine epigraphe. Caput Alexandri M. diadematum, coelum suspiciens. ALEXANDER. MAG. MACEDON. Alexander eques hastam in barbarum prostratum intorquens. (Mus. Caes.)*

4) ALEXANDER. MAGNVS. MACEDON. *Caput diadematum coelum suspiciens. Raptus Sabinarum ut supra. (Haverc. pag. 1.)*

5) ALEXANDER. MAGNVS. MACEDON. *Caput Alexandri M. leonis exuviis tectum. SOLI. INVICTO. Sol in quadrigis. (Theupoli.)*

6) ALEXANDER. MAG. *Caput simile. NVSMACCONMONIMVS. Vir rupi insidens, et respiciens. (Theupoli.)*

7) *Sine epigraphe. Caput Alexandri M. diadematum, et cum cornu arietino, coelum suspiciens. Vir nudus stans d. flagellum, f. anguem adurgentem stringit. (Mus. Caes.)*

8) ALEXANDER. *Caput Alexandri M. leonis exuviis tectum. Circus. (Haverc. n. 48.) Bellerophon cum Chimaera pugnans. (ibid. n. 49.) Scylla, ut supra. (Mus. Caes.)*

9) ALEXANDER. MAGNVS. MACEDON. *Caput leonis exuviis tectum. (Vol. VIII.)*

OLYMPIAS. REGINA. *Typus, ut infra. (Mus. Princ. de Waldeck.)*

10) ALEXANDER. *Caput leonis exuviis tectum.*

D. N. IHS. XPS. DEI. FILIVS. *Asina capite erecto pullum lactat. De singulari hoc numo abunde egi altius pag. 174.*

Non repetimus hic ea, quae de vario capitis cultu, tum et capite in coelum verso in ejus regis moneta abunde docuimus. Non tamen omnium sententiae concordant, cui Alexandro omnes hi numi sint tribuendi. Etenim in numis octava sede descriptis antiquarii jam inde ab Erizzo plerique, ac postremo ipse etiam Havercampus propositum Alexandrum Severum dixere. Iuvat eorum causas paucis simul cognoscere, simul refutare. Ajunt primum, ex vultu agnosci Mamaeae filium, nullo vero pacto Macedonum regem; et hunc quidem revera agnoscendum, in quibus coelum suspicit, at non in his, de quibus agimus. At enim fatebor equidem, effictum in his vultum parum Alexandro M. convenire; verum an et confidenter poterit affirmari, illum cognito Alexandri Sev. vultui esse similem? Sane ex numis iis Graecis, aut etiam simulacris, in quibus certum habemus ejus regis caput, apparet, quam varia et divergentia ei ab artificibus lineamenta tribui sint solita, sic ut hodieque de ejus certa, veraque forma saepe multumque litigetur. Facile igitur erit Alexander M., quomodocunque infelicitate expressus, quemadmodum saepe habemus Neronem quoque, et Trajanum, quos in compluribus hiuleae hujus classis numis non dignoscere, nisi

O. o.

juvaret inscriptio. Denique in numo quinto caput habes idem prorsus, quale in numo sedis octavae conspicitur; atqui illud nemo dubitabit propter additum MAGNVS esse Alexandri M.; ex quo sequitur, ejus etiam esse reliquos huic plane similes, etsi in his 70 MAGNVS desideretur. At enim, inquit, idem fuit nomen et Philippi II. et Mammaeae filio, cumque constet ex Lampridio, delatum huic fuisse a senatu *Magni* nomen, etsi non acceptatum, poterant eum posterioris aevi artifices Alexandri M. habitu effingere. At cuperem ex toto hoc contorniatorum agmine vel unicum adferri exemplum, quod doceat, solum principis Romani nomen iis fuisse inscribi solitum subtracto omni imperatoriae majestatis titulo, sic ut legeretur tantum NERO, vel TRAIANVS, ut in his tantum ALEXANDER. Accedit, fuisse revera nonnullos imperatores, qui non contenti honore, quem imperii majestas dabat, alienos invadere; sic Commodus *Hercules*, Caracalla *Alexander M.* dici propalam voluere. At nunquam in numis Commodus dicitur *Hercules* tantum, sed vel *Hercules Augustus*, vel *Romanus*, nunquam Caracalla tantum *Alexander*, vel *Magnus*, sed DIVO. ANTONINO. MAGNO. Quocirca si caput in his numis esset Alexandri Severi, nequaquam sane aliqua ejus saltem aut nomina, aut tituli fuissent omissi, et quod sequitur, eos omnes regi Macedoni tuto tribues. Causam, cur is tam frequenter in hano numorum classem receptus sit, non aliam esse conjicio, quam quod ejus no-

men a victoriarum et excellentia et numero fuit inclutum, quod utrumque decus adfectabant etiam athletae Circenses horum numorum fabri.

OLYMPIAS. (*in plerisque OLIMPIAS.*) REGINA. *Olympias velata in lecto cubans dexteram versus serpentem adurgentem extendit, s. delphino innittitur.*

Caput Neronis. (Morelli Impp.) *Trajani.* (Havercamp. num. 68.) *Caracallae.* (Cat. d'Ennery.) *Alexandri M.* (Muf. Princ. de Waldeck.)

Sine epigraphe. Typus idem, nisi quod pro delphino sit simplex lectuli fulcrum.

Caput Neronis. (Muf. Caef. et alibi.)

Olympiadem ex dracone Alexandrum M. concepisse, a pluribus proditum, ac praecipue Plutarcho in ejus regis vita, quorsum adludunt praesentium numorum typi. Olympiadem etiam citra miraculum draconem potuisse in lectum recipere, existimat Lucianus, quoniam apud Pellam Macedoniae cicur quoddam fuit et tractabile serpentum genus, quae forte cognita reginae cum dracone familiaritas occasionem dederit vulgati rumoris de concepto, ut Lucianus ipse conjicit, ex dracone Alexandro. *) Delphinus, cui regina innittitur, purum putum videtur lectuli ornamentum, et nihil ad typum conferre.

NIKOKPEΩN. Vide infra in *Anaxarcho*.

PETRONIVS, MAXSIMVS. (sic)

a) in Pseudomantie.

V. C. CONS. *Petronius consulari habitu indutus sedet, d. volumen, f. scipionem cum aquila, in imo duae crumenae numis refertae, ex quarum una soluta numi protuberant.*

Caput Valentiniani III. (Bandur. Theupoli pag. 824.) Imaginem hujus numi vide apud Taninium Tab. VIII. loco ultimo.

Sistunt hi numi Petronium Maximum a Valentiniano III. ad maximos honores promotum, sed ingratum, qui benefactorem dolo occidit, imperiumque arripuit. Ejus imperantis numos in eodem hoc volumine pag. 190. dedimus. Contorniatum hujus, qui Petronii adhuc privati est, pars una eundem Valentinianum sistit, altera Petronium, ut dixi, privatum, dictumque adeo *Virum Clarissimum*, et *CONSulem*. Revera bis eum a Valentiniano renunciatum fuisse consulem, fasti docent. Proponitur etiam cum consulatus insignibus, ut trabea et sceptro aquilifero, quod quidem utrumque in numis obvium. At nunquam adhuc conspecta marsupia numis referta, sed quae etiam ad consulatus ornamenta pertinere. Nimirum qui consulatum adiverunt, in solenni pompa spargere pecuniam sunt soliti. Constet istud ex Novella Iustiniani: ^{a)} *Soli aurum spargere damus imperio, cui soli etiam aurum contemnere praestat fortunae fastidium. Argentum vero, quod mox post aurum pretiosissimum fiet, et aliis consulibus largimur decens.* Vide, quae de hoc more adhuc observabo infra in tracta-

tu de *Consulibus Caesaribus* in fine.

Viri eruditione, aut aliter clari.

ΩΜΗΡΟC. *Caput Homeri nudum barbatum.*

Vir equum freno ducens. (Mus. Caes.) *Cybele cum Atye in quadrigis leonum.* (Gessner ex museo Pfau Imp. tab. XLV. 30.) *Vir galeatus et paludatus stans etc. vide reliqua infra § VI.*

De Homero longum inferre sermonem, non attinet. Averlas suis locis explicatas vide.

^{*}
SOCRATES. Bini feruntur summi hujus philosophi contorniatum. Horum unum hausit Havercampus ex Vrsino: ΩΝΚΡΑΤΗΣ. *Caput nudum barbatum.* Quae fuerit ejus averla, non additur. Alium protulit Pedrusius ex museo Farnesiano, ^{b)} in cujus antica est caput barbatum nulla addita epigraphe, neque etiam satis adsequor, quibus is impulsus causis caput illud esse Socratis potuerit adferere.

^{*}
ΑΝΑΞΑΡΧΟΣ *scriptum juxta caput senile calvum, ex adverso caput juvenile, scripto juxta: ΝΙΚΟΚΡΕΩΝ.*

ΟΤΑΕΝ. ΕΜΟΤ. ΣΟΤ. ΕΣΤΑΙ. ΑΚΚΙΖΩΜΕΝΟΤ.

His verbis numus hic describitur in Catalogo d' Ennery pag. 443, exhibens imaginem philosophi Anaxarchi, ejusque dictum, cum a Nicocreonte Cypri regulo in mortario contunderetur,

a) CIL. Tit. VI. c. 2.

b) Tom. V. tab. I. n. 2.

de quo Diogenes Laertius, Plutarchus, Val. Maximus. Sed vereor, ut antiquus sit hic numus causa potissimum depravatae orthographiae Graecae, tum et insolentiam insertae illi sententiae ejus philosophi ore prolatae.

TERENTIVS. *Caput nudum imberbe.*

... IVS. *Vir equum freno ducens.* (Morelli Specim. pag. 47.)

P. Terentius Carthaginiensis a scriptis fabulis notissimus.

SALVSTIVS. AVTOR. *Caput nudum barbatum, in altis imberbe.*

PETRONI. PLACEAS. *Tres viri togati stantes etc. vide reliqua infra in scenicis.*

In aliis aliae averfae jam cognitae.

Est hic C. Sallustius Crispus rerum Romanarum scriptor celeberrimus.

HORATIVS. *Caput nudum imberbe.*

ALSAN. *Vir equum freno ducens.* (Haverc. p. 152.)

Alium cum alia averfa, sed cujus typum ex sola descriptione non satis intelligo, vide in Catalogo d'Ennery p. 444.

Exhibet numus Q. Horatium Flac- cum Romanae lyrae principem.

APOLONIVS. TYANEVS. *Caput laureatum barbatum.*

STEFAN. NIKA. *Stephanus auriga in quadrigis.* (Haverc. p. 152.)

Habes imaginem Apollonii Tyanei, inter veteres thaumaturgi, cujus prae-

figias, et indigna philosopho insomnia Philostratus pluribus libris enarravit, et laudibus efferre potuit. Conjecturam tenuem, cur in hunc numum admissus sit, vide infra in Decursionibus sub Stephanus.

APVLEIVS. *Caput juvenile revinctis filo crinibus.*

Miles barbatus stans et suspiciens templum distylum, cujus fastigio tria capita humana imposita sunt. (Morelli Spec. p. 45.)

L. Apuleius natus Madaurae Numidiae, altero post Christum natum saeculo inter illustriores philosophos habitus, quem Constantinopoli stetisse marmoreum in gymnasio Zeuxippi, narrat Christodorus. *)

Alios praeterea in hujus classis numis se vidisse testatus est Patinus, Pythagoram, Solonem, Diogenem, Virgilium, Ovidium, Senecam, b) sed quos adhuc inter contorniatos non reperi.

§ IV. Spectacula.

Iuvat horum typos, quibus nihil hoc numorum genere frequentius, in quatuor classes dividere, in *decursiones, venationes, pugilatus, scenica*. Non tamen postulet a me lector, ut, cum similes typos commemoro, iis etiam explicandis longius inhaeream, partim quod longiores in ignobili causa commentarii taedium adferunt, partim quod ea, quae ad spectaculorum veterum naturam pertinent, pridem a viris doctis

a) Anal. Brunck Tom. II. pag. 467.

b) in Suetonio suo pag. 468.

occupata sunt, quorum lucubrationes OLIMPIAS. REGINA, de qua supra. vide in Graevii tomo IX., et Gronovii (Princ. de Waldeck.) tomo VIII.

Decursiones.

Circus maximus cum omni suo ornatu, et decurrentibus quadrigis.

Caput Alexandri M., Neronis, Trajani, Caracallae etc. Numi in catalogis obvii.

Commode hanc classem a Circo maximo auspicamur, in quo peracta fuerit, quorum imaginem numi sequentes dabunt. Numi praesentes multum valent ad cognoscendam Circi veteris formam, et ornamenta.

Succedant jam ipsa aurigarum, sive equitum nomina.

ALSAN. *Vir equum palmarum ramo ornatum freno ducens.*

Caput Horatii, de quo supra. (Haverc.)

ARTEMIVS. VINCAS. IMPERATOR. PLENA. *Victor in quadrigis d. flagrum et coronam, s. palmam.*

Caput Honorii. (Theupoli.)

Altera inscriptionis pars mira, quam explicare non tento.

AVRELIANVS. *Hieronica stans in curru, quem quatuor equi palmiferi lente incedentes trahunt, d. tenens coronam cum scutica, s. palmam, et respiciens.*

Caput Neronis. (Mus. Caes.) Trajani. (Princ. de Waldeck.)

BABVLVS. *Hieronica medio corpore d. flagellum, s. equum freno retinens, pone ejus pileus.*

BONIFATIVS. *Hieronica d. coronam cum scutica, s. palmarum tenens in lentis quadrigis adversus vehitur, imam partem occupant quatuor monogrammata plures singula literas continentia.*

Caput Placidii Valentiniani.

Numum hunc pridem Ducangius in suis inferioris aevi numismatibus ex museo regis Galliarum edidit, restituerunt Bandurius, Havercampus num. 55, aliumque habes in museo Theupoli. Multo ante simillimus alter editus est ab Octavio Strada, nisi quod hic aureus fertur, et currus a cervis, non equis tractus. At enim aliorum quoque iudicio Stradanus hic numus perinde aeneus est, et idem cum illo, quem hoc loco dedimus. Iam vero et suspicatus est Ducangius, perperam a Strada habitos cervos, qui equi sunt, et quae illi cornua sunt visa, aliud non esse, quam palmarum ramos ex capite adfurgentes, quem cultum equis victoribus tributum passim haec numerorum classis offert. Verum haec leviora. Majus operae pretium cognoscere, quis sit *Bonifatius* in hoc numo propositus. Ducangius, a) Bandurius, Havercampus, et horum auctoritate fretus Gibbonus b) in eo conspirant omnes, intelligendum Bonifacium, virum imperante Honorio artibus bellicis clarum, praefectum Africae, custodem primum defensoremque imperii, deinde proditorem, postquam Vandalos ex Hispania in Africam acci-

a) Dissert. de num. inf. aevi § LX.

b) Hist. of the decline Ch. XXXIII, nota 32.

vit, quo tempore imperavit Pla. Valentinianus, cujus caput altera numi pagina offert. Ab hoc ergo imperatore ajunt permissum fuisse Bonifacio ob res nuper pro imperio praeclare gestas triumphum in hoc numo expressum. At vero in aliam me sententiam impellunt rationes graves. Ac primum quidem, nullum habemus exemplum facti alicujus praeclari, ejusque synchroni in hanc numorum classem illati, quale esset triumphus viro de rep. egregie promerito concessus; deinde an dignum fuisset Bonifacii virtute praemium, rei praeclare gestae memoriam monetariis his sordibus committere? Atqui mirum etiam videatur, virum usque adeo nobilem, et primi tum inter proceres subsellii, cui nomina sane alia ac tituli honorifici non defuere, simplice nomine BONIFATIVS notari, nullo alio dignitatis addito argumento, eumque publice sic memorari, ut scriptum in iisdem numis legimus EYTIMIVS, STEFANVS, OLIMPIVS etc. qui ex facie hominum fuere, aurigae, pugiles, bestiarum etc. Nonne supra vidimus in hac ipsa numorum classe, Petronium Maximum Bonifacio coaevum non modo dici *Virum Clarissimum*, et *CONSulem*, sed et consulari habitu sedentem proponi? Eodem modo facile fuerat, et ex communi ejus praecipue aetatis more, illustrem hunc Bonifacium addito aliquo honoris titulo exornare, quod et praestitit lapis Africanus editus a Scipione Maffeo: ^{a)}

FELICI. HVIVS. VRBIS. RESTAVRA
TORI. COM. BONIFACIO. V. C.

Denique si numum hunc velis cum fratribus conferre, videbis facile, bello huic triumphatori non alia addita insignia, quam quae aurigae quoque manu jactant, ne quidem omissa scutica, insigni, aurigis, non vero triumphatoribus proprio. Tutius ergo Bonifacium hunc, qui aurigae more proponitur, aurigam dicemus, et casui dabimus, fuisse eodem tempore aurigam ejusdem cum vindice imperii nominis, quemadmodum eodem Valentiniano imperante fuit Petronius vir consularis, qui subinde imperium inavit, et Petronius scenicus, de quo infra in *Scenicis*, tum et Eugenius Augustus, et Eugenius auriga.

Litterae in imo posita, et inter se nexae ejusdem sunt naturae, cujus tot aliae in numis regum Gothorum inde ab Anastasio frequenter occurrunt. Earum tentare explicatum reformidavit Ducangius, sed tentavit, qui alia omnia, Havercampus, ^{b)} qua fortuna, arbitrentur eruditi. Verisimile est, quatuor his monogrammatibus indicari nomina quatuor equorum, infra quos exarantur, quem morem ea aetate viguisse, dicemus infra in *TOXXOTES*. Similes siglae sunt etiam in contorniato uno Trajani, altero Caracallae musei Princ. de Waldeck.

CERVOMTIVS. *Hieronica in curru a quatuor citatis equis vectus stans et respiciens d. coronam cum scutica, f. palmae ramum.*

Caput Caracallae. (Haverc.)

CHRYSOPOLVS. Numum cum hujus mentione his verbis descriptum re-

^{a)} Mus. Veron. pag. 165. 7.

^{b)} Pag. 126.

perio in museo Theupoli inter numos max. mod. ^{a)}

C. CAESAR. AVG. GERMANICVS. PON. M. TR. P. *Caput Caligulae laureatum, ante caput CHRYSOPOLVS.*

Victor in quadrigis d. coronam, f. palmam.

Dubium non est, numum hunc esse ex Contorniatibus unum, sed neque dubium, *ro Chrysopolus* esse nomen agitatoris partis averlae, sed cur illud in anticam tractum sit, ignoro, neque investigare operae pretium.

COSMVS. *Victor stans d. flagrum, f. hastam, in concavo.*

SERACVSVS. *Equus victor cum palma in capite, in concavo.* (Theupoli.)

Seracusus esse nomen equi, cuius averla typum exhibet, dicetur infra sub TOXXOTES.

DESID.* NC. *Protome virilis capite barbato, ac nudo f. equum freno retinet, d. scuticam.*

MACCOMMO. *Vir rupi insidens caput sinistra sustentans, et respectans.* (Haverc. num. 72.) In alio: FELICITATI. AVGG. *Navis.* (Catal. d'Ennery p. 440.)

Omnes, qui huius numi meminere, protomen anticae statuerunt esse Desiderii, quem frater Magnentius Caesareo titulo donavit, quemque, ut ajunt, manifestum facit epigraphe DESID. NC., id est: *Nobilissimus Caesar.* Nolim tamen hunc honorem invidere Caesari infelici, praecipue cum ejus certus alterius generis numus nondum sit cognitus, sed reor, hunc illi honorem ex alieno da-

tum. Enimvero huc quoque pertinent, quae supra in Bonifacio attuli. An enim possumus propositum Caesarem putare, quem scutica manu gestata certum aurigam praeflat? Quae quidem causa tanti mihi videtur, ut prorsus evanidum putem argumentum cetera validissimum ex addito NC. petitem. Neque enim mihi cum viris eruditis convenit adfirmantibus, iis literis Nobilissimum Caesarem indicari, sed potius esse contractum *NiCas*, ut mox infra habebimus IOHANNES. NICAS. Sic et in numis Salonini legimus CS pro CAESAR, ut copiosis aliis saeculi inferioris exemplis abstineam. Denique an verisimile videatur, Romae in monumento publico ejus hominis honorificam fieri mentionem, qui una cum fratribus Magnentio, et Decentio cruentum cum Constantini filiis bellum gessit?

De epigraphe MACCOMMO male lecta vide infra § VI. in NVSMACCONIMVS.

DOMNINVS. *Hieronica d. habenas, f. palmae ramum tenens in lentis quadrigis equorum palmiferorum.*

Caput D. Trajani. (Mus. Caes.) *Alexandri M.* (C. Vitzai.)

DOMNVS. PHILOCOMVS. *Hieronica d. scuticam, f. palmae ramum in lentis quadrigis adversus vehitur.*

Caput Severi. (Haverc. num. 63.)

ELIANVS. *Hieronica stans in curru, quem quatuor equi palmati trahunt, et respiciens d. scuticam,*

^{a)} Pag. 772.

f. palmae ramum.

Protome virilis capite nudo d. scuticam, f. equum freno retinet, circum literae MVPR introrsum scalptae, et argento expletae. (Muf. Princ. de Waldeck. C. Vitzai.)

EVGENIVS. *Hieronica d. coronam, f. palmae ramum adversus vehitur in quadrigis lentis quatuor equorum palmiferorum, quibus adscripta nomina SPECIOSVS. DIGNVS. ACHILL. DESIDEREVS.*

Caput Honorii. (Havercamp. num. 54.)

Addita haec quatuor nomina referenda ad ipsos equos, docebimus infra in TOXXOTES.

EYTHYMIVS, *vel* EVTVMIVS, *vel* EVTIMIVS. *Hieronica d. scuticam cum corona, f. palmae ramum in lentis quadrigis equorum palmiferorum adversus vehitur.*

Caput Neronis, vel Trajani, vel Honorii. (Haverc. Muf. Caef. alibi.)

EVTIMI. VINCAS. *Protome virilis capite barbato ac nudo f. equum freno retinet, d. scuticam, pone galea.*

Imperator eques citato cursu d. elata, humi leo hasta transfixus. (Muf. Caef.)

EVTIMI. VINICAS. (*sic*) *Auriga adversus in lentis quadrigis d. coronam, f. palmae ramum, in imo MVSALLIGER. (sic)*

Caput et epigraphe Theodosii M., in alio Honorii. (Tanini. Suppl. ad Bandur.)

EVTIMIVS, *infra* : TYRIEI. CAT - - - *Hieronica stans in medio duorum equorum palmiferorum.*

Caput Trajani. (Havercamp. num. 30.)

Haud dubie Euthymius hic variis modis scriptus unus est idemque, orthographiae legibus tum misere perversis. Iudice Havercampo ^{a)} hoc nomine proponitur athleta, qui Xerxis temporibus floruit, cujus insignes victorias laudibus profecuti sunt Pausanias, Plinius, et in variis historiis Aelianus. At enim omnibus his scriptoribus dicitur *Euthymus*, non, ut numi hi omnes eloquuntur, *Euthymius*; deinde ex horum testimonio auctorum Euthymus hic fuit pycta, at secundum numos praesentes, ac praecipue postremum, auriga. Denique acclamatio EVTIMI. VINCAS hominem etiam tempore cum reliquis, qui in his numis memorantur, sociat, videturque floruisse sub Theodosio M. et Honorio, quorum capita in horum aliquibus proponuntur.

Verba TYRIEI. CAT - - numi postremi, quod manca sunt, explicare non tento. Iudice Taninio dividendum vocabulum MVSALLIGER, sic ut MVS significet equum sic dictum a muris colore, ALLIGER pro ALIGER equum alium sic vocatum a pernecitate.

LISIFONVS. *Hieronica d. scuticam cum corona, f. palmae ramum in lentis quadrigis equorum palmiferorum vectus.*

Caput laureatum divi Augusti patris. (Morelli Impp. in Aug. tab. XXIII.)

MANAS. *Hieronica in quadrigis.*

Caput Neronis. (Theupoli.)

OLIMPIODORVS. *Hieronica in quadrigis.*

Duo aurigae stantes cum flagellis. (Theup.)

a) Pag. 58.

OLIMPIVS. *Ipse loricator flans d. scuticam, f. palmae ramum.*

Caput imberbe galeatum, Constantini M. visum Havercampo num. 51.

OLVMPI. NIKΑ. *Hieronica nudus flans in bigis citatis, et respiciens d. scuticam, f. coronam.*

Caput Neronis. (Haverc. num. 14.)

Habemus hic ex numis binis aurigam Olympium. Havercampus, qui more suo averfam cum antica componere amat, nequaquam in averfa hominem ex circo, sed ipsos Augustos, quorum imaginem antica sistit, effectos existimat, atque hos honoris causa dictos Olympios, perinde atque Hadrianum testibus numis. Nostro judicio Olympius hic nulla magni nominis rapina aurigae forte contentus esto.

* * *
PANNONI. NIKΑ. *Hieronica in lentis quadrigis equorum palmiferorum vectus, et respiciens d. scuticam cum corona, f. palmae ramum.*

Protome capite nudo barbato d. scuticam, f. equum freno retinens. (Haverc. num. 71.) Caput Honorii. (Tanini Suppl. ad Bandur.)

SELEVCVS. *Hieronica flans d. scuticam, f. palmae ramum, pro pedibus hinc et illinc ara exsurgentibus palmae ramis.*

Hieronica in citis bigis. Typus utrinque incusus. (Pembrock P. III. tab. 118.)

STEFANVS. *Hieronica in quadrigis.*

Caput Alexandri M. (Theupoli.) Nero-

nis. (Haverc. Morelli Impp.)

STEFANVS. *Hieronica nudus d. scuticam, f. palmae ramum vectus quadrigis equorum palmiferorum.*

Caput divi Trajani. (Mus. Farnes.)

STEFAN. NIKΑ. *Hieronica in lentis quadrigis adversus vehitur d. scuticam, f. palmam.*

Caput Apollonii Tyanensis. (Haverc.)

Si aliquando in his numis aliquis utriusque partis inter se nexus intentus fuit, forte non inconcinnum erit conjicere, lectum a Stephano hieronica ominis causa Apollonii Tyanensis caput, quod is Ephesi publice disputans ea ipsa hora, qua Stephanus libertus Domitianum Romae interfecit, inhibita repente voce, et attonito similis, mox velut recepto animo exclamare coepit: καλως Στεφανε, ευγε Στεφανε, παιε τον μιαιφονον, επληξας, ετρωσας, απεκτεινας, recte Stephane, bene Stephane, feri homicidam, percussisti, vulnerasti, occidisti, quam quidem fabulam, sed tum falsim creditam enarrant Dio, ^{a)} et Philostratus. ^{b)}

* * *
VRSE. VINCAS. *Vir nudus flans d. elata flagellum, f. demissa palmae ramum.*

Protome capite nudo d. hastam (verius scuticam) f. equum freno retinens, pone palmae ramus. (Haverc. num. 50.)

* * *
Habes hic numos omnes aurigarum nomine notatos, quotquot reperire potui. Testatur tamen Erizzus, ut refert Havercampus, ^{c)} alia sibi adhuc reper-

a) L. LXVII. § 18.
(Vol. VIII.)

b) Vita Apollonii L. VIII. c. 26.

c) Pag. 156.

ta nomina, nempe: *Olynthonius*, *Nicaenetas*, *Olymenus*, *Lasyllas*, *Lachryscus*, *Menestheus*, *Cratilaus*, *Hermagoras*, *Minophanes*, *Olympiodorus*, *Dominicus Folobacus*, *Lampria*, *Olympiadoxilus*, verum cum non addatur, quam artem profecti sint, eos in suas classes tribuere non possum. Alia adhuc nomina excerpti possent ex catalogo reginae Christinae, quem edidit Franciscus Camelus, nisi ea ab auctore parum erudito misere essent depravata. Vide ibi pag. 124. seq.

Ad idem argumentum pertinent numi sequentes:

ETERNIT. P. R. *Hieronica d. coronam cum scutica f. palmae ramum adversus vehitur in lento curru, quem quatuor equi palmiferi trahunt.*

DIVO. IVLIO. *Caput Iul. Caesaris laureatum.* (Morelli Impp.)

Numus hic, si quis alius, Romanorum sui aevi mores graphice exprimit. Nam cum veteres illi, inculti adhuc et Marte suo pleni aeternitatem sibi ab unis victoriis externis sponderent, eam sibi degeneres nimio nepotes, et uno jam pane et circensibus contenti ludicris hisce victoriis adfertum iri aut speraverant, aut sibi libenter finxerant, etiam tum maxime hostes externi illatis quaquaeversum cladibus vecordem populum ad feria Martis negotia excitarent. Hos suorum mores cum nosset numi hujus quadrigarius, ausus est profiteri, suo quoque scenico triumpho aeternitatem populi R. procuratam.

* * *

TOXXOTES. *Equus gradiens impressa femori nota, prae quo palmae ramus.*

AMOR. *Equus stans cum impressa itam nota, et palmae ramo. Vterque equus introrsum sculptus est, et argento expletus.* (Morelli Specim. p. 43.)

Res in vulgus nota, veteres equis suis perinde dedisse nomina, atque istud hodieque fieri videmus. Notus ex Homero Achillis Xanthus, ex Marone Pallantis Aethon, Mezentii Rhoebus, ex Suetonio Caligulae Incitatus privatis heri sui comitiis consul designatus, ex Dione Hadriani Borysthenes, ex Capitolino L. Veri Volucris. Qui plura equorum nomina nosse cupiet, adeat tabulas marmoreas, quarum unam edidit Panvinus, ^{a)} alteram Sponius. ^{b)} Data illis nomina ab indole sive corporis, ut colore, velocitate etc. sive animi, ut generositate, ingenio etc. Saepè patriae nomen adhaesit, qualis est SERACVSVS pro SYRACVSIVS, quem vidimus supra in auriga COSMVS. Numi praesentis TOXXOTES, male geminato X scriptus, haud dubie sic dictus est a pernecitate; nam τοξότης Graecis sagittarius; alter AMOR ab affectu herili. Vterque ergo equus ob partam victoriam, cujus indicium facit adstitutus palmae ramus, illatus numo, qui honor meritis caballinis videri major non debet, quando constat, equorum memoriae sumptuosa erecta monumenta, quin et ab Alexandro M. honori Bucephali sui aedificatam urbem. De hoc argumento vide notam Fabricii ad Dionis L. LXIX. § 10. Notae femori im-

a) de Lud. Circ. L. I, c. 13.

b) Voyage Tom. III, pag. 23.

pressae veterum etiam morem indicant, quo discriminis causa varia inurere signa fronti aut femori placuit, quo modo Alexandri equum a capitis bovini cauterio dictum Bucephalum refert Arrianus, ^{a)} de quo vide plura in notis eruditissimi Argoli ad laudatum Panvinii marmor. Signo femori inusto, draconis scilicet, ne ipsum quidem equorum prodigium Pegasus caruit, ut docet vas Campanum antiquissimum ex museo Hamiltoni a Tischbeinio editum. ^{b)} Toxotes noster ex impresso femori *Koppa* haud dubius est Koppatias, quo de equorum genere et vocabulo egimus in Characteribus chronologicis Vol. IV. p. 390. Parapamisadas Indos bobus causa Herculis inussisse clavam, alibi diximus. ^{c)} Non unus hic equus nomen suum in hoc numerum genere jactat. Supra in hieronica Eugenio circum quatuor equos currui junctos vidimus scripta totidem nomina: SPECIOSVS. DIGNVS. ACHILLES. DESIDEREVS, addito superne quadrigarii nomine EVGENIVS. Havercampus omnes hos titulos Honorio Aug. applicat, cujus effigiem pars numi antica exhibet, eosque faustam continere adclamationem adserit, cum tamen dubitari nequeat, esse equorum nomina. Et vero uni ex Eugenio quadriga praeclaro sonipedi eodem jure poterat tribui *Achillis* nomen, quo data *Romuli*, *Ajaxis*, aliaque magnifica nomina in laudatis tabulis marmoreis legimus. Denique dubium omne exi-

mit marmor a Fabretto bis editum, ^{d)} in quo proponitur auriga SCORPVS regens equos quatuor additis eorum nominibus INGENVO. ADMETO. PASTERINO. ATMETO. At cum primis hic memoranda lamella vitrea picta, quam idem Fabrettus iisdem pariter locis edit. ^{e)} Ea laudato Eugenio numo similima exhibet agitorem addito nomine: LEAENI. NICA vectum lento curru, cui junguntur quatuor equi palmigeri additis nominibus NICEFORVS. AEROPETES. BOTROCALENES. ACCIATVS. In annulo musei Florentini legitur insculptum POMPHI. NIKA, juxta sunt binae equorum protomae additis horum nominibus AMOR et OSPIS. ^{f)} Igitur varii hi equi augebunt equorum catalogum, quorum nomina ex stabulis veterum collegit Montfauconius. ^{g)}

*Animadversiones
in hos decursionum numos.*

Lubet in quadrigariorum cultum et insignia nonnihil adcuratius inquirere, labore nequaquam otioso, ut mox patebit. Omitto coronam et palmae rami, quod utrumque cujuscunque fuit victoriae insigne. Omitto etiam tunicam, qua amicti fuere saltem plerumque, nam et nudi nonnunquam proponuntur non modo in nonnullis contorniatibus, quos descripsimus, sed et in aliis monumentis apud Montfauconium, quae decursionum modos proponunt. Cer-

^{a)} de Exped. Alex. L. V. c. 19.

^{b)} Vol. I. tab. I.

^{c)} Vol. II. p. 304.

^{d)} ad

tabell. Iliad. p. 238. et Inscript. pag. 273.

^{e)} Pag. 340 et 537.

^{f)} Tom. I. tab. XI.

^{g)} Ant. expl. Tom. III. p. 285.

tissima agitatorum insignia sunt galea, ac praecipue scutica. Galeae hujus, seu petasi meminit Athenaeus in enarratione pompae Bacchicae Ptolemaei, cui interfuere παιδαρια χιτωνας έχοντα ήλιοχιμης και πετασους, *pueri aurigarum tunicis petasisque induti.* ^{a)} Etiam Nero ad circensia studia conversus ήρματηλατησε, inquit Dio ^{b)} την τε στολην την πρασινον ένδεδυμενος, και το κρανος το ήλιοχιμον περικειμενος, *currus egit, prasina veste et galea aurigarum ornatus.* Vide de hac galea plura in nota Fabricii ad hunc Dionis locum. Circensis hujus tegumenti formam habes in area numi, qui fertur esse Ioviani Aug., apud Havercampum pag. 160 num. XII., positi pone caput protomes equestris. Non raro ex galea juxta aurem utrinque pendet lacinia, quam offendicem appellat Festus, quae infra mentum colligata firmitus faceret galeam adhaerescere. Sic ea proponitur in numis, quorum unum Neroni, alterum Magnentio tribuit Havercampus, ^{c)} et sic clauso mento plerumque videas propositos agitadores in monumentis veterum. Tamen et galea aperta, et cristis decora tegitur agitator Olympius apud Havercampum, ^{d)} et saepe quadrigarii tam in numis, quam marmoribus nudo sunt capite. Scutica seu flagellum necessaria iis arma, qui rei equestri dant operam, sive equitibus, sive agitatoribus. Quare hanc artem professi raro in monumentis sine scutica comparent, et potest hic ipse ejus defectus agitatori esse honorificus.

Nam fuere, qui nullo scuticae subsidio ausi sunt sperare victoriam, et si eam forte adepti sunt, res digna visa est, quae memoriae proderetur. Sic in marmore Gruteri celebratur Diocles agitator, quod SINE. FLAGELLO. VICTOR. EMINVIT, ^{e)} et insigne anaglyphum, quod supra ex Fabretto produxi, offert Scorpum citatis quadrigis vectum nulla praeterca flagelli ope. At fuit etiam hic Scorpus Romani circi gloria, cujus merita Martialis binis elegantissimis elogiis celebrat. ^{f)} Fieri igitur potest, ut signum quodpiam agitatoremsistat, etsi absit flagellum, at cum istud manu tenet, certum puta aut aurigam, aut defultorem, aut cuicumque equestri studio deditum.

Venio nunc illuc, cujus fere unius causa haec liberalius disputaveram. Proposuit Havercampus in suo de Contorniatibus tractatu numos complures, in quorum antica fingitur protome virilis tunicata capite nudo, dextera tenens vel scuticam, vel hastam, s. equum freno cohibens, in nonnullorum area pone caput adstituitur galea ejus formae, qualem mox dedimus. Epigraphe in his omnis abest, si Ioviani numum demas, quem exhibet p. 60. n. 12. Omnes hos vir eruditus aut Augu-
stos, aut Caesares facit, consultisque oris lineamentis nobis obtrudit Neronem, ^{g)} Constantinum M., ^{h)} Magnentium, ⁱ⁾ Desiderium, ^{k)} Iovianum, ^{l)} Pla. Valentinianum. ^{m)} At vero multa sunt, quae judicio huic plane adver-

a) L. V. pag. 200 F.

b) L. LXIII. § 6.

c) num. 59 et 71.

d) num. 51.

e) Pag. 337.

f) L. X. epigr. 50. 53.

g) num. 59.

h) num. 50.

i) num. 71.

k) num. 72.

l) Pag. 160. num. 12.

m) Pag. 160. num. 13.

fantur, ac vel illud maxime, sitne ullo pacto verisimile, imperatorem Romanum habitu, insignibus, omnique cetero cultu sic in monumentis publicis proponi, ut inter eum, infimamque ex cavea gentem nihil differret? nam eodem cultu effectos fuisse aurigas, docet numus supra propositus scripto juxta protomen EYTIMI. VINCAS. Non me fugit, extra hos contorniatos exstare numos, qui imperatoris protomen cum equo et hasta offerunt, quales sunt Constantini M., aliorumque bene multorum. At in his caput est decore galeatum, additur solita principis epigraphe, et pro aurigantium flagello hasta militaris principe digna. Video equidem, in multis contorniatibus id, quod protome dextera manu tenet, instar verae hastae formatum videri. At enim quovis pignore certarem, si omnes hi numi adcuratius inspiciantur, adpariturum lorum ex summo hastae apice defluum, et retortum instar harpae Perseiae, quae fuit usitatio scuticae aurigariae forma. Lorum illud tenuius si aevo vitium est passum, facile hastae speciem praebet, quae reipsa flagellum est. Et vero haec licentia, imperatores agitatorum habitu proponendi etiam propterea nullo est pacto verisimilis, quod ex Theodosii M. constitutione ne permissum quidem fuit, in eodem loco promiscue et imperatorum et circensium simulacra statui. Ejus verba haec sunt: ^{a)} *Si qua in publicis porticibus, vel in his civitatum locis, in quibus nostrae solent imagines consecrari, pictura panto-*

mimum veste humili, et rugosis sinibus agitatore, aut vilem offerat histrionem, illico revellatur, neque unquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas. His disputatis adversatur contorniatibus, quem Havercampus p. 160 n. 12 ex Numis max. mod. reg. Gall. restituit, quo in opere exstat tab. XL. n. 4. In hoc fertur epigraphe: D. N. FL. C. IOVIANVS. P. F. AVG., typus: *Vir loricator medio corpore, capite nudo, d. hastam, s. equum freno retinens, pone petasus.* Sin numus vere sic habet, habebis Augustum aurigae cultu propositum jubente istud praecipue petaso. At enim Ducangius, qui in Familiis Byzantinis ejusdem numi iconem dedit, petasum, qui haud dubie abest, omisit, et culpanda potius videtur pictura, quae exstat in laudatis Numis max. mod., in quibus edendis saepe desiderari adcuratorem, alibi conquestus sum. ^{b)}

EYTIMI. VINCAS. — OLVMPI. NIKAI vel NICAS, et similia sunt acclamationes, quibus sedens in orbem populus factionis suae agitatori elata voce bene precari consuevit. NIKAI Graecum est, et ejusdem cum VINCAS significationis. Eundem sensum faciunt literae in perpendicularum scriptae: GARAMANTI. NIKAI — GENTI. NIKAI in celebri marmore, sed male explicato a Panvinio, ^{c)} et Grutero. ^{d)} Ejusmodi acclamationes affectus testes offerunt quoque gemmae veteres, sed et hae inferioris aevi. Mox infra habebis affine PETRONI. PLACEAS.

a) Cod. Iust. L. XI. tit. XL. § 4.
I. c. 10. d) Pag. 338. 2.

b) in praefat. ad Vol. VI.

c) de Lud. Circ. L.

Venationes.

Venatio cervorum et leporum intra amphitheatrum.

Caput divi Augusti. (Mus. Caes. Morelli Impp.) *Neronis,* (Morelli Impp.) *Traiani.* (Haverc. num. 67.)

COLENDVS. *Venator eques cervum et leporem intento arcu in amphitheatro insequitur.*

Caput Traiani. (Mus. Farnes.)

Venator aprum venabulo petens, quem et canis adfilit.

Caput Neronis. (Haverc. n. 5. Morelli Impp.) *Vespasiani.* (Mus. Caes.)

Venatores duo, unus ex equo ursum, alter e plano aprum impetentes.

Caput Neronis. (Morelli Impp.)

Venator adversus irruentem ursum opposita machina se tuetur, desuper quinque spectatores pugnae eventum attoniti expectant.

Caput Neronis. (Morelli Impp. Mus. Farn.)

Vir unus duos tauros ferocientes cornibus retinet.

Caput Neronis. (Morelli Impp.)

Imperator eques leonem jaculo feriens.

Caput Neronis. (Morelli Impp.) *Traiani,* (Haverc. num. 21.) *Protome Eutimii agitatoris.* (Vide supra in Eutimio.)

Vir in tauro equitans cum urso commissus.

Caput Neronis. (Morelli Impp.)

Bestiarius stans d. hastam, f. quid globo simile, pro pedibus panthera prostrata, in area hinc tres metae, inde quid specui simile.

Protome aurigae d. scuticam, f. equum freno retinentis. (Mus. Caes. Pellerin

Suppl. II. tab. 7.)

REPARATIO. MVNERIS. FELICITER. *Venator irruentem ursum opposita hasta excipit.*

INVICTA. ROMA. FELIX. SENATVS. *Caput Romae galeatum.* (Morelli num. fam. tab. I. Romae.)

Argumenta horum numorum commemorasse sufficiat, explicationem facile quivis ex auctoribus, quos initio hujus capituli praecipuos nominavi, petet.

Pugilatus:

MILO. CROTON. *Leonis exuviae e clava suspensae.*

Bos cornupeta.

Prosper Parisius numum hunc inter rariora M. Graeciae numismata edidit tab. IV., Havercampus in fronte operis de Alexandri M. numo, et de numis contorniatitis restituit. Non dubitat hic, esse ex contorniatorum genere, at ego non hoc solum, sed etiam vix in genuinis habendum censeo. De Milone Crotoniata virium humanarum miraculo, artisque adeo athleticae facile principe copiosa habemus veterum testimonia.

*
FILINVS. *Athleta nudus d. elata coronam, f. palmae ramum stat inter duas figuras togatas, quarum dexterior scipionem elatum, sinisterior tibiam tenet.*

Caput Neronis. (Mus. C. Vitzai.) *Traiani.* (Mus. Farnes. Haverc. num. 69.)

Numus jam ex Tristano et Angelono cognitus. Censent plerique, eo exhiberi Philinum Coum celebrem Olympicam, in cujus laudibus facundi fuere Pausanias, et Plutarchus in Sympo-

cis. De figuris adstantibus varia iidem coniecere, quae recoquere piget.

*
IOHANNES. NICAS. *Athleta et aliptes stantes.*

Caput Pla. Valentiniani. ^{a)}

Pugil nudus humi sedens alterius pugilis caput ad terram adactum pedibus implicat, ejusque manum manu sua cohibet.

D. N. CONSTANTINVS. MAX. AVG. *Imperator medio corpore cum corona gemmata d. sceptrum, f. globum.* (Mus. Princ. de Waldeck.)

Scenica.

Vir nudus praegrandem personam scenicam utraque manu gestans, pone arbor.

Caput Neronis. (Mus. Farnes.)

Duae personae comicae hiantes turpiter rictu.

Mulier sedens capite turrito etc. Vide reliqua infra § VI. sub. numo I.

* * *
Organum hydraulicum adstante hinc et illinc figura, quarum dexterius instrumentum quoddam flabello simile elata manu ostentat.

Caput Neronis, (Mus. Caes. Haverc. n. 11.) Trajani. (Haverc. n. 27.)

LAVRENTI. NICA. *Organum hydraulicum, stat hinc figura d. ostentans aliquid flabello simile, adstantur praeterea duo vasa, ut videtur, illinc folia humi sparsa.*

Caput Neronis. (Mus. Caes.)

Havercampus in simili legit LAVRENTIN. AVG. ^{b)} Morellius: LAVRENTINVS, (Imp. in Nerone) Tristanus: LAVRENTINVM. ^{c)}

PETRONI. PLACEAS. *Tres figurae togatae stantes, quarum media minutum organum hydraulicum tenet, altera tibiam, tertia colloquentis more gesticulatur.*

Caput et epigraphe Sallustii. (Mus. Caes. Havercamp. pag. 150, alii.)

PLACEAS. PETRI. *Organum hydraulicum, adstat utrinque figura illud, ut videtur, animans, juxta terminus Solis.*

Caput Pla. Valentiniani. Numus insignis magnitudinis olim reginae Christinae.

In explicandis his numis eruditi omnes facile conspirant, hoc typo fitti organum musicum, unis fere his numis praeclari hujus artefacti jam veteribus cogniti, et quod nostrae quoque aetati ad varios usus servit, imaginem exhibentibus. Fuit autem illud duplicis generis, *hydraulicum*, quod aquae motu, et *pneumaticum*, quod follibus animabatur. Prioris frequentior apud auctores veteres mentio. Nero, ait Suetonius, ^{d)} urgentibus jam maxime inimicis *primores viros per organa hydraulica novi et ignoti generis circumduxit*. Alterius testimonium jam viderunt eruditi apud Manilium, ^{e)} at multo certiora sunt bina alia, primum apud Theodoretum: ^{f)} *Ὅργανον γὰρ εἴκειν ἀπο χαλκῶν συγκεϊμένῳ καλαμῶν, καὶ ὑπ' ἀσκῶν ἐκφυσμένῳ, καὶ κινημένῳ ὑπο τῶν τε τεχνιτῶν δακτυλῶν, καὶ ἀποτελεῖν τὴν ἐναρμονίον*

a) Marini Ileriz. Alban. p. 129. b) num. 10. c) Tom. I. p. 218. d) in Ner. c. 41.
e) L. V. v. 329. f) de Provident. Orat. 3.

ἐκείνην ἤχην. *Ejusdem enim fuit formae cum organo aeneis tubis composito et follibus animato, quod artificis digitis motum harmonicis illos concentus efficit.* Iulianus Aug. in epigrammate, quod est in Brunckianis Vol. II. pag. 403, in similis organi descriptione meminit *aenearum fistularum, δονακῶν, χαλκείης ἀρπῆς*, non nostro flatu animatarum, sed vento *ex taurino specu, ἀπο ταυρεῖης σπηλυγγοῦ*, i. e. follibus, prorumpente, qui se in earum radicem insinuat, dum interim vir quidam peritus *celerum digitorum* ope, *ἔχων θοὰ δακτύλα χειρὸς*, suavem concentum elicit. Vtrius generis fuerit propositum in his numis organum, an hydraulicum, an pneumaticum, non satis constat. Sed de horum initiis, usu, progressu vide, quae laudatis omnibus aevi auctoribus magna cum eruditione congestis Christianus Wernsdorfius ad Publilii Optatiani Porphyrii carmen, ut ineptum, ita laboriosum, quod *Organon* inscripsit. ^{a)} Causa illati his numis hujus artefacti visa antiquariis, quia, ut altius diximus, illo delectabatur Nero, cujus caput in antica conspexere. Verum an et Trajanus illo, et Valentinianus delectabantur, quorum item in similibus aliis occurrunt capita? Satis esto, fuisse haec organa inter *παίγνια* circorum et scenarum, ac propterea dignum horum numorum augmentum, ut sane simile artefactum inter alia circi ludicra exhibetur in elegante diptycho apud Maffeiū. ^{b)}

In eorum inscriptionibus primum recitandis, deinde explicandis incredibi-

le, quanta absurda ab eruditis sint prolata. Lege primum Trifiani, deinde qui hunc in pejus corrigit, Havercampi judicium de vocabulo LAVRENTIN. ^{c)} Numus integerrimus musei Caesarei habet, ut dixi, LAVRENTI. NICAE. Numum postremum sic describit Franc. Camelus in catalogo numorum thesauri reginae Christianae: *Aedificium cum tribus figuris*: PLATEA. S. PETRI. ^{d)} quo quid magis ridiculum? Verisimile est, secundum numum praecedentem legendum in hoc quoque PLACEAS. PETRONI.

MAR . . . INC. *Mulier stans d. elata coronam, adstant juxta quatuor puellae, pone duo pueri.*

Caput Theodosii II. (Tanini Suppl. ad Band. tab. XVIII.)

MARGARITA. VINCAS. *Mulier stans d. elata coronam, s. vestem colligit; ei advolans Victoriola coronam offert, infra duo palmarum rami.*

Caput Pla. Valentiniani. (Tanini ibid. Pembrock P. III. tab. 102. Mus. Princ. de Waldeck.)

Vitiatam numi prioris epigraphen Taninius explendam conjicit: *Margarita vincas*, ut in numo sequente, ejus vero typo proponi Margaritam coryphaeam, quae publicum puerorum puellarumque cantum moderatur. In numo altero eadem Margarita proponitur in arte sua victrix, indicantibus istud advolante Victoria, et palmarum ramis.

^{a)} Poet. Lat. min. T. II. p. 394. et Tom. IV. in Addend p. 323.
^{b)} Mus. Veron. p. 111.
^{c)} Pag. 73.
^{d)} Pag. 124.

§ V. *Contornii cum typis domesticis cognitis.*

Hactenus typos vidimus, qui fere uni huic numorum classi proprii sunt. Verum exstant etiam, etsi non magno numero, qui typos ex vera Romanorum moneta jam cognitos recepere. En aliquot exempla, ut ab his contorniatorum fines plenius intelligamus. Horum aliqui tam anxie numos veteres domesticos imitantur, ut jure in restitutionum numis possint putari, et ab archetypis non differant nisi siglis juxta caput introrsum sculptis, ambiente marginem sulco, et opere rudiore, certis, ut supradixeram, contorniatorum signis. Tales sunt:

Caput Agrippinae sen. cum epigraphe: AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. X S. P. Q. R. MEMORIAE. AGRIPPINAE. *Thensa.* (Mus. Caes. Morelli Impp.)

Caput Neronis. X PACE. P. R. etc. *Templum Iani.* (Mus. Caes.) In alio: ROMA. *Roma galeata sedens addito etiam S. C.* (Morelli Impp.) In alio: DECVRSIO. *Eques decurrens.* (Morelli Impp.) In alio: *Duo equites decurrentes,* ut in numis Neronis.

Caput Galbae. X LIBERTAS. PVBLICA. S. C. *Libertas stans.* (Morelli Impp.)

In aliis numis cum parte antica junguntur avergae alieni temporis, sic:

ANNOA. AVGVSTA. CERES. *Ceres sedens etc.* X *Caput Trajani.* (Theupoli.)

Hic typus obvius est in moneta Neronis.

(Vol. VIII.)

DIVA. FAVSTINA. AVG. *Faustina junior stans d. pateram, f. cornucopiae ad aram sacrificat.* X *Caput Neronis.* (Morelli Impp.)

Mira profecto Neronis et Faustinae in eodem numo societas, cujus causam nexus non facile alius praeter ipsum numi architectum dabit.

Caput Constantini M. X VICTORIA. CONSTANTINI. - - - *Victoria sedens inscribit clypeo.*

VOTA. XX. *Circus, in quo duae quadrigae decurrunt, et venatores cum belluis pugnant.* X *Caput Pla. Valentiniani.* (Mus. d'Ennery.)

ANTINOOT. HPΩOC. *Caput nudum.* In alio: ANTINOΩ. ΠΑΝΙ. *Protome Antinoi f. pedum super humero.* X VICTORIA. AVG. *Victoria gradiens.* (Prior apud Vaillant. num. Graeci, alter in museo princ. de Waldeck.)

En tibi et contorniatos bilingues, sic tamen, ut Antinoi nomen, velut dei extranei, Graece scribatur, ex quacunque demum causa eum his monumentis inferere placuit. Quae alia in his numis ad Antinoum pertinent, vide explicata in ejus moneta Vol. V. p. 536.

§ VI. *Numi explicatus ambigu.*

Mulier sedens capite turrito d. elata, f. hastam; ei ad dexteram adstat vir pileatus d. bipennem, f. hastam, ad sinistram stans mulier turrita mulierem sedentem coronat, f. hastam tenet; pro pedibus adstant quatuor animalia alata instar Sphingum, ara utrumque extremum claudit,

Q q

in imo duae figurae instar fluviorum humi procumbentes. X Duae personae comicae hians turpiter rictu. In alio: *Caput Alexandri M. nudum.* (Haverc. num. 1. 2.) In alio: *Caput Neronis.* (Morelli Impp. Mus. Farn.)

Patinus, qui id genus numos primus vulgavit, prospere adventurum edixit, qui horum solvet numerorum aenigmata. Objecta haec difficultas invitavit Havercampum, ut in iis enodandis vires suas experiretur, eique causae potissimum debemus dissertationem, quam de Alexandri M. numismate conscripsit, qua simul aliorum contorniatorum catalogum, et usum complexus est. Eo in opere proficitur vir eruditus, insolente hac horum numerorum imagine indicari summum imperium Orientis et Occidentis, (quam utramque plagam notant binae personae partis alterius) quod per rapaces homines in quatuor decantatis monarchiis Chaldaeorum, Persarum, Graecorum, Romanorum (harum symbolum sunt quatuor animalia alata) violentissime fuit exercitum, quin adeo cupide devoratum (et graphice id quidem adumbratum horrendo duorum capitum oris hiatu.) Et ne coniecisse solum videretur, addit: *nullum in hoc numismate vel punctum esse, quod non examissim in formadibilem istam quadret potestatem.* ^{a)} Haec cum tibi, Sigeberte, tam certa explorataque viderentur, cur aliquot post annis, cum eundem typum explicare intenderes, destitutum te in vado quereris, ejusque te intellectum non posse adsequi? ^{b)} An oblitus eras operis, quod olim totum hujus unius

causa typi, et cum tanto eruditionis nisu conscripseras? An vetus confidentia vertit in diffidentiam? Possumus ex hoc exemplo intelligere, quam inanes saepe sint virorum praestantissimorum sane et eruditorum conatus, cum nihil in omni retro antiquitate tam arduum, tam invium putant, quorsum ingenio et eruditionis copiis non possint pertingere. Ceterum si liberet etiam, vereretur in typi hujus sensum studiosius inquirere, quod iconismos usque modo vulgatos nimium video discrepare. Nam quae figura Patino et Havercampo dicitur manu tenere bipennem, ea secundum iconismum Morellii tenet pedum, et caput pileo Phrygio obteggit, ^{c)} certus adeo per haec indicia Atys, quò verisimile sit, mulierem in medio confidentem esse Cybelen cum Atye suo, quin et adstituta quatuor animalia aliud forte non esse, quam sacros huic deae leones. Cybelen cum Atye in leonum quadrigis vectam supra in Mythologicis vidimus. Typus duarum personarum scenam olet, ut alii contorniatorum typi circum et amphitheatrum, easque non esse connectendas cum averso numi argumento, inde patet, quod numi alii pro his offerunt caput Alexandri M., vel Neronis.

* * *

Serpens adsurgens fruges in ara positas adlambit, pone arbor. X Caput Neronis. (Haverc. num. 6. 12. Morelli Impp.) *Trajani.* (Haverc. num. 34.)

Havercampus typum hunc ex Neronis vita explicat, nequaquam absterre-ri se passus, quod idem Trajano quo-

a) Pag. 4.

b) Morelli Impp. Tom. II. pag. 92.

c) in Nerone tab. VIII, n. 18.

que tribuitur. Fuit serpens comes Aesculapii, Apollinis, Minervae, Hygiae, Hecates etc. tum et heroum, ipse etiam genius et Agathodaemon, ut symbolicos explicatus alios taceam; in myrteriis quoque, ac praecipue in orgiis Bacchi fuit animal religiosum et reconditi sensus. Ob multiplicatos ergo hos ejus honores necesse est serpentum typos, nisi ab aliis causis juventur, impeditam habere significationem. Typus, quo is modo his in numis proponitur, videtur indicare inferiarum ritum, et felix in iis omen. In his dapibus arae imponi sunt solitae, quae offerebantur diis Manibus, et dicebantur *filicernium*, adlabens vero serpens, epulasque depascens creditus est famulus ejus, cui inferiae actae sunt. Sic cum Aeneas Anchisi post excessum sacra instauraret, ecce anguis agmine longo

*Tandem inter pateras, et levia pocula
serpens*

*Libavitque dapes, rursusque innoxius
imo*

Successit tumulo et depasta altaria liquit.

Verba sunt Virgilii, ^{a)} quae proxime imitatus Valerius Flaccus, cum refert, ad placandos caesorum in acie manes celebratum a Iasone sacrificium, sic ait: ^{b)}

Dixerat, et summas frondentibus intulit aris,

*Libavitque dapes, placidi quas protinus
angues*

Umbrarum famuli linguis rapuere coruscis.

Mulier moesta rupi infidens, ex adverso stans vir nudus manibus post tergum revinctis, quem suspicit figura alia humi sedens. X Caput Neronis. (Haverc. num. 2. Morelli Impp.) *Trajani.* (Haverc. num. 25. Pellerin Suppl. II. tab. 7.)

Similem edidit Begerus, et in homine vincto Tiridatem Armeniae regem agnovit. ^{c)} Havercampus in genere Parthum designari putat, atque eodem typo in numo Trajani adludi ad victoriam Armeniacam, Dacicam, Germanicam. Ergo judice Havercampo idem typus in diversis imperatoribus lectus est ad diversas res gestas designandas? Praestat illum in incertis putare. Habet is nonnihil adfines cum Marfyae supplicio, Scythae humi confidente, et ad sumendam poenam parato.

Porticus binis columnis fulta, intra quam vir stans ad mensam numis refertam cum binis viris togatis colloquitur, X Caput Neronis. (Mus. Caes. alibi.)

Havercampus singulari hoc, et nusquam alias conspicuo typo indicari putat abacum et locum, ubi dividebatur contorniati in usum Circensium. ^{d)} Sed levior haec videtur causa, quam ut vel abjectis his numis typi materiam sufficere potuerit. Verisimilius videtur, propositum argentarium in foro fenus exercentem. Hujus *πρῶταις* homines variis nominibus dicti fuere *argentarii, numularii, danistae, collybistae*, tum et *mensarii* et *trapezitae* a Graeco *τραπέζα, mensa*, quod pecuniae posita

a) Aen. V. 90. b) Argon. III. 456. c) Thes. Br. T. II. p. 622. d) Morel. Impp. T. II. p. 82.

mensa numerabantur. Sic Tullius: ^{a)} *Quid? stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, MENSIS PALAM PROPOSITIS esse numeratum.* Narrat Plutarchus, ^{b)} candidatos in comitiis honores non jam tecte, sed *positis in medio mensis*, ἐν μέσῳ θεμενοὶ τραπέζας, a populo fuisse mercatos. Illustrior adhuc locus Martialis, qui in causis, quae clamores strepitumque urbis augent, refert etiam forensia numulariorum negotia. ^{c)}

*Hinc otiosus sordidam quatit mensam
Neroniana numularius massa,*

nimirum numis omnis metalli Neronis imagine insignibus, et Martialis aetate maxime obviis. In elegia, quae *Nux* inscribitur, et Ovidio tribuitur, descriptum habes patentem facile ad similes tabernas accessum, ^{d)}

Quilibet argentum prima de fronte tabernae

Tollat.

Locus, in quo fenus istud exercebatur, Ciceroni, Horatio, aliisque dictus plerumque *medius Ianus*. Vide eruditorum observata ad Ciceronis de Offic. L. II. c. 25. Idem mos apud Graecos quoque valuit. Narrat Polyaeus, ^{e)} Alexandrum Pharaeum clam cum militibus in Piraeum advectum dato signo ex omnibus mensis pecunias diripuisse.

*Clypeus, in cujus medio capita Solis et
Lunae zodiaci signis clausa, juxta sedens
vir expansis manibus, capite elephanti pro-*

boscide ornato, pone statua Palladis. X Caput Trajani. (Haverc. n. 29. Theupoli.)

Obscurum, inquit Havercampus, ^{f)} mihi fateor esse aenigma, ne tamen nihil adferam, dicam id, quod in mentem venit. etc. At mihi, qui simplicem, neque longe arcesitam explicationem praeferre amo, videtur vir ante astrorum et Zodiaci imaginem confidens esse ex eorum genere, qui astrologiae, et rimandis ex hujus disciplina naturae arcanis dedere operam, quales perversa ea aetas copiosos tulit, et ex quorum ingenio prodire tot numi et gemmae zodiaci imagine insignes. Homines Circensibus studiis deditos prae aliis hac superstitione laborasse, aliorum satis constat.

Vir galeatus solo amictus palliolo tantum
cornibus retinet, quem sibi intentata
clava vir alter solo item palliolo amictus
vindicat; juxta e terra existit draco alatus
ignes spargens. X Caput Trajani.* (Mus. Pifani.)

Hunc quoque typum in incertis habeo. Mazzoleni praeconis explicationem qui adprobet, nemo facile erit.

Pisces quatuor, polypus*, sepia*, cammarus*, pompilus. X Caput Neronis.*

Hujus numi meminere Erizzus, Trifstanus, Spanhemius, quorum ampla judicia ad verbum recitat Havercampus, ^{g)} ac fatetur denique, nihil de hoc typo certi adfirmari posse. Tanti fuerat, tot obsoleta verba recoquere.

a) Orat. in Pison. c. 88.
e) Strat. L. VI. c. 2. § 2.

b) in Jul. Caes. pag. 721.
f) Pag. 97.

c) L. XII. 57.
g) Impp. Morelli Tom. II. p. 94.

d) vers. 139.

Area quadrifariam divisa, intra quam
BC. RS. TG. FB. X *Caput Neronis sine*
epigrapha.

Prodigio simile fuisset, si Harduinus cibum palato suo tam suaviter adridentem respuisset. Explicationem vide in ejus Operib. sel. p. 724, sed quam intactam relinquo, quod somnia a scriptis meis longe abesse volo. Numus hic frequenter in catalogis occurrit. Quos ipse viderim, omnes spurios agnovi.

SABVCIVS. PINIAN. - - *Vir baculo percutit arborem, ad arboris pedem serpens.* X *Caput Caracallae.* (Theup.)

Forte est Hercules Hesperidum serpentem clava comminuens.

NVSMACCONMONIMVS. *Vir rupi insidens et respiciens.*

Incertus est epigraphes et typi sensus, etsi haec averfa obvia, et, ut per intervalla vidimus, juncta cum variis anticis, in quibus vel Alexander M., vel Sallustius auctor, vel Desiderius auriga proponuntur. Similem ex Strada restituit Havercampus, ^{a)} sed in quo, haud dubie vitiato, jactatur scriptum MACCOMMO. Cannegieterus in insolentem hanc epigraphen commentatus operose conjecit, vocabulum MACCO designare *stultum*, nomine in fabulis Atellanis usitato. ^{b)} At enim omnes in hac pugna eruditionis suae vires in ventum effudit. Epigraphen enim, qualem dedimus, offerunt numus musei Caesarei, duo

alii, qui citantur in museo Theupoli, ^{c)} unus in museo Pembrock, ^{d)} et alius in museo Princ. de Waldeck.

OLEXIVS. *Aries stans ante aram luculentam.* X ANTONINVS. PIVS. *Caput Antonini Pii.*

Fuit hic numus olim Romae in museo Carthufianorum, translatusque inde in museum Caesareum editus est a Froelichio in Cimelio Vindob. Part. II. pag. XXVII. Verum triplex vir illustris in eo promulgando admisit peccatum, primum, quod spurios ejus natales indicare neglexit, deinde quod in eo scriptum adserit: D. N. IVLIANVS. AVG., cum certa sit lectio ANTONINVS. PIVS, quem lapsus jam memoravi in Catalogo musei Caesarei. Tertium, quod epigraphen averfae legit OLENIVM, quam iniquam lectionem corrigere tum non satis poteram, quod eam numus non satis integer revera praeferre videbatur. Serius similem magis valentem probumque nactus legendum vidi OLEXIVS, quod nomen haud dubie est aurigae, aut certe cujuspiam ex cavea; verum quis sit ejus nexus cum ariete ad sacrificium parato, non intelligo. Monere juvat, similem typum occurrere in ejusdem Pii numis Alexandrinis.

Basis juxta rupem, cui impositum signum Iovis cum modio in capite d. fulmen, f. hastam, pro pedibus aquila, ad quem vir tunicatus tectus galea militari, et caduceum tenens equum adducit. (Mus. Princ.)

^{a)} num. 72.
III. tab. 98.

^{b)} Misc. observ. crit. Vol. VII. pag. 135.

^{c)} Pag. 826. 827,

^{d)} Part.

de Waldeck.)

Argumentum hercle obscurum. An tegitur plane militari, id est: cristata? an militem, cujus sinistra caduceum Mercurium putem, cujus caput galea praefert?

C A P V T IV.

De aetate contorniatorum.

De aetate, qua contorniatorum usus coeperit, variae fuerunt eruditorum sententiae. Non defuere, qui, saltem numos hujus classis illos, qui imperantium capita offerunt, esse coaevos iis existimarunt, quorum in iis imagines continentur, quos inter fuit ipse Spanhemius, qui Neronis numum, tanquam eo imperante cufum, explicat, ^{a)} tum et Ducangius, ^{b)} et nuper cl. Pinkertonus. ^{c)} Verum jure hanc sententiam refellimus, ac primum quidem ex lege fabricae, quam ad explicandam aetatem aliorum quoque numorum, quae aliis classibus subsunt, multum valere novimus. Docuit experientia, singulis imperantium saeculis alium fuisse in numis fabricae modum. Istud si verum, ut sane est verissimum, et si hac sola jam differunt numi Augusti a numis Trajani, quanto magis necesse est differre numos Augusti a numis Fla. Valentiniani? Atqui videmus, in omnibus contorniatibus inesse eundem tenorem, eundem cultum habitumque, certum adeo testem, eorum aetatem non magnopere divergere, ac propterea certi sumus, numos Iul. Caesaris, Augusti, ac proxime sequentium propter eandem hanc

cum numis Honorii et Valentiniani adfinitatem cum his quoque tempore jungendos, et quod sequitur, Iul. Caesaris, Augustique numos non esse horum temporibus coaevos. Ex eadem causa pridem consensere eruditi antiquarii, numos quosdam consecrationum imperatorios, quod omnes eadem fabrica, eadem vilis argenti mixtione essent, eadem etiam aetate signatos. Quocirca necesse est statuere, sequiori aetati tribuendos contorniatos omnes eorum imperatorum, qui praecedentia saecula occupavere. Adde argumenta alia luce ipsa clariora. Multa videmus in his numis priorum saeculorum imperatoribus tribui, quae horum aetate fuerunt ignota, aut inusitata. Caput Iul. Caesaris praeter lauream ambit diadema, quod ex causis cognitis procul habent ejus numi synchroni. Trajanus in numo musei Caesarei *Pius Felix*, qui tituli conjuncti ante Commodum ignoti fuere. In alio musei Caesarei idem Trajanus dicitur *Proconsul*, qui titulus non nisi numis inferioris saeculi inscriptus legitur. Nimirum qui numos hos ferundos curaverunt; eorum modos et epigraphen ad aevi sui ingenium adcom-

a) Tom. I. pag. 231.
pag. 231.

b) Aevi inf. num. § LXIV.

c) Essay on medals Tom. I.

modaverunt. Denique vel unus is numus, qui in antica habet caput Neronis, in averſa Fauſtinam juniorem, quem deſcripſi ſupra cap. III. § 5, ſatis per ſe probat, eum numum imperante Nerone ſignari non potuiſſe. Ioberti ſententia, quae contorniatos jam Gallieno imperante cuſos conjicit, jam a Bimardo reſutata eſt, *) neque jam digna, qua reſutanda amplius occupemur. Magis ſobrium Morellii et Mahudeli judicium, qui iſtud numorum genus circum Conſtanti M. tempora feriri coeptum, et per proxime ſequentes imperatores uſque ad Pla. Valenti-

nianum continuatum adſeruere, in quo totum contorniatorum agmen fere deſinit. De Havercampo praeceptore nihil eſt, quod memorem, nam etſi ipſe arbitretur, eorum natales intra ipſum illud tempus, quod modo deſignavi, conſtringendos, tamen ſolita ſua inconſtantia variis per opus ſuum locis ſic de eorum ortu diſſerit, ut ſatis appareat, multos imperatoribus, quorum imaginem praeferunt, ſynchronos illi fuiſſe creditos, quod quidem aperte in dedicatione operis, tum etiam pag. 49 et 80 ſtatuit.

CAPUT V.

De uſu contorniatorum.

Ad hunc quod attinet, video inter omnes convenire, contorniatos monetæ modum ac potentiam non habuiſſe, nimirum quod tot modis, quos capite I. deſcripſi, a moneta ordinaria differrent. Facile etiam inter omnes convenit, non fuiſſe eos auctoritate publica ſignatos, ſed inſtituto privatorum, hominumque ex plebe parum eruditorum, cum typos in iis viderent plerumque ex humili fortuna captos, conſociata temere ac fortuito, quae natura ſunt diſjunctiſſima, et non frequentia modo, ſed et abnormia in orthographiae legibus peccata, quae luteo etiam aevo auctoritatem publicam diſſiterentur, et quorum ſpecimina capite ſequenti colligam. Eſt in muſeo principis de Waldeck con-

torniatuſ Trajani, in cujus averſa ſunt duo equites cum haſtis decurrentes, ſcripto infra S. C. Alios cum iisdem notis dedi ſupra § V. Nolim quis ex his ſiglis arguat, hos numos ſenatus- conſulto fuiſſe ſignatos, ſed potius hos decurſionum typos ex numis Neronis non omiſſis etiam his ſiglis, petitos. Denique cum viderent eruditi, plerisque typos captos ex ſtudiis athleticis, ac circenſibus, facile ſanxere eorum plerique, circi et arenae uſibus numos hos fuiſſe deſtinatos. Circenſia ſane ſtudia eloquuntur efficti in his agitatores adſcriptis plerumque nominibus quadrigis ſuis invecſti, aut eorum protomae, equi victores, pugiles, beſtiarum, venationes, palmae victoriarum

a) ad Iob. Tom. I. pag. 87.

praemia. Ad haec inscriptae formulae: VRSE, VINCAS — OLVMPI. NIKA — PETRONI. PLACEAS, et similia, bona verba sunt, omina, et ἐνφημοί, quae spectatores ex cuneis adclamare soliti sunt suae factionis hominibus. Praeterea quod prae Augustis aliis Neronem et Trajanum frequentius videmus his numis illatos, istud quoque luculente comprobatur, eos Circensium causa fuisse signatos. Neque enim adsentior Mahudelio adserenti, praelatos fuisse eos principes, qui Circensibus magis fuere addicti. Ac propterea praelatum etiam Neronem plerique adserunt, quod de ejus incredibili in hos ludos adfectu constabat, qui teste Dione *) victores equos, et jam senio confectos stola forensi ornavit, et alimentum nomine pecuniam adsignavit, et quo imperante agitantes eam sibi sumpsere arrogantiam, ut adversari consulum praetorumque imperio auderent. At sin istud, cur, ut alios praeteream, non etiam iisdem honoribus mactatus Commodus? cujus sane non remissior fuit ad haec studia contentio, qui quadrigas ipse egit, et feras propalam manu sua confecit, quin tamen vel unicus ejus contorniatu adhuc sit cognitus. Atque his quidem omisissis cur Trajanum tanta horum numorum frequentia ornare placuit, quem Circensibus eodem impenso studio delectatum nemo scriptorum meminit? Alia igitur inquirenda causa, cur Neronem ac Trajanum frequentius in hos numos vocare libuerit; nimirum quod ille certamen quinquennale Romae constituit, in hujus vero mortui hono-

rem ludi Parthici, seu triumphales acti fuere, de quibus, ne jam dicta repetam, vide, quae indicavi in numis Neronis ad annum V.C. 813, et in numis divi Trajani. Accedit, hunc eundem Augustum magnos sumptus in ornandum amplificandumque Circum effudisse, ut diximus in hujus moneta ad annum V.C. 864. Placuit igitur rerum Circensium ministris eorum saepius memoriam restituere, qui victoriae sibi, ac praemiorum materiem dedere. Neronis memoriam propter haec ipsa studia non modo pluribus post saeculis gratam fuisse posteritati Circensi, sed et lubenter ab arena Constantinopolitana receptam, insigniter comprobatur gemma anaglypha, quam vulgavit Comes Caylus. b) Siste illa Neronem capite radiato quadrigis vectum, et quidem adversum, ut in contorniatu mos obtinuit; dextera effert mappam, sinistra sceptrum consulare tenet, addita epigraphe: ΝΕΡΩΝ ΑΓΟΤΤΕ. (sic) Pictura, et universus cultus, tum et inscriptionis perversa lex perspicue docent, sculpturam hanc inferioris esse aevi opus, et propterea epigraphen Graecam nequaquam coeli Latini, et haud dubie Constantinopolis, qua in urbe satis constat majore adhuc rabie factiones Circenses fuisse bacchantas, quam in ipsa metropoli Roma.

At quem definite usum in Circensibus praestabant contorniatu? Istud enim vero silentibus veteribus, numis ipsis non satis loquacibus evinci confidenter nequit. Quae recentiores attulerunt, merae sunt conjecturae. Suspiciatur Mo-

a) L. LXI. §. 6.

b) Rec. d' Antiq. Tom. I. tab. 86.

rellius, eos esse cufos, ut in ludis athleticis praemiorum loco essent. ^{a)} Secundum Havercampum cufi videntur ab ipsis dominis et victoribus Circensibus, qui equos suos palmam adeptos hoc modo celebrari voluerunt. ^{b)} Verum haec iudicia valere tantum possunt ad numos, quibus inscripti equi. Singularis est opinio Cannegieteri, ab aurigarum fautoribus haec per cuneos distributa numismata, ut per bona verba his saepe inscripta, et in sculptas imagines eorum juvaretur victoria. In vulgus enim fuisse creditum, artibus magicis equorum cursum aut posse incitari, aut sigi retardari. Ad has ergo praestigias sive exercendas, sive disturbandas inventos contorniatos faustas adclamationes et omina continentes, in quibus maximam inesse vim olim credebatur, atque eadem vi pollere creditas imagines Alexandri M., Olympi-

dis, Neronis, Virgilii, Apollonii Tyanensis, Appuleii, Anchisae, Aeneae etc. quod constabat, hos artibus magicis aut fuisse deditos, aut saltem earum peritos; tum vero eandem virtutem praestare dracones saepe his impressos, ac denique crucis signum in numo Havercampiano num. 54 quadrigis in sculptum validis jam tum Christianorum rebus. Lege haec ab auctore erudito fuisse exposita in Misc. observat. crit. novis Tomo I. anni 1740 inde a pag. 6, sed facile etiam advertet lector, opinioni huic nihilo plus inesse meriti, quam quantum conjecturis, utut eruditis navisque, tribui potest. Existimavit nuper cl. Pinkertonus, fuisse eos instar tesserarum, (*tickets*) quae ante ludorum initia in vulgus distribuebantur, quibus singuli acceptis jus habuere certum quempiam ac definitum in subselliis locum occupandi. ^{c)}

CAPUT VI.

De merito contorniatorum.

Quaecumque istud numerorum genus fuisse habuit patronos, quorum iudicio expetendi viderentur, et ad varias causas prodesse. De iis multo prae aliis indulgentius iudicavit Patinus, cum dignos esse arbitratus, quorum describendis elegantibus et enodandis aenigmatibus eruditi opem impenderent. ^{d)} Neque etiam suis eos laudibus fraudavit Mahude-

lius. At vero aliorum de iis iudicia inclementiora, nimirum quod utramque numi partem temere, nullo apparente idoneo nexu plerumque confociatam, rudem imaginum picturam, argumenta fere tantum ex aurigarum pugilumque conlegiis petita offerrent, nullo adeo idoneo sive eruditioni, sive oculis pabulo. Offenderunt etiam delicatiores

a) Specim. pag. 49. b) Pag. 157. c) Essay on med. Tom. I. p. 232. d) Introd. ad hist. num. pag. 43 et in Suetonio suo pag. 468. (Vol. VIII.)

indecora aduersum orthographiam peccata, ut: TESEVS, PENTESILEA, STEFANVS, OLIMPIAS, SALVSTIVS, APOLONIVS, ETERNITAS, et similia, ac perpetuum illud ΟΜΗΡΟC pro OMHPOC, certo indicio, aetate lutea, et ab infimae classis hominibus, nulla certa auctoritate publica has esse sordes imperatas. Videri possit, iconologiam ab his numis iuari, quod in iis variorum virorum illustrium capita proponuntur, quae in aliis veterum monumentis frustra quaeras. Verum quantum fidem mereantur effigies pluribus serius saeculis insculptae, quam illustres hi viri vixere, tum et aevo artibus inimico, et ab imperita plerumque manu, nemo non videt. Quibus de causis factum, ut et Pellerinius alieno se ab his numis animo profiteretur, ^{a)} et cum ab aliis in catalogum numorum maximi moduli reciperentur, excluderentur ab

aliis. Haec inter dissidia praestabit mediam tenere viam, sic ut huic numorum classi neque tribuamus nimium, neque detrahamus. Nam etsi horum auctoritate parum possumus niti, sunt tamen testes aevi sui, morumque, et cogniti Romanorum in ludicra studii et adfectus, quorum et volupe est ipsas videre imagines, ut Circi, omnisque ejus apparatus, aurigationum, venationum, tum et quo cultu fuerint, aurigae, quae aut horum, aut equorum nomina, qui faustarum adclamationum modi, et similia. Denique in nonnullis argumenta videas non illepida et inerudita, quorum non pauca in aliis veterum monumentis non reperias, quin etiam, etsi in rarissimis, opus meliore saeculo dignum, cujus generis est insignis protome Antinoi in numo bilingui, quem obtulimus supra pag. 305 ex museo principis de Waldeck.

S E C T I O II.

DE NUMIS TESSERIS, SPINTRIIS, ALIISQVE VARIJ ARGVMENTI.

En tibi ignobile rei numismaticae vulgus, ut in claro exercitu lixas, calones, copas, scorta, in extremum agmen conjectum, magis memorandum, ne quid in universo opere ad causam pertinens desideretur, quam ad eruditionem dignamque vetustatis scientiam profuturum. Sed et paucis tantum exemplis molestum examen definiemus.

Caput Augusti radiatum. * X. *Corona laurea, intra quam numeri varii: I. II. V. XIII. etc. In aliis pro his scriptum AVG.* AE. III. (Mus. Caes. Theup.)

D. N. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. *Julianus capite barbato et galeato cum hasta et clypeo.* X. IIII. vel IV. vel VIII. vel XIII. in circulo. AE. III. ^{b)}

a) Suppl. II. p. 87.

b) Bandur. Tom. II. pag. 434.

C. MITREIVS. L. F. MAG. IVVENT. *Caput virile nudum*. X. XI. vel XII. *intra lauream*. AE. III. (Morelli fam. Mitreia, Pembrock P. III. tab. 97.)

Turpes et monstrofi concubitus. X. *Laurea*, *intra quam numeri varii* I. II. III. - XV. XVI. XXIX. AE. III. (Theupoli p. 391. Pembrock P. III. tab. 97.) *In horum uno* A. XVI. (Princ. de Waldeck.)

Conjecturarum opus est, in similitum usum numorum inquirere, et si saepe difficile est, verum monumenti publici explicatum reperire, quanto res, magis impedita, cum explicandae reliquiae veteres usus privati, et quae, ut hae ipsae, de quibus agimus, infinitis, sed quas ignoramus, poterant causis servire? Minus longe aberraveris, si statuas fuisse tesseras, vel symbola certae cuiuspiam in ludis publicis, corporibus vel conlegiis, fratriis et coetibus, vel etiam in re militari significationis, quibus exhibitis aut permittebatur accessus, aut repraesentabatur illud, quod significabat; aut fuere in lusu vice pecuniae verae, qui lusu finito vera redimuntur. Vide similes tesseras, sed osseas, propositas in praefatione ad Tomum IV. picturarum Herculanensium, et ab auctore anonymo amplis commentariis illustratas, quos cum denique perlegeris, vitio non dabis, si in argumento affini nolo esse longior.

De numis C. Mitreii vide, quae pauca monui in numis gentis Mitreiae, quo loco adverti etiam, ejusdem esse naturae numulos notos Ephesios inscriptos ΕΦ. ΚΩΠΙ, de quibus paullo infra.

Quos postremo loco proposui, argumenti causa ab antiquariis *Spintriae* solent appellari, quod vocabulum hominem notat, corpus suum alienae libidini patienter permittentem, atque hoc sensu aliquoties a Suetonio, tum et Tacito et Lampridio usurpatur. Vetus est conjectura, infame istud numorum genus auctore Tiberio repertum, de cujus incredibili, et honestis linguis melius tacenda libidine haec refert Suetonius: *) *Secessu vero Capreenfi sellariam excogitavit, sedem arcanarum libidinum, in quam undique conquisiti puellarum et exoletorum greges monstrofique concubitus reptores, quos SPINTRIAS appellabat.* — — — *Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit etc.* Creditum etiam, hos numos esse ex eorum genere, quos Martialis edente ludos Stella in vulgus jactos refert: b)

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis.

At enim Tiberium non injuria absolvit Spanhemius, qui de hoc argumento cum primis consulendus, c) primum, quod istud numi nullo indicio testantur, deinde quod Tiberius foedas suas voluptates in secessu Capreenfi occultari potius voluerat, quam publicis exemplis revelari. Neque etiam viro erudito satis cum Martialis lascivis numismatibus convenit, et existimat potius, turpes hos numos reliquae Floralium aut similitum ludorum infamiae sub impuris principibus accessisse. Sed taedet

a) Cap. 43. b) L. VIII. ep. 78. c) Tom. II. pag. 520 seq.

in anquirendo rei fordidae usu esse curiosiore. Addit Spanhemius, in Romanorum antiquariorum scriniis numos similes haberi usque ad inscriptum numerum XXIX., turpes vero concubitus saltem quadragies varios teste Pyrrho Ligorio ex iis capi posse, quem numerum auget Beauvaisius apud Blondium in Descriptione gemmarum Ducis Aurelian. Tom. II. p. 63.

Caput muliebre nudum, hinc C inde S. XQVI. LVDIT. ARRAM. DET. QVOD. SATIS. SIT. Quatuor astragali, seu talisuforii. AE. III. (Seguin. Sel. num. pag. 14.)

Conjicit Seguinus, caput anticae esse deae *Sortis*, et positas juxta literas C. S. explendas *Cafus*, *Sors*, quae nimirum in ludo quovis, at praecipue talorum, dominantur. Aversa edictum lusorium continet, nimirum ut is, qui ludit, arram deponat, sive pignus ejus summae pecuniariae, de qua ex lege conventum est. Ad quos ergo usus pertinuerint similes numuli, ipsum argumentum manifestat. *Det, quod satis fit*, nota juris formula. Epicurus in testamento, ut est apud Ciceronem, *) sanxit, *ut Amynomachus et Timocrates heredes sui dent, quod satis fit ad diem agendum natalem suum quotannis*. Similia exempla habent etiam marmora.

IO. IO. TRIVMP. Lauri ramus. X Binae equorum soleae, ut videtur, inter duos angues. AE. III. (Mus. Caes.)

IO. SAT. IO. Palmae ramus infixus F inverso. X Corona laurea. Plumbeus III.

(Seguin Sel. num pag. 195.)

Adclamationem faustam uterque numus continet, et prior quidem triumphalem, sed triumphus haud dubie Circensis ab auriga victore acti, ut ex equorum soleis conjicere licet. Alterius numi epigraphen explet Seguinus legendo: *IO. SATURNALIA IO*, ejusque natales propter inversum F, seu digamma Aeolicum in Claudii tempora confert, quod haec litera ab hoc in alphabetum Latinum invecta, et eo mortuo denuo abolita fuit, argumentum vero inscriptionis Narcissi liberti contumeliae applicat, cui a Claudio in Galliam missus, ut contumaces legiones ad obsequium revocaret, ausoque tribunal conscendere, moti indigno facto milites occlamare coeperunt: *io Saturnalia*. b)

SAT. Caput barbatus crinibus filo revinctis, infra falx longior manubrio adfixa. X Sine epigrapha. Cometes, luna crescens, phallus, serpens, et duo astra. AR. forma denarii, et quinarii. (Morelli inc. fam. tab. IV. Catalog. d'Ennery pag. 165.)

Hos quoque numos adludere ad Saturnalia existimo proposito in adversa Saturno, qui Saturnalibus causam dedit. Partis aversa typus mysteria continet, quae, qui his initiati sunt, melius explicabunt. Ceterum monumenta pleraque, in quibus Saturni falx fingitur perrectior, et longo manubrio praefixa, nimirum ad eum modum, quo illam nostra aetate inter artis rusticae instrumenta formatam conspiciamus, dubiae mihi videntur antiquitatis, inter quae

a) de Finib. L. II. c. 31.

b) Dio L. LX. § 19.

numerari forte poterunt gemmae duae olim regis Galliarum. ^{a)} Verum falcis Saturninae typum dedimus in denariis gentis Neriae, et praecipue Valeriani Aug. inscriptis: AETERNITATI. AVGG.

* * *
His addimus notos numulos Ephesios:
ΕΦ. ΚΩΠΙ. *Cervus humi jacens
et respiciens.*

ΚΗΡΙΑΙΩΔΕΠΡΟCΠΑΛΤΡΡΙΝ. *Apis.*
ΑΕ. ΙΙΙ.

Tres hujus generis sunt in museo Caesareo, iique integerrimi, et indubitatae vetustatis. Similem primus edidit Edmundus Chishull, cujus dissertatio erudita praefixa est Tomo II. Haymii, verum in eo aversae inscriptio legitur ΚΗΡΙΑΙΩΔΕΠΡΟCΠΑΛΤΡΝ. Facile consentio cum viro erudito, hos numulos monetam non fuisse, verum tesserae quoddam genus aut quidquid aliud, quod pharmacopolae servierit ad divulgandam medicinam suam. Ipsa formula, ac bina vocabula ejus fidem faciunt: ΚΗΡΙΑ, ductum a κηριον, *favus mellis*, quod ad usum medicum fuerit praeparatum, et ΠΡΟC, quod indicat, cui malo pellendo servierit illud remedium. Comprobant hanc sententiam plures lapides formae quadratae, inscripti v. g. C. CAP. SABINIANI. DIABSORICVM. AD. CALIG., cujus exemplum jam eodem loco attulit Chishull. Sed haec materia accuratius et prolixius tractatur apud Com. Caylus, ^{b)} et Walchium in Antiquitatibus medicis selectis Ienae editis 1772. et

exempla alia suppeditat Maffei, ^{c)} et Muratorius. ^{d)} In cervo jacente et respiciente idem Chishull nimis acute orchestram theatri Ephesii et satyricam saltationis speciem retorto cervi collo adumbratam videt. Haec sententia vel eo corrui, quod cervus simili colli motu in obviis Ephesi numis tam argenteis quam aeneis observatur.

* * *
Ad hanc classem pertinent etiam numi aenei imperatorum max. formae:

Caput et epigraphe Antonini Pii. X
Sine ullo typo, aut epigraphe. (Robert. T. I. p. 94.)

Caput et epigraphe L. Veri Graeca. X
Sine ullo typo, aut epigraphe. (Ibid.)

Caput et epigraphe M. Aurelii. X
Aurea excavata, in qua defixus index in gyrum mobilis. (Mus. Albani tab. 37.)

Caput et epigraphe Commodi. X - - -
COS. IIII. *Iuppiter stans etc.* Numus insolentius crassus, foramine pertusus, et intus cavus. (Mus. Caes.)

Caput et epigraphe Commodi. X
Pro aversa est operculum, quod ab antica potest separari, sic ut numus intus cavus sit instar pyxidis. (Buonarroti Offerv. istor. tab. 36.)

Alius similis Domnae. (ibid.)

In explicandis similium monumentorum causis, sive ad certos illa usus, sive ad ludicra valebant, piget immorari. Qui conjecturas volet, adeat citatum opus Buonarrotii. ^{e)} In museo Albani plura id genus alia exhibentur.

* * *
Supereff, ut agamus de numis *plum-*

a) Mariette n. 2 et 3.
d) Thef. inscr. pag. 508.

b) Rec. Tom. I. pag. 224.
e) Pag. 406.

c) Mus. Veron. pag. 135.

beis, quorum ex antiquitate iustum numerum habemus superstitem. Duplicis eos esse generis, jam dixi in Proleg. general. Vol. I. c. 5, alios nimirum esse animas argenteorum, qui huc non pertinent, alios typis utrinque admodum variis, quos recensere inutile puto; nam descriptos illos, explicatos, quantum satis est, et aeri incisos habes in praeclaro opere Francisci Ficoroni, quod *i Piombi antichi* inscribitur. Fuisse eos veram monetam, negat, ut oportuit, ipse etiam hic vir eruditus.^{a)} At vero in quos definite usus parati fuerint, non satis et ipsi liquet. Certum est, eorum non paucos repertos imperatoris cujuscumque capite insignes scapis veterum columnarum inclusos, et multa ibi solertia reconditos, propterea, ut is existimat, ut vultu principis conspecto admoneatur posteritas, quis ejus auctor aedificii fuerit.^{b)} Aliorum usum verisimilem additae inscriptiones ignorare non patiuntur. En horum aliquos:

VAL. SATVRNALIA. X *Numerus* I. (Ficoroni l. c. Part. II. tab. VII. num. 20.)

IO. SA. IO. *Palmae ramus*. X *Corona*. (Ibid. tab. XV. n. 1.)

Similem jam supra in aeneis dedimus, et quae ibi dixi, confirmantur numo praecedente, in quo vocabulum SATVRNALIA plene perscriptum est.

BRITA. CAESARI. *Caput Britannici nudum*. X MAG. VIII. IVV. (Ibid. P. II. tab. I. n. 9.)

MAMAG. MINERVALES. *Minerva*

flans. X N. F. *Quadratum intra quatuor lineas*. (Ibid. tab. IX. n. 1.)

Vocabula MAG. IVV. id est: *magister juventutis* vel *juvenum*, et MINERVALES facile nos ludorum literariorum admonent. Similes, sed aeneos, dedimus in numis gentis Mitreiae, in quorum uno plenius legitur: MAG. IVVENT. Valuerunt igitur qualescunque hi numi vilissimi metalli, ut nemo non videt, ad privatum similitum ludorum regnum, sine incerto, qui varius sane esse potuit.

Caput Serapidis. X ΦΤΑΑΞΕ, *sine typo*. (Seguin sel. num. p. 2.)

SENTIAM. *Fortuna flans*. X FELICITER, *sine typo*. (Ibid. p. 4.)

SILVANI. *Silvanus nudus flans d. harpam minorem, s. majorem tenens*. X HERMEROTIS. *Ara luculenta*. (Ibid. pag. 21. Morelli Famil. in incert. tab. I.)

Plumbeam hanc mercem liberalius, quam meruisse videatur, explicavit Seguinus, qui labor si recte est impensus, non obsto, quo minus tantundem impendamus literatis aevi inferioris gemmis, quarum majorem partem nemo est aequus judex, atque idoneus, qui non jure aspernetur; neque adeo magnopere culpandi erunt posteri nostri, qui post annos mille operam dabunt examinandis gerris, quisquiliis, ineptiisque numismaticis, quas aevi nostri officinae auctoritate privata ad varios usus parturire non desinunt. Ceterum si quis miseras has veteris aevi reliquias aliquid esse putat, reperiet adfatim, quo

a) Pag. 77. seq.

b) Pag. 5.

ingenium exercere possit, in laudato Ficoroni opere.

Non praetereundus denique numus ejusdem metalli prioribus nonnihil illustrior:

EFL. MVNICIPI. VELITER. *Caput virile nudum barbatur, pone V.* X
FEL - - VENA. VELITER. *Caput juvenile nudum.* Plumb. fere II.

Servatur numus hic in museo olim Regis Galliarum, cujus fidelem imaginem cl. Zoëga autopta anno 1784 cum reverendissimo, nunc eminentissimo S. R. E. cardinali Stephano Borgia communicavit, tanto gratiorem rem facturus, quod *Velitrae* Volscorum oppidum, cujus gentile est *Veliternus*, ut olim Caesaris Augusti, sic et illustri ejus viri est patria, neque in hanc diem loci hujus vetere novaque fama inclyti numus saltem certae fidei reperiri potuit. Primus hoc plumbum aeri insculptum exhibuit eruditus Fridericus Münterus additis opportune paucis observationibus, quae ad illud illustrandum valere possunt. ^{a)} Prolixius subinde in ejus omnes causas inquisivit cl. Sestinius scripta idiomate Italico ad Zoëgam epistola, subinde Romae typis Antonii Fulgonii anno 1796 publici juris facta. Dicitur municipium istud *Felix*, quo epitheto jam medio Romae imperantis aevo usae sunt coloniae variae, infimo deinde aevo urbes nonnullae, ut FELIX. TICINVS, FELIX. RAVENNA. Urbium sic *felicium* alibi catalogum dedi. ^{b)} Epigraphe partis aversae propter attritas literas binas $\tau\omega$ FEL consequentes dif-

ficilem reddit explicationem. Sestinius sic eam explendam docet: FELIX. IV. VENTA. VELITERNA, atque, intelligendum esse $\tau\omega$ T cum elemento N connexum, etsi ejus nexus neque in numi pictura, quam ipse dedit, neque in ea, quam mihi sinceram cl. Zoëga ante annos complures miserat, vestigium appareat. Ait deinde, ut vocabulo IV. VENTA indicantur juniores Veliterni, ita capite senili partis anticae indicari seniores, et forte literam V pone positam significare VETVSTA oppositum $\tau\omega$ IVVENTA, nam, addit, comperit sibi esse, verbum *vetustus* etiam esse substantivum, cujus utinam unum nobis exemplum dedisset. Nimirum, ut fieri solet, numi vitium coegit antiquarium, ut conjecturas subsidio vocaret. Incerta etiam sunt, quae de probabili ejus aetate congestit auctor eruditus. Cum plumbeus sit, cususque adeo ad usus arbitrarios privatosque, quales plures supra commemoravi, nullam video impositam necessitatem, cur, ut Sestinius conjicit, in Iustiniani tempora videatur detrudendus, cum et superiora saecula hanc nihili mercem non fastidiverint, qua in sententia video etiam mecum sentire illustrem Ennium Visconti, cujus ego post haec scripta dissertationem de eodem hoc numo Romae scriptam accepi, qui et verisimile putat, utriusque partis inscriptionem sic posse expleri:

MVNICIPIBus VELITERnis FELiciter
IVVENAlia VELITERna FELiciter.

^{a)} Bibliothek der alten Litteratur von Heeren IX. Stück. Göttingen 1792. pag. 472.

^{b)} Vol. IV.

Ceterum possunt boni nostrae aetatis Veliterni monetae veteris apud se cusae defectum aequo animo ferre, cum eminentissimus eorum civis Borgia pro opibus plumbeis Velitras contulerit thesauros vere aureos, quos ab uno homine paucis annis potuisse conquiri compararique, mirabitur is, qui eorum catalogum nuper a Stephano Borsonio Romae vulgatum inspexerit, quod equi-

dem munus ut sit perenne, satisque adversum tristes hujus aevi vices, alienamque cupiditatem munitum, ex animo precor.

Neque silendus hoc loco plumbeus il-
lustris argumenti, qui memorat PAVL-
LINVM, insignem sub Nerone Britan-
norum victorem, quem descripsi ali-
bi. ^{a)}



a) Vol. VI. pag. 265.

OBSERVATA GENERALIA

AD PARTEM II. HVIUS OPERIS.

(*Vol. VIII.*)

Ss

P R A E F A T I O.

Quod ad calcem partis I. hujus operis facere institui, nimirum exposito totius argumenti statu subjicere observata generalia, quibus partium per totum opus sparsarum explicatio perageretur, quae commodè certo quopiam ac opportuno loco peragi non potuit, idem nunc etiam in hac monetae Romanae, ac imperatoriae quidem expositione constituere, non utile modo, sed et necessarium visum. Sunt enim in hac quoque parte non paucā late per universam hanc disputationem distributa, quae nisi in unum locum colligantur, difficilem impeditumque reddunt de iis recte ac sobrie judicandi laborem. Ita congestis in unum numis omnibus v. c. votorum, consecrationum, legionum, et juxta in conspectum positis multo plenius intelligimus, quid in his similibusque causis fuerit a principibus constitutum, et successu temporis immutatum. Copiosam etiam lucem adfundunt explicati hoc modo principum Romanorum tituli, sive honorifici illi fuere, sive potestatem addidere, neque parum nostra interest novisse ex numis ipsis, monumentis quippe coaevis, publicisque, quo illi tempore conferri coeperint, quo aut negligi, aut plane omitti. At in illustrandis omnibus his argumentis nulla mihi disputatio propter eruditorum incredibilem dissensum ma-

PRAEFATIO.

gis visa necessaria prae illa, quae in iteratae tribuniciae potestatis modos ac leges inquirat, cui examini intentiore cura studioque immorandum fuit propterea, quod ea probe intellecta maximas, ut vulgo cognitum, ad evolvendam Augustorum chronologiam adfert utilitates. Erunt, qui in hac serie observata adhuc alia addita cupient, v. c. de numinibus allegoricis, eorum προσωποποιᾶ, additisque concinne signis, et quae sunt id genus alia, verum absterrebat moles operis jam nimio excrescentis; ad haec si horum aliqua magis videbantur implexa, et minus parabilem habere explicatum, in ipsis commentariis evolvere non neglexi,

Indicem et materiam capitum dabit conspectus in aditu hujus voluminis positus.



OBSERVATA GENERALIA.

C A P V T I.

DE CONSVLIBVS CAESARIBVS.

Quae fuerit consulatus Romani origo, quae dignitas, quanta potestas, quae vicissitudines, istud omne explicare mei instituti non est, et abunde ex historia Romae liberae cognitum. Posteaquam Iulius Caesar orbem R. sibi subjecit, ipse et successores non modo procedere annuos consules ex vetere instituto passi sunt, etsi nihil iis praeter dignitatis nomen relinquerent, sed et ipsi saepe consulatum additis sibi conlegis etiam privatis susceperunt. In hoc consulum Kalendis Ianuariis processu cum fasti Romanorum, et tota adeo temporum series nitantur, et mos inde

a I. Caesare usque ad inferius aevum obtinuerit, ut principes consulatus suos, eorumque iterationem monetae inscriberent, dubitare nemo potest, consulatum Caesareorum intelligentiam ad chronologicam imperatorum, ejusque aetatis historiam insignis esse momenti.

Istud cum intelligerent viri eruditi, et saepe iis in emendandis fastis ad numerum esset auctoritatem recurrendum, non defuere, qui istud consulatum Caesareorum argumentum in adcuratius examen vocandum existimaverunt. Omnium in hoc argumento industriam superavit Antonius Pagius in sua *disserta-*

tionem hypaticam seu de consulibus Caesareis
 hac ejus lucubratione ad praesentem
 causam pertinent, sequentia sunt. Regu-
 las VI., quas *hypaticas* appellat, vir
 eruditus constituit, juxta quas propo-
 situm fuit imperatoribus consulatum sus-
 cipere, nimirum pro imperii auspicio,
 propter solennia quinquennialium, et id
 genus festorum, propter conlegium con-
 sulis Caesaris, vel Augusti, propter ex-
 peditionem militarem, causa triumpho-
 rum, ac denique causa ludorum saecula-
 rium. Quod sit de his Pagii regulis
 ferendum iudicium, malim lectorem ab
 aliis potius, quam a me instrui. Vix
 celebratum illud Pagii opus in lucem
 prodiit, reperti continuo, qui latas has
 a viro erudito leges in iudicium voca-
 rent. Hos inter Norisius sub finem prae-
 clarae suae *Epistolae consularis* ad ipsum
 Pagium datae serio, sed summa cum
 humanitate, amicum perstrinxit, cum
 ait: viri alii eruditi *adhuc vulgari opi-*
nione tenentur, existimantes, Augustos
modo plures, modo pauciores consulatus pro
arbitrio suscepisse, teque longiorem operam
inani labore luisse putant, dum eorundem
consulatum causas ac rationes investigasti.
Vir sane doctissimus, ac tui nominis cultor
datis ad me literis testatus est, ingenii tui
femet acumen mirari, dum tot regulas con-
cinnasti, quas tamen nullas ipse putabat,
quod tot exceptiones subeant, ut saepius ab
imperatoribus contemptae, quam observa-
tum videantur, post quod causae exordi-
um coepit erudite more suo exponere
rationes, ex quarum praecepto diver-
sus ab amico sentire cogeretur, et per-
sistere in vetere sua sententia, imperato-
res nonnisi ad arbitrium suscipere con-

sulatum consuevisse. In eodem serius
 argumente veritatus est eruditus abbas
 Mazzolenus, qui, cum in animadver-
 sionibus ad numismata maximi moduli
 musei Pisani praecipuos Caesarum titu-
 los adcurate sibi explicandos sumeret,
 in animadversione VI. *de Consule* talem
 in examinandis his Pagii regulis modum
 tenuit, ut universum istud examen per-
 petua sit earum, ac iustissima reprehensio.
 Post haec virorum praestantium
 iudicia possum meam confidentius pro-
 fiteri sententiam, quae est, nihil his
 Pagii regulis magis esse fluctuans, incertum,
 arbitrarium, et quaquaaversum a viro
 erudito ad confirmandam suam
 opinionem facta historica, ac monumen-
 ta eorum ipsorum ingratiis adferri.
 Enimvero posteaquam magno labore,
 majore etiam taedio hypaticam hanc e-
 jus dissertationem finiveram, tum sane
 multo, atque antea apertius intellexi,
 imperatores in capeffendo consulatu nul-
 lis se legibus subjecisse, sed, ut in ple-
 risque rebus aliis suam unorum secutos
 fuisse libidinem, cum tamen ipse con-
 trarium nobis vellet persuadere, sed vi-
 ribus, ut eventus docuit, post immen-
 sam contentionem in ventum denique
 effusis. Quam is fallacibus regulis cum
 consulatibus eodem in opere copulave-
 rit etiam votorum quinquennialium nun-
 cipationem, patebit ex iis, quae in
 horum tractatu docebimus.

His expositis ad explicandam consu-
 latus rationem, qualis inde a Iulio Cae-
 sare fuit constituta, et per sequentia
 imperia usque ad antiquatum eum ma-
 gistratum valuit, convertemur, omnibus
 hujus argumenti causis propter materiae
 varietatem in certos articulos sepositis.

§ I.

In hoc argumento occurrunt primum *consulatus continui* principibus aut sponte delati, aut ab his arbitrarie suscepti. Cautum fuerat antiquissimo plebis scito, ne quis consulatum intra decennium interaret. ^{a)} Verum tempore exeuntis reipublicae, quo non amplius regebantur leges, sed regebantur, vetus institutum infractum. Noti septem Marii consulatus, continuo L. Sulla annis interjectis nonnisi VIII. non modo consul iterum, sed et una dictator, cujus exemplum secutus Iulius Caesar *recepit continuum consulatum, perpetuam dictaturam*, quem magistratum continuatum confirmant quoque numi. Expugnatis V. C. 811 a Corbulone Artaxatis senatus Neroni decrevit continuos consulatus, ^{b)} quem tamen is honorem non admisit testibus factis, et numis. Vitellius se ipsum consulem perpetuum ordinavit, ^{c)} sed propositum eventu caruit. In aliquibus Augustis suscepti consulatus a continuis non multum distabant. Vespasianus annorum fere X. imperator consulatum octies iteravit, faciles etiam in eo admittendo fuere Titus, ac praecipue Domitianus, cujus numerantur consulatus XVII. Adde his Elagabalum. Omnium praecedentium numerum excessit Theodosius II., cujus in factis, forte et numis, proditur consulatus XVIII.

§ II.

Arbitrium designandorum consulum

penes principem stetisse, omnis aevi imperatorii historia docet, neque in ea imperatorum potestate, quae limitibus caruit, vocari in dubium potest. Lepide igitur de Iuliano nominandis consulibus intento dixit Mamertinus: ^{d)} *versari coepit in sacri pectoris comitio consulatus*, tanquam nimirum is unus vetera comitia, in quibus eligebantur consules, repraesentaret. Susceperunt vero Augusti consulatum, etsi una cum imperio consularem semper potestatem haberent conjunctam, sive ut morosis aliquam veteris reip. speciem objicerent, ejus exemplo, ut existimat Appianus, ^{e)} a Sulla petito, sive ut annum, in quem illustrius quoddam festum designatum fuerat, consulatu suo redderent insigniorem, de quo infra, sive ex vanitate, sive invidia alios provehendi, quod in Domitiano diserte carpit Aufonius, ^{f)} sive quacunque alia de causa. Enimvero consulatum rem fuisse principibus gratam, inde potest intelligi, quia nemo fuit imperatorum etiam moderatissimorum, qui eum non aliquoties iterasset.

§ III.

Consules suffectos ignoravit Roma libera, nisi cum consulum unus in magistratu mortuus est, in cujus locum suffici alium in reliquum anni tempus necesse fuit. Consulum absque hac causa suffectorum primus exemplum dedit Iulius Caesar. Narrat Dio ad annum V. C.

a) Liv. L. VII. c. 42. et L. X. c. 13.

c. XI. d) Gratiar. act. ad Iulian. c. XV.

ad Gratian. § 27.

b) Tacit. Ann. XIII. c. 41.

e) Bell. civ. L. I. c. 103.

c) Suet. in Vitell.

f) in grat. act.

709: ^{a)} *Consulatum is continuo, et antequam in urbem venisset, inivit, non tamen toto anno gessit, sed postquam Romam advenit, eo se abdicavit, cumque Q. Fabio, et C. Trebonio permisit. Cumque Fabius extremo consulatus die mortuus esset, in reliquis horas C. Caninium suffecit.* Quod idem narrans Cicero ^{b)} lepide addit: *Ita Caninio consule scito neminem prandisse. Nihil tamen eo consule mali factum est. Fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit.* Vide ad similes causas false dicta apud Macrobius. ^{c)} Vulgato exemplo raro deinceps contigit, ut, qui Kal. Ian. processere, toto anno durarent, nimirum imperatoribus, ut gratiam bene de se meritis referrent, alios ad hujus honoris communionem vocantibus. Et fuit tempus, quo haec licentia modum excelsit, quo modo Cleander ex servo praepotens Commodi Aug. cubicularius consules XXV. in unum annum designasse fertur. ^{d)} Sunt praeterea exempla, imperatores, sed stolidi tantum ingenii, dejectis consulibus legitimis in horum se locum intrusisse. Atque hoc modo Caligula, et Elagabalus primum suum consulatum habuere suffectum, Nero postremum, ut ad horum numos diximus.

Qui Kalendis Ian. processerunt, dicti fuere *ordinarii*, iique anno nomen dederunt, majoreque adeo auctoritate pollebant, quam suffecti, qui extra Romam et Italiam fere erant ignoti, ac propterea *consules minores* dicebantur. Vide haec adcurate exposita apud Di-

onem. ^{e)} Discrimen istud eleganter sententia complexus est Seneca: ^{f)} *Dedit (imperator) XII. fascēs? sed non fecit ordinarium consulem. A me numerari voluit annum? sed deest mihi ad sacerdotium. Cooptatus in collegium sum? sed cur in unum?*

Consules suffecti, cum subinde consulatum ordinarium sunt adepti, adnumerare suffectum sunt soliti. Octavianus V. C. 711 in locum consulum in acie caesorum suffectus, cum deinde V. C. 721 consul iterum procederet, consul iterum in monumentis omnibus est dictus. Caligula a Kal. Iul. V. C. 790 suffectus consul processit consul iterum Kal. Ian. V. C. 792. Adnumeravit Domitianus consulatus quinque suffectos, quos gesserat, antequam imperium adivisset. Exempla plura alia in annalibus dedi. Tamen in moneta Domitiani ad annum V. C. 832 numum protuli, in quo ejus quinque suffectorum consulatum ratio non habetur.

§ IV.

Republica integra non *designabantur consules*, nisi in annum sequentem. At enim etiam istud institutum mature coepit labefactari. V. C. 715 sub imperio IIIvirorum R. P. C. consules in annos VIII. designati fuere, quos inter M. Antonio obvenere anni 720 et 723. Ergo hic ab anno V. C. 710, quo consul primum processit, usque ad dictum annum 715 in numis simpliciter COS. dicitur, deinceps usque ad annum V. C.

^{a)} L. XLIII. § 46.

^{b)} L. VII. famil. epist. 30.

^{c)} L. XLVIII. § 35.

^{d)} Saturn. L. II. cap. 3.

^{e)} Dio

^{f)} de ira L. III. c. 31.

720: COS. DESIG. ITER. ET. TERT., ab anno 720: COS. DESIG. III., inde ab anno 723, quo consulatum III. inivit: COS. III., qui ordo in ejus mone-
ta manifestus est. Eandem legem servavit etiam Octavianus, eodem anno V. C. 715 designatus consul in annos 721 et 723. Augustus nepotes ex filia Cajum et Lucium designavit consules, sed sic, ut eum magistratum inirent post quinquennium. Vide dicta in utriusque numis. Nero annos natus XIV. designatus est consul, processurus anno aetatis XX., ex quo in numis COS. DESIGN.

Atque eam quidem designationem imperatores, cum semetipsum constituere consules placuit, addere in monumentis publicis non neglexerunt. Vnde in his obvium est legere v. g. COS. III. DES. IIII. At quaeritur, an nonnunquam imperatores soliti sint, designatos consulatus omissa designationis nota monumentis inscribere, sic ut v. g., cum scribendum fuerat: COS. III. DES. IIII., absolute scriberent: COS. IIII. Adfirmat istud Pagius copiosis adductis argumentis, ^{a)} quorum deinde numerum auxit Mazzolenus Pagii hac in causa affecit. ^{b)} Vterque et marmoribus nititur, et numis, in quibus inscripti consulatus cum trib. potestate collati explicari saepe non possunt, nisi statuatur, designatos tantum consulatus esse intelligendos, etsi absolute notentur. Verum cuperem, eruditos hos viros, priusquam legem tam perversam nobis traderent, de suorum monumentorum aut fide, aut vero praeconio magis fuisse

certos, quam securos. Nimirum quam parum in causis chronologicis fidendum sit marmoribus promulgatis, comprobabimus in tractatu de tribunicia potestate. Male vero etiam numis rem agimus, nisi eos aut oculis usurpemus ipsi, aut ab aliorum agnita auctoritate certissimus, tales illos esse, quales vulgo praedicantur. Nolo hic repetere, quae alibi de valore testimoniorum ex numis captorum copiose disputavi. Satis esto, horum unicum in iudicium vocare, quo insolens haec promulgandi consulatus lex solet confirmari. Norisius, ut est apud Mazzolenum, ^{c)} ut comprobaret, nonnunquam consulatus absolute fuisse enunciatis, qui reipsa non fuerant, nisi designati, recitat pulcherrimum maximi moduli numisma ex museo ducis Etruriae: IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXANDER. AVG., et in averfa: IOVI. VLTORI. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. Certum est, Alexandri trib. potestatem III. componi non posse cum ejus consulatu II., si hic jam initus intelligatur; ergo, inquit Norisius, intelligendus est designatus, scriptumque COS. II. pro COS. DES. II. Esto, an vero certum est etiam, eas litteras sic, ut testatur Norisius, in illo maximae formae numo esse scriptas? Consului museum Florentinum, quod numos Mediceos maximi moduli complectitur, reperi numum a Norisio indicatum, sed, quod mirere, cum epigraphe: IOVI. VLTORI. P. M. TR. P. III. COS. P. P., quae quidem se chronologiae optime adcommodat, nul-

a) Dissert. kypat. p. 7 seq.
(Vol. VIII.)

b) Animadv. VI. de cons. p. 125 seq.

c) l. c. 127.
Tt

la adeo violenti effugii causa. Si Norisius vir eruditissimus aequae, atque accuratissimus, et is quidem *ἀντοπτης*, fefellit, quam nos esse circumspectos oportet in habenda fide, cum promulgata legimus testimonia, quae historiae, et chronologiae adversantur? Ergo ex iis causis, quas nobis praeclari hi viri attulere, nondum mihi video impostam necessitatem credendi, tam iniquam aliquando numerandi legem valuisse. Tamen intelligi tantum velim saniora imperii R. tempora. Nam quae inde a Gallieno in temporum notis observentur illegitima plane, et absurda, nemini non exploratum. Quod si certum exemplum non habemus omisi in similibus inscriptionibus DES., quia istud temporum rationem turbasset, poterat tamen tuto omitti numerus consulatus 70 DES. praecedens. Sic v. c. sive scripserant COS. III. DES. IIII., sive COS. DES. IIII., perinde fuerat, nam utrobique consulatus III. iam initus intelligitur. Atqui eundem hunc numerum fuisse etiam nonnunquam neglectum, docent numi M. Antonii II viri anno V. C. 720 signati, in quibus is lege ordinaria non dicitur COS. ITER. DES. III., sed simpliciter COS. DES. III., ad quos si animum reflexisset Scipio Maffei, ausus non fuisset inscriptionem Tergestinam

IMP. CAESAR. COS. DESIG. TERT
IIIVIR. R. P. C. ITERVM
MVRVM. TVRRESQ. FECIT

inter commentitias referre ex eo etiam

capite, quia in ea legitur COS. *nulla adposita numerali nota, quamvis* DESIG. TERT. *sequatur.* *) Quin hic scripturae modus confirmabit potius ejus fidem epigrammatis, quia hujus, et dictorum Antonii numorum aetas aut est eadem, aut, ut plurimum demus, annorum tantum trium intercapedo.

§ V.

Consulatus quaedam imago fuere *ornamenta consularia* cuiquam sub imperatoribus decreta. Narrat quidem Dio, ^{b)} jam anno V. C. 687, et stante adeo adhuc republica, C. Carbonem, etsi hactenus tantum tribunatu plebis functum, consularibus honoribus fuisse exornatum, tamen non satis adsequimur, qua in re hi honores constiterint. Vera horum ornamentorum origo haud dubie a Iulio Caesare est repetenda, qui, ut pluribus gratiam referret, cum omnibus consulatum seu ordinarium, seu suffectum conferre non posset, speciosum hunc consulatus honorem excogitavit. Multos, ait Dio, ^{c)} in patriciorum, et consularium (*εἰς τὰς ὑπατευκotas*) numerum retulit, et Suetonius: ^{d)} *decem praetoriis viris consularia ornamenta tribuit.* Cum Octavianus post Hirtii et Panfae consulum mortem consulatum peteret, senatus, qui tanti fastigii honorem puero tribui noluit, pro consulatu honores tamen illi consulares decrevit. ^{e)} Plura deinceps occurrunt exempla collatae ejus dignitatis, ac quidem etiam in exteros, quo modo

a) Ars crit. lap. pag. 211.
c. 76.

b) L. XXXV. § 23.

c) L. XLIII. § 47.

d) in Caes.

e) Dio L. XLVI. § 41.

Claudius Agrippam Herodis M. nepotem illa decoratum voluit, ^{a)} cum illi jam antea Caligula imperante senatus Romanus ornamenta praetoria decrevisset. ^{b)}

Quaeritur, utrum hi, qui consularibus ornamentis donati fuere, cum deinde consules processerant, consulatus numerum auxerint? Negat istud in Octaviano Dio. ^{c)} Nam cum hic primum ornamenta consularia, ut continuo diximus, ac paullo post consulatum ipsum abstulisset, non tamen hunc ambitiosius secundum vocavit. Statim vero subjicit auctor, istud in similibus deinceps omnibus usque ad sua tempora fuisse observatum, primum autem fuisse Severum, qui morem mutavit. Nam cum Plautianum primum his ornamentis, deinde ipso consulatu donasset, eum velut iterum consulem renunciari iussisse, idque deinde ab aliis quoque fuisse factum. Tamen Macrinum in se novum istud institutum observari noluisse, diximus in ejus numis.

§ VI.

Supra § II. causas nonnullas dedi, quae imperatores ad consulatum sive suscipiendum, sive frequentandum generatim impulere. At nunc curatius explicandum, quae fuerint causae, cur eorum multis placuerit, certo quodam anno suscipere consulatum. Inter regulas hypaticas a Pagio constitutas prima est, principes proximis post aditum im-

perium Kalendis Ian. procedere consules consuevisse. Vt non negamus, hunc morem multos imperatores esse secutos, tamen certum est, eam regulam saepius fallere. Is mos a Nerone tractus videtur. Certe illi, qui proxime successere, Galba, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerva Neronis exemplo proximis Kalendis Ian. consulatum iniwere. Quod cum Trajanus faciendum non putasset, dixit Plinius: ^{d)} *initio principatus consulatum recusasti, quem novi imperatores destinatum aliis in se transferbant.* Ex ipsis ergo his Plinii verbis jam satis elucet hic mos jam tum ab imperatoribus observari solitus, quod etiam confirmat Spartianus loquens de Aelio Caesare *mox consul creatus, et quia erat deputatus imperio, iterum consul designatus est.* Post Trajanum fuere non pauci, qui ab eo discessere, quos collegit Mazzolenus, ^{e)} et videre potes in fastis. Dicere ergo possumus morem multis placitum imperatoribus, sed minus concinne regulam.

Factum etiam, ut imperatores variorum solennium causa consulatum sumerent. De Augusto diserte Suetonius, ^{f)} petiisse eum consulatum XIII. et postremum, ut Cajum et Lucium filios amplissimo praeditus magistratu suo amque tyrocinio deduceret in forum. Imperatores infimi aevi, saltem eos, qui Orientis consules dicti fuere, ait Themistius, istud sibi semper devitandum existimasse, utne quinquennali, aut decennali vertente curriculo eum magistra-

a) Dio L. LX. § 8.
neg. c. 57.

b) Philo adv. Flacc. p. m 523.
e) l. saepe c. p. 131.

c) L. XLVI. § 46.

d) Pa.

f) cap. 26.

tum, a quo annus inscribitur, cuiquam concederent. Quare, inquit, insolens plane visum, Theodosium M. hunc honorem in quinquennialibus celsisse Saturnino privato. ^{a)})

Cel. Pagius plures alias suscipiendi consulatus causas contulit, nominatim votorum decennialium solennia, conlegium consulis Caesaris, vel Augusti, expeditiones militares, triumphos, ludos saeculares, atque insuper templorum, theatrorum, colossorum, thermarum dedicationes. Quam is argumentis vagis, incertis, nullumque habituris ad sensum universam hanc causam nitatur stabilire, diximus sub initium hujus tractatus. Generatim potest adfirmari, imperatoribus, ut in plerisque rebus aliis, unum arbitrium fuisse adsciscendorum, iterandorumque consulatum causam.

§ VII.

Ex quo principes omnem arbitrio suo potestatem subjecere, ad consules amplius non pertinuit bella foris gerere, aut providere, ne resp. detrimentum patiatur, sed Romae in una sua trabea conspicui pro magnis imperii negotiis coacti sunt ignobile otium confectari. Recte ergo dixit Mamertinus de consulatibus, sed aevi imperatorii: ^{b)}) *in administrationibus labor honori adjungitur, in consulatu honos sine labore suscipitur*. Magis amare Cassiodorius, quem § X. citabimus, istud consulum otium perstringit, fuitque adeo ex innumeris infaniae argumentis, quibus Caligula se

obstrinxerat, maxime ignoscendum illud, quod equum consulatus capacem credidit. Quod igitur unum is magistratus deinceps praestitit, explicavit Iulianus Aug. ^{c)}) *nimirum privatis velut praemium quoddam est, ac merces virtutis, aut fidei, aut benevolentiae erga principes, aut eximii altius facinoris, principibus vero ipsis ad ea bona, quae jam possident, velut decoris, et ornatus accessio est*.

§ VIII.

Consulatus, antequam plane occideret, variae adhuc formae sunt observandae, sed quod argumentum paucis persequemur, quia ad historiam quidem ejus aevi plurimum, nihil vero ad rem numismaticam amplius confert. Qui plura cupit, adeat post Panvinium Pagii dissertationis hypatiticae partem III. inde a pag. 308.

Consulatus dimidiatus dicebatur, cum uno tantum consule, nemine conlega, constabat. Talis jam fuit nullo hactenus exemplo anno V. C. 702 consulatus III. Cn. Pompeji M., qui solus in comitiis sine conlega electus est consul. Vt tum dissensus civium insolentis hujus facti causa fuit, ita etiam imperante demum Constantino M. dissensus plurimum imperantium. Sane plures veterum fasti annos post Christum 310 et 312 solo Maxentii consulatu notavere. Plures alias manci consulatus causas vide apud Pagium inde a pag. 310 l. c.

Consul orientalis, et occidentalis. Constantinus M. diviso in Orientem, et

a) Orat. XVI.

b) Gratias, act. Iuliano c. 2.

c) Orat. III.

Occidentem imperio statuit, ut duorum annuorum consulum alter Romae, Constantinopoli alter designaretur. Ei rei factum initium anno Christi 338, cujus Kalendis Ian. mortuo nuper Constantino M., et imperio ex ejus voluntate in tres filios diviso primi hujus generis consules processere, et Vrsus quidem in Occidente, Polemius in Oriente. Vnde factum, ut, si quando de alterius orbis consule nondum constabat, scriberetur in actis publicis v. g. *consulibus N. et qui nunciatus fuerit*, vel: *consulibus, quorum alter est Aristaenetus, conlegam enim ignero*. Vide similia exempla apud Pagium. ^{a)}

Formula post consulatum. Cum sive propter discordias imperantium, sive bella, sive caedes principum, aliasve causas annus suis consulibus, saltem certis, agnitisque careret, factum non raro, ut vacuus hic annus unus, pluresve a consule certo anni praecedentis nomen acciperet, scripto v. g. *Basilio V. C. consule*, — *Anno secundo post C. Basilii* — *Anno tertio post C. Basilii*, quo designantur anni post Christum 541, 542, 543. Legitur haec formula primum ad annum Christi 307, cum anni praecedentis consules fuissent Constantius Chlorus VI. et Gal. Maximianus VI., frequentius aevo imperatorum infimo, de cujus variis, et saepe confusis legibus vide Pagium, ^{b)} qui et copiosis deinceps exemplis comprobare nititur, inde a Constantino Pogonato consulatus, ut olim tribuniciam potestatem gestos fuisse. ^{c)}

§ IX.

Cum consulatus a veteribus in varii generis monumentis, actisque privatis, praecipue cum fides facienda fuerat, producerentur, tamen in re monetaria mature negligi coepere. Inde a Constantino M., filiisque Caesaribus tandem post longum multorum annorum intervallum Theodosius II. consulatus XVII. et XVIII. iterum numis inscripsit. Postremus fuit Heraclius II. Constantinus Heraclii I. filius, in cujus numo singulari, quem suo loco dedimus, legitur ERACAI O CONSVAI. Tandem venerabilis hic magistratus, cui nihil amplius veteris splendoris relictum fuit, ita coepit vilescere, ut Leo VI. Sapiens, qui imperium adivit anno Christi 886, Novelam CV. Iustiniani, quae de consulatu tractat, et legem continet, nihil jam ad remp. pertinentem, cum aliis inutilibus ex legum catalogo eximi iusserit. Lege totam eam Leonis constitutionem, quae ordine est XCIV. Et placuit deinceps in Oriente ad designandos annos uti epocha orbis conditi, qui collectis annis ex computo LXX interpretum, vero an falso, conditus ferebatur die I Septembris anno 5508 mense III. die XXV. ante natum Christum, de quo vide chronologos, et in compendio Gibbonum cap. 40 in fine.

§ X.

Postremo etiam de insignibus, quae consules discrevere, aliqua sunt praeci- pienda. Ait Florus de Tarquinio Prisco: ^{d)}

a) l. c. pag. 310.
l. c. 5.

b) Dissert. hyp. Part. III. cap. II. seq.

c) l. c. cap. IV.

d) L.

XII. namque Tusciae populos frequentibus armis subegit, et inde fasces, trabeae, curules, annuli, phalerae, paludamenta, praetexta, inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togae pictae, tunicaeque palmatae, omnia denique decora, et insignia, quibus imperii dignitas eminet, sumpta sunt. Dionysius Halic. in insignibus principatus, quae tum Priscus Romam transtulit, nominat coronam auream, et scipionem habentem in summitate aquilam, tunicam purpuream auro distinctam, et togam purpuream pictam.^{a)} Addit, pulsus regibus haec insignia consulibus fuisse permessa, dempta corona, et toga picta, quamquam et his, cum triumpharent, usi sunt. Numi familiarum parum nos instruunt, quantum ex tot insignibus tempore Romae adhuc liberae consulatui fuerit indultum. In numis gentis Iunia fingitur vetus ille L. Brutus, et ipse post exactos reges primus consul inter duos lictores fascibus, et securi horridos procedere: verum consuli XII. fasces praegestari consuevisse, jam aliorum satis constabat. In denariis Corn. Sullae, qui par consulum Sullam, et Pompejum Rufum offerunt, ut et in denario Valerii Messallae, inscripto PATRE. COS., consulibus sella curulis tribuitur, sed hanc alii etiam magistratus consulatu inferiores communem habuere. In denario Augusti, quem dedimus in hujus moneta ad annum V. C. 752, proponuntur scipio cum aquila, toga picta, et laurea, sed quae omnia verisimilius ibi dixi pro ornamentis triumphalibus, quam consulum insignibus habenda. Ad haec

quod attinet, sequens aetas plura, et certiora docet. Apud Vopiscum Valerianus Aug. Aurelianus inter alia his verbis adloquitur: *b)* *Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis — — — togam praetextam, tunicam palmatam, togam pictam, subarmalem profundum, sellam eboratam. Nam te consulem hodie designo scripturus ad senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces.* Similia refert Calsiodorius graviter in eos inventus, quos Augusti nullo idoneo merito insignibus consularibus ornaverunt:^{c)} *Sed nunc sumitis ista felicius; quando nos habemus labores consulum, et vos gaudia dignitatum. — — — Pinges vastos humeros vario colore palmatae, validam manum victorialis scipione nobilita, lares proprios etiam calceis auratis egredere, sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus enisus ascende, ut in otio subjectus merearis, quod nos per maximos labores assumimus imperantes.* Et vero in numis Augustorum inde a declinante imperio saepe occurrit protome imperatoris veste palmata circumdata, et scipionem praefixa aquila manu gestans, quo consulem Augustum intelligas. At totum consulum habitum optime capies ex diptychis eburneis, quorum unum dedit Ducangius in dissertatione de numis inferioris aevi tabula I., et explicavit § IV., ubi varia idonea de habitu consulari illius aetatis docet. Item ex praeclearo alio diptycho, quod olim fuit Norimbergae in aedibus Negeleiniianis, ab auctoribus variis erudite explicatum, at hodie inter praestantissima cimelia, quae insignem thesaurum ill. comitis a

a) Ant. L. III. p. m. 195.

b) in Aureliano.

c) Variar. L. VI.

Vitzai exornant, conspicitur. De scipione aquilifero consulibus tribui solito jam nonnulla veterum testimonia adduxi ad laudatum Augusti numum, quem ad annum V. C. 752 descripsi.

Denique adhuc processus consularis, qualis in numis proponitur, expediendus. Procedere dicebantur consules, quando, anno proxime elapso ad consulatum designati, Kalendis Ianuariis consueta pompa et comitatu magistratum inivere, atque solennis hic actus *processus consularis* vulgo consuevit appellari docentibus id ipsum numis per epigraphen FELIX. PROCESSUS CONSVL. AVG. N., quos paullo post proferemus. Sed et sunt exempla, auctores veteres solo vocabulo *processus*, omissa etiam consulis mentione, processum consularem intelligi voluisse. Iuvenalis objurgans eos, qui viis pravis tortuosisque ex humili ad maximos honores pervenere, sic ait: ^{a)}

Cum te summoveant, qui testamenta mentur

Noctibus, in coslum quos evehit, optima summi

Nunc via processus, vetulae vesica beatae,

quibus sane verbis docet, homines nautici primum turpi cum vetulis consuetudine rem fecisse, deinde ad consulatum fuisse evectos, seu honorem *summi processus*. Satis clare etiam poetae mentem explicat adhibita ad hunc locum vox *summoveant*, nimirum praecedentibus in processu lictoribus consulis, vi-

amque populi confluxu impeditam aperientibus, quo modo et convenienter dixit Horatius: ^{b)}

*Non enim gazae, neque consularis
Summovet lictor miseros tumultus
Mentis, et curas laqueata circum
Tecta volantes.*

Placuit ad haec Iuvenalis verba aliquantum immorari, quia video, viros eruditos in suis ad illa observatis non satis commode verum eorum sensum evoluisse.

Dixi aliquando, ^{c)} difficile nonnumquam, esse definire, quando in numis imperator fingitur quadrigis seu equorum, seu elephantorum vectus, et scipionem cum aquila gestans, utrum hoc typo triumphus, an processus consularis sit intelligendus, quia, ut hactenus vidimus, haec aquila et cum triumphantibus, et consulibus communis est. Tamen non raro numus ipse dictat modos, quibus utramque solennitatem distinguas. Quando similis typus est in numo ejus anni, quo certo constat, imperatorem processisse consulem, ac praecipue, si historia acti eo anno triumphi mentionem non facit, dubitari nequit, processum esse consularem, eumque inferum numis eo modo, quo illustria quaeque facta inferi monetae consuevere. Exstant numi insignes Commodi cum typo simili, in quibus is dicitur TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI., quae sunt certae notae anni V. C. 943, cujus Kalendis Ian. processit consul VI. Alii Caracallae cum TR. P. XI. et XVI; sunt hae no-

a) Sat. I. 37.

b) Carm. L. II. od. 16.

c) in num. Aug. ad V. C. 752.

tae annorum V. C. 961 et 966, quorum illo is processit consul III., hoc IV. Insignis numus max. moduli musei Albani in parte antica offert protomen Gordiani cum toga picta, vel palmata, et manu scipionem aquiligerum gestantis: in averſa est: PONTIFEX. MAX. TR. P. III. COS. II. P. P. et imperator in quadrigis equorum d. lauri ramum, ſ. aquilam, pone inſiſtit Victoria, praecedit miles, et figurae aliae cum palmae ramis. Numus est anni V, C. 994., quo inivit conſulatum II. Ipſe etiam ſcripturae modus non raro proceſſum conſularem praefcribit. Noti ſunt numi Caracallae: COS. II. typo ſimili, et alii Getae fratris: COS. typo ſimili. Numi utriusque ſunt anni V. C. 958, quo Caracalla proceſſit COS. II., Geta COS. primum. Quoniam hi denarii praeter conſulatus notam nihil inſcriptum offerunt, certum eſt, monetariis aliud nihil fuiſſe propoſitum, quam ut hac inſcriptione celebrarent fratrum conſulatum, ergo etiam adſtituto typo. Eodem pertinet ſcriptum in binis numis max. formae Galli et Voluſiani COS. II. ET. COS. typo ſimili. ^{a)} Nimirum hi Auguſti V. C. 1007 una proceſſere conſules, pater iterum, filius primum. Ad eandem hanc legem adiges numum inſignem aureum Diocletiani, et Maximiani, qui Noriſio juſtae diſſertationis materiem ſufficit:

IMPP. DIOCLETIANO. ET. MAXIMIANO. AVGG. *Protomae duae laureatae utriusque imperatoris, et conſularibus trabeis indutae manu ſceptrum cum aquila praeferentes.* X IMPP. DIOCLE-

TIANO. III. ET. MAXIMIANO. CCSS. *Currus junctis quatuor elephantis cum rectoribus palmigeris, ei inſiſtit uterque imperator, et his altior Victoria.*

Huic adde alios Maxentii, in quorum averſa:

FELIX. PROCESS. CONSVL. (*in aliis CONSVLAT.*) AVG. N. *Imperator jam in quadrigis elephantorum, jam in ſexigis equorum vectus d. lauri ramum, ſ. ſcipionem.*

Hos numos adcuratius vide deſcriptos in moneta Maxentii. Quis negaverit, in numo priore exhiberi proceſſum conſularem, cum par conſulum Augg. juxta cum oſtentatione ſcriptum compareat? Multo vero iſtud magis perſpicuum ex numo altero, qui ipſum adeo *proceſſum conſulatus* pronunciat.

Haec copioſius docenda fuere, quia Noriſius in laudata diſſertatione perſuadere nititur, typum, qui eſt in ſuo Diocletiani et Maximiani numo, eſſe triumphalem, lectumque cauſa acti ab utroque ob relatas victorias triumphi, eſſi idem non inſicietur, ^{b)} in Maxentii numo non triumphum, ſed proceſſum conſularem exhiberi. Idem in numo Alexandri Severi, in quo hic quadrigis equorum invehitur d. aquilam tenens, additis notis TR. P. VIII. COS. III., rurfus triumphum videt, ^{c)} cum tamen hic typus certiſſimus ſit teſtis proceſſus conſularis juxta legem mox datam; nam Alexander anno V. C. 982, quo trib. poteſtatem VIII. numeravit, proceſſit conſul III. Quo minus in numo Diocletiani proceſſum conſulum faſceretur, magnum illi momentum qua-

^{a)} Muſ. Albani tab. 81.

^{b)} Ejusd. diſſert. c. V. p. 34.

^{c)} L. c. p. 45.

drigae elephantorum. Non ignoro, imperatores non raro in quadrigis hujus animalistriumphasse primum ejus exemplum vulgante Pompejo Magno in triumpho Africano teste Plinio. ^{a)} Narrat Lampridius, ^{b)} Alexandrum Severum, cum ab expeditione Persica redux Capitolium ascenderet, in suo comitatu habuisse currum triumphalem a VI. elephantis tractum. Nunciata Romam Gordiani de Persis victoria, senatus victori quadrigas elephantorum decrevit. ^{c)} Quae causa fuit, cur eos Pacatus vocaret *triumphales belluas*. ^{d)} At certum est etiam, elephantos non ad solum triumphum fuisse adhibitos. Saepe videmus in numis, Augustorum, Augustarumque thensis has belluas fuisse junctas, et diserte perhibet Suetonius, ^{e)} Claudium aviae Liviae divinos honores, et circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curasse, quem ipsum exhibent numi Neronis a nobis ad annum V. C. 808 producti. Ergo quadrigae elephantorum ad alios etiam usus valere, atque etiam ad processus consulares non invito ipso Norisio, qui, ut dictum, in similibus Maxentii quadrigis processum consularem agnovit, quo modo triumphatum quoque fuit jam equis, jam elephantis, et quidem ex lege ordinaria equis, testante etiam Apuleio, ^{f)} proprias esse *triumphantibus quadrigas albas, et togam palmatam*. Denique certum puta triumphum, quando similis processus fingitur in numis illius anni, quo eum revera triumphasse

constat, neque iterasse consulatum. Hujus exemplum offerunt numi Tiberii ad annum V. C. 766, alique, certum autem processum consularem, cum illo anno, cujus est numus, de inito quidem consulatu constat, non vero de triumpho quopiam. Est inter numos M. Aurelii adhuc Caesaris numus cum simili typo signatus V. C. 898. Eo is anno consulatum II. inivit, nullo tum triumpho, ac ne bello quidem. Plura similia exempla supra dedimus. Denique ramum lauri, quem in his numis non raro imperatores manu praeferunt, et si is triumphantes maxime deceat, tamen etiam cum processu consulari posse componi, facile intelliges ex iis, quae in moneta Antonini ad annum V. C. 892, numumque S. P. Q. R. A. N. F. F. de more laureas coronas Kalendis Ian. reparandi differui.

Per consularem hunc processum solitos fuisse non modo consules Augustos, Caesaresve, sed et privatos pecuniam in populum spargere, constat ex Novella Iustiniani: ^{g)} *Soli aurum spargere damus imperio, cui soli etiam aurum contemnere praestat fortunae fastigium. Argentum vero, quod mox post aurum pretiosissimum fiet, et aliis consulibus largimur decens*. Et paullo infra: *Sed de argento quidem spargendo ita a nobis sancitum sit, et si omnino ad hoc acceperit, licentiam habeat distribuendi argenti munificentiam in suis processionibus, sicut ipse recte se habere putaverit, solo prohibito aurum omnino jaculari, quod imperatori tantum tributum*

a) L. VIII, § 2. b) in Alexandro. c) Capitolin. in Gord. d) Paneg. Theodof.
e) in Claud. c. 11. f) Apolog. p. m. 270. g) CIII. Tit. VI. c. 2.
(Vol. VIII.)

est contingere. Quo in titulo, tum et alibi ^{a)} plura continentur, quae imperatores de hoc spargendi in his processibus ritu sanxere. Exstat hujus liberalitatis locuples indicium in numo contorniato altius pag. 290 descripto, in cuius averfa est: PETRONIVS. MAXSIMVS. V. C. CONS. *Ipsa Petronius consulari habitu indutus sedet, d. volumen, f. scipionem cum aquila, in imo duae crumenae numis refertae, ex quarum una soluta numi protuberant.* Vide, quae ibi ad singularem hunc typum observavimus. Atque hunc spargendae pecuniae morem arcte fuisse cum processu consulari connexum, patet ex historia Clodovei, primi ex Merovingiis Galliae regis, de quo Gregorius Turon. ^{b)} *Chlodovechus ab Anastasio imperatore codicillos de consulatu accepit, et in basilica beati Martini (apud Turonos) tunica blatea indutus est et chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equite (equo) aurum argentumque in itinere illo, quod inter portam atrii basilicae beati Martini et ecclesiam civitatis est, praesentibus populis manu propria spargens voluntate benignissima erogavit, et ab ea die tanquam consul et Augustus est vocitatus.* Aurea haec

grando in vulgi capita praeceps adeo in consulari processu valuit, ut serius neglecto etiam jam palam consulatu, quotiescunque imperatores Caesaresve publice progressi pecuniam spargerent, haec ipsa sparsio diceretur ὑπατεία, *consulatus*, et ipse hic actus ὑπατεῖαν ποιεῖν, *consulatum facere*, id est: praestare id, quod consules facere consueverunt. De Constantini V. Copronymi filiis narrat Nicephorus Constantinopolitanus in fine Historiae suae: *της δὲ βασιλικῆς προόδου κατὰ τὸ εἶωθος ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν γενομένης ὑπατεῖαν ἐποίησαν, καὶ τοῖς παρελθούσι χρήματα διενείμαν, ἐκ τῆς παλατιᾶς ἀρξαμένοι τῆς ἐκκλησίας τὰτο ἐπιτελούντες.* *Regio processu pro more ad catholicam ecclesiam facto consulatum fecerunt, et in obviam pecuniam sparserunt, inde a palatio usque ad ecclesiam istud agentes.* De Ti. Constantino Iustini II, successore haec Theophanes ad ejus annum primum: *καὶ ἐστῆψεν αὐτὴν Αὐγυστᾶν, καὶ ἐρρίψεν ὑπατεῖαν πολλήν, et coronavit eam (Anastasiam) Augustam, et multum consulatum (liberale munus consulare) in populum sparsit.* Vide de nova hac significatione plura apud cel. Ducange in Gloss. med. Graec. sub ὑπατεία.

CAPVT II.

DE PROCONSVLIBVS CAESARIBVS.

De dignitate, ac potestate proconsulum primum eorum, qui tempore Romae

a) Cod. L. XII. tit. 3.

b) Hist. Franc. L. II. c. 38.

liberae in provincias missi sunt, deinde eorum, qui his praefuere, ex quo Augustus imperium in suas, et populi provincias divisit, abunde in animadversionibus ad partem I. hujus operis Vol. IV. pag. 234 egimus, quia multa habemus proconsulum privatorum nomina monetae extra urbem signatae inscripta. At sunt etiam numi, et si numero pauci, qui ipsis Augustis proconsulis titulum addidere. Sunt vero sequentes:

CONSVL. IIII. P. P. PROCOS., in aliis: CONSVL. VII. P. P. PROCOS. in numis Diocletiani.

COS. III. P. P. PROCOS., in aliis: CONSVL. IIII. VI. VII. VIII. P. P. PROCOS. in numis Maximiani Herc.

CONSVL. V. P. P. PROCOS. in numis Constantii Chlorig.

CONSVL. P. P. PROCONSVL, in numis Licinii senioris.

CONSVL. P. P. PROCONSVL, — P. M. TRIB. P. COS. IIII. P. P. PROCOS. — P. M. TRIB. P. COS. VI. P. P. PROCOS. in numis Constantini M.

Praeter hos memorantur adhuc:

ΑΤΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΑΝΘΥΝΑΤΩ, nimirum proconsulem Graeci dixerunt Ἀνθυνατον. Legit sic Vaillantius in numo Pergameno cum capite Augusti, an satis tuto, videtur dubitari posse.

IMP. CAES. TRAIANVS. AVG. P. M. P. P. PROCONS. in contorniato musei Caesarei, et Theupoli.

Iuvat in originem proconsulatus Augustis, Caesaribusque delati altius inquirere. De proconsulatus ordinariis pri-

vatorum alibi, ut continuo dixi, a me actum. At fuere tempora Romae sive liberae, sive imperantis, quando ad salutem imperii necessarium est visum, proconsulis potestatem amplificare. Ad bellum piraticum sic missus est Cn. Pompejus, uti toto mari, et ad quinquagesimum a mari miliarium proconsularem potestatem haberet, reges nationesque omnes auxilia petenti mitterent etc. ^{a)} quo quidem senatusconsulto, ut ait Velleius, ^{b)} paene totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur, qui continuo addit, idem hoc ante in M. Antonii praetura decretum fuisse, quod ipsum tangit Cicero, cum ait, ^{c)} Siculos M. Antonii infinitum illud imperium sensisse, nimirum ope factionis curationem infinitam totius orae maritimae nacti, ut ad haec Ciceronis verba advertit Asconius, et innuit etiam Lactantius. ^{d)} Cicero in senatusconsulto, quod Dolabellae per C. Cassium bello persequendi causa suaserat, ^{e)} inter alia haec sanxit: *ut Cassius proconsul provinciam Syriam obtineat, uti qui eam optimo jure provinciam obtinuerit, - - - ut imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto jus potestatemque habeat, utque, quamcunque in provinciam ejus belli gerendi causa advenerit, ibi majus imperium C. Cassi proconsulis sit, quam ejus erit, qui eam provinciam tum obtinebit, cum C. Cassius proconsul in eam provinciam venerit.* Sunt haec Romae adhuc liberae exempla. Augustus M. Agrippam bis, nimirum annis V. C. 731, et 738 ad regendas Orientis provincias amplissima cum po-

a) Appian. bell. Mithr. c. 94.
 b) L. II. c. 31.

c) Philipp. XI. c. 12.

d) in Verr. L. II. c. 3.

e) In-

testate misit. ^{a)} V. C. 753 Cajus Caesar Agrippae F. in Orientem ad bellum Parthis inferendum cum imperio proconsulari profectus est. ^{b)} Adferente Tiberio, non posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi, *decreto patrum permissas Germanico provinciae, quae mari dividuntur, majusque imperium, quoquo adisset, quam his, qui sorte, aut missu principis obtinerent.* ^{c)} Aliquot post annis imminente iterum a Parthis metu Tiberius cunctis, *quae apud Orientem parabantur, L. Vitellium praefecit.* ^{d)} Adversus eosdem Parthos Corbulonem cum mitteret Nero, *scribitur tetrarchis ac regibus, praefectisque, et procuratoribus, et qui praetorum finitimas provincias regerant, jussis Corbulonis obsequi, in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus R. Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat.* ^{e)}

Imperium proconsulare extraordinarium his, quos modo commemoravi, viris delatum nonnisi temporarium fuisse, urgentibus scilicet reip. causis, sua-pte patet. At vero idem in imperatoribus coepit esse perpetuum. Quae ejus fuerit origo, et quae aliae causae, nemo apertius Dione docuit. Narratis, ^{f)} inter alios honores V. C. 731 Augusto delatos fuisse etiam, *ut imperium proconsulare perpetuo haberet, neque id intra pomerium venienti deponere, neque unquam renovare opus esset, atque ut major ipsi in singulis provinciis, quam praefectis earum semper esset potestas.* Sed constat

etiam, Augustos hunc honorem non raro cum iis viris, quos adoptare sibi placuit, communicasse. Auctore senatu decrevit Claudius, ut Nero Caesar *proconsulare imperium extra urbem haberet.* ^{g)} Antoninus Pius eodem tempore *factus est patri Hadriano et in imperio proconsulari, et in tribunicia potestate collega,* ^{h)} a quo deinde filius Aurelius Caesar *tribunicia potestate donatus est, atque imperio extra urbem proconsulari.* ⁱ⁾ Fuere igitur proconsulatum apud Romanos genera tria, unum ordinarium eorum, qui ad regendas imperii provincias sive sorte, sive comparatione, sive serius missu principis exiverunt, alterum extraordinarium eorum, quibus ad certum tempus majus imperium, quam quod proconsulum fuit, atque in plures provincias delatum est, tertium perpetuum, quod ad omnes provincias valuit, et quod inde ab Augusto imperatoribus omnibus, et ab his non raro Caesaribus, destinatisque successoribus decretum fuit.

Atque ex his, quae modo commemoravimus, non obscure potest intelligi, quae fuerit Caesaris hujus proconsulatus natura, et quantum Caesaribus adnumerata hac dignitate accesserit potestatis. Fuere tamen auctores varii, quibus ejus causae subtilius, adcuratiusque rimandae videbantur, quos inter fuere Salmasius, ^{j)} Casaubonus, ^{k)} Pagius, ^{l)} qui praeterea, qua parte sibi adversatur Norisius, commemorat, Spanhemius, ^{m)} denique Mazzolenus. ⁿ⁾ Hos

a) Noris Cenot. Pis. Diss. II. c. 16 § 8. b) Zonaras ex Dione. c) Tacit. Ann. II. c. 43.
d) Tacit. Ann. VI. c. 32. e) Tacit. Ann. XV. c. 25. f) L. LIII. § 32. g) Tacit.
Ann. XII. c. 41. h) Capitolin. in Ant. Pio. i) Capitolin. in M. Aurel. k) ad Ca-
pitoliolum p. 81. l) ad Capitolinum p. 49. m) Critic. Baronii variis locis. n) Tom.
II. Diss. XII. p. 463 seq. o) Animadv. VII. de Proconsule.

inter existimavit Pagius, Caesares a proconsulari imperio praenomen *Imperatoris* habuisse. Adversatur huic Norisius, quia, inquit, inter titulos Augustorum in marmoribus ac numis primo loco notatur titulus imperatoris, postremo proconsulis, ex quo patet, utrumque longe diversae esse rationis, aut saltem unum ab altero nequaquam evidenter derivari. Deinde, quando ab Augustis nomen Caesaris ac imperium proconsulare alteri dabatur, is ab imperio proconsulari non dicebatur imperator, sed proconsul. Sane neque Neronem, neque M. Aurelium Caesares, etsi uterque proconsulari imperio ornatus esset, uspiam legimus imperatoris praenomine usos. Taedet rationes Pagii, quibus is sua fulcit, aut speciosas, aut infirmas, aut nimio subtiles referre, quas, si cupis, collectas habes apud cl. Mazzolenum. At docuit Spanhemius, ^{a)} omnem, aut certe praecipuam vim potestatis proconsularis in imperatoris vocabulo fuisse positam, cujus nempe auspiciis Romani duces bella suscipiebant, quo uno nomine supremum exterarum juxta, et urbanarum rerum arbitrium, omniumque magistratuum jura in Augustum, ut docet Dio, fuere translata. Tamen, etsi proconsulare imperium ab imperatoris titulo duceretur, fuisse proconsulis nomen peculiari de causa, et in Augusti gratiam additum. Divisus nempe ab eo fuerat orbis R. in provincias Caesaris et populi, quarum posterioribus magistratus populi sub proconsulum nomine praessent. Vnde, ut nihilominus Caesaris

auspiciis omnes illas provincias ex aequo administrari singularum praesides facilius intelligerent, nec ulla partes orbis R. imperio illius exemptas, translata est illa proconsulis ad Augustum, et successores nomenclatio. Atque ab hac Spanhemii sententia non magnopere differt illa, quam exposuit Mazzolenus. ^{b)}

Ex dictis luculente perspicimus, quae fuerit imperii proconsularis Caesaris praesentis, quod in alios vario tempore collatum fuit, excellentia. Ex adducto enim altius Dionis testimonio, quo delata Augusto ea potestas narratur, liquet I., fuisse eam majorem in singulis provinciis, quam earum praefectis ordinariis, ex quo jure de sententia Spanhemii fluxit etiam potestas, in proconsulum, qui provinciis populi R. praessent, facta et mores inquirendi, missis etiam in eas cognitoribus, qui suas ea in re vices implerent, cujus illustre exemplum offert marmor Gruteri. ^{c)} II. fuisse eum proconsulatum perpetuum, non, qualis fuit eorum, quos supra recensuimus, temporarium, neque necesse fuisse, illud semel acceptum deinceps renovari, aut III. eum intra pomerium deponere, quod tamen aliis fuit imperatum. En tibi proconsulatus Caesaris non amplum modo discrimen, set et excellentiam. Nam si jam nimia, et libertati inimica plerisque visa fuit proconsularis Pompeji potestas, etsi intra quinquagesimum a mari milliarium contineretur, quanto illustriorem necesse est fuisse proconsulatum Augustum, cui provinciae omnes, neque tantum earum pars, sed totae fuerunt subjectae? Quapropter ne-

a) Diff. XII. p. 467.

b) l. c. p. 156.

c) Pag. 381. 3.

quaquam mirum, Augustum, quemadmodum imperia alia, ac dignitates sibi subjecerat, sic etiam imperium istud proconsulare ambivisse, ut nullus esset per orbem R. locus, qui aliquo nomine a summa ejus potestate se posset eximium arbitrari.

Proconsulatus Augustorum Caesarumque haud frequenter legitur monumentis veterum inscriptus. Paucos numos, qui eum offerunt, principio hujus disputationis dedimus. Abbas Mazzolenus, qui eum in marmoribus indagavit, non reperit inter altioris imperii principes nisi unum Caligulae, ^{a)} unum Hadriani, ^{b)} unum Aelii Caes. ^{c)} Marinius Spreto Caligulae monumento primum in marmoribus agnoscit proconsulem Hadrianum. ^{d)} Frequentius deinde ea dignitas inde ab Antoninis legitur, ut videre est in veterum inscriptionum catalogis, tum et in variis literarum publicarum, edictorumve inscriptionibus.

Cur rarior ejus potestatis mentio in monumentis publicis fuerit, causas adfert Spanhemius, ^{e)} primo, quia imperatores non semper, nec in urbe, sed extra pomoerium duntaxat proconsulis titulum susceperere, docente Dione: ^{f)} ὑπατοὶ τε γὰρ πλείστακις γίνονται, καὶ ἄνθυπατοὶ αἰ, ὅσακις ἂν ἔξω τοῦ πόλεως ὡσιν, ὀνομάζονται, *consules enim saepius fi-*

unt, et proconsules semper, quoties extra pomoerium sunt, vocantur. Causa verisimilis alia, quia proconsularis haec potestas infra aliarum potestatum fastigium censebatur; unde nec *principis senatus*, nec *juris relationis*, quod Augustis quoque decretum fuit, ullam videmus fieri mentionem.

Istud denique singulare, Augusteis his proconsulatibus nonnunquam numeros adponi. Citat Mazzolenus marmor Severi cum TRIB. POT. VIII. addito in alio PROCOS. ITERVM, in alio PROCOS. III., in alio ejusdem: TRIB. POT. XVII. PROCOS. V. In marmore Valeriani TRIB. POT. III. COS. P. P. PROCOS. II., in alio Maximiani: COS. III. P. P. PROCOS. ITERVM. Quae fuerit iterandi hujus proconsulatus causa, quis modus, non satis intelligo. Conjicit Mazzolenus, hos numeros ad profectiones in provincias, expeditionesque militares referendos, quod Dio verbis, quae mox indicavimus, videtur confirmare, cum ait: *quoties extra pomoerium erant, proconsules vocabantur.* In numis imperante Tiberio cufis, quos in moneta Carthaginis descripsimus, L. Apronius dicitur PROCOS. III., sed in quibus verisimile est, additum III. indicare proconsulatus annum tertium.

a) Grut. pag. 188. n. 7. b) ibid. pag. 198. n. 1. c) ibid. pag. 252. n. 2. d) Frat. arv. pag. 719. e) Diff. XII, pag. 463. f) L. LIII. § 17.

CAPVT III.

DE NOMINE IMPERATORIS.

Romanis dictus est *imperator* flante rep. is, qui imperium militare habuit. Ait Appianus: ^{a)} ἀυτοκρατορας δε ὀνομαζουσιν, ὁ καὶ τῶν προσακείρων στρατηγῶν ὀνομαζήν, *imperatores autem vocant principes suos Romani, quod olim belliducum ad tempus constitutorum nomen fuit.* Atque in hac significatione professus est Tiberius apud Dionem: ^{b)} *esse se dominum servorum, imperatorem militum, principem ceterorum.* Et Plautus: ^{c)}

Sed ubi summus imperator non adest ad exercitum.

Quo tempore Caesar bellum in Africa cum Pompejanis gessit, Confidius captivo, qui sese literas illi a Caesare imperatore ferre dixit, *unus est*, respondit, *Scipio imperator hoc tempore populi Romani.* ^{d)} Cicero excusans sese Bruto, quod juveni Octaviano in bello adversus M. Antonium imperatoris titulum decreverit, ait: ^{e)} *Decrevi etiam imperium, quod quanquam videbatur illi aetati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Quid enim est sine imperio exercitus?* Ad eundem modum supremus

quoque Samnitum dux dictus fuit *imperator*, pro quo in numis EMBRA-TV-R, de quo copiose egimus in parte I. hujus operis in tractatu de numis Samniticis. Militaris hujus imperii in varios collati plura exempla dedimus in tractatu praecedente de Proconsulibus Caesaribus.

Alia imperatoris significatio, sed honoris tantum, fuit, cum quis dux relata victoria in acie a militibus imperator est acclamatus. Etiam a senatu nonnunquam hunc titulum fuisse decretum, sequentia testimonia docebunt. Prioris exemplum integra adhuc rep., et forte primum reperio in Scipione Africano seniore, quem cum Hispani regem vocare vellent, is *sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent.* ^{f)} De Trajano Plinius: ^{g)} *Vident enim Romanum ducem, unum ex illis veteribus, et priscis, quibus imperatorium nomen addebant contexti caedibus campi, et infecta victoriis maria.* Istud virtutis testimonium ac honos principio a militibus parce, ac nonnisi post

a) in praefat. hist. cap. 6. b) L. LVII. § 8. c) ad Brut. epist. 15.

e) Amphitr. act. I. sc. 3. v. 6. f) Liv. Lib. XXVII. cap. 19.

d) Hirt. g) Paneg.

justum experimentum fuit collatum. Ait Diodorus Siculus, ^{a)} morem fuisse militibus Romanis, ut, si quis exercitus dux collatis signis supra sex millia hostium cecidisset, imperator appellaretur. Appianus quoque hunc olim honorem nonnisi post praeclarissimas res gestas fuisse impetratum narrat, ^{b)} quin et addit, illum aetate sua nonnisi caesis decem hostium millibus tribui consuevisse, sed quod testimonium infra revocabimus. Verum, ut sit, tanta laus successu temporis coepit vilescere. Ejus testis locuples Tullius, qui volens persuadere senatui, ut Octavianum, Hirtium, et Panfam imperatores appellandos decerneret, quod praeclaram apud Mutinam de M. Antonio victoriam retulissent, hac utitur oratione: ^{c)} *Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis?* Et mox infra: ^{d)} *At si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quae increbruit, imperatorem appellaret senatus?* Ac forte non multo majoris fuit momenti ipsius Tullii victoria de Amani monticolis parta, ac propterea imperatoris nomine decorati, etsi magnum a se hostium numerum caesum, et victoriam justam relatam in epistolis suis ipse scripserit. ^{e)} Quam levis fuerit causa, ob quam in bello civili Africano imperator salutatus est Curio, ex ipsa Caesaris narratione colligitur, ^{f)} et

Appiano hanc Curioni vanitatem exprobrante. ^{g)} De L. Pisoni Cicero: ^{h)} *appellatus est hic vulturius illius provinciae, (Macedoniae) si diis placet, imperator.* Nimirum in hunc honorem licentius est involatum, quia avidius ambiri coepit, sive vanitatis impulsu, sive ut plus in castris auctoritatis sibi accederet. Auctore Dione ⁱ⁾ M. Brutus in Thracas Bessos profectus est, ut nomen sibi dignitatemque imperatoris pararet, quo facilius contra Caesarem et Antonium bellum gerere posset. In eandem ejus tituli communionem ab exercitu receptum Calsium narrat Plutarchus. ^{j)} De Metello Scipione Caesar: ^{k)} *His temporibus Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis sese imperatorem appellaverat.* Atque in hoc sensu non paucos videmus viros Romanos in familiarum numis imperatores dici. Victo ad Mutinam Antonio Hirtius, Panfa, et Octavianus a militibus et senatu imperatores sunt appellati. ^{l)} Et narrat Cicero, ^{m)} se referente L. Torquatum magnis in Macedonia rebus gestis absentem dictum esse imperatorem. Videtur circum tempora exeuntis reip., multisque tum rebus violenter et arbitrarie actis non obstitisse senatum, si quis ex causa etiam non justa a militibus in acie appellatus esset imperator, at signum approbati ejus a senatu honoris fuisse, quando is accepto victoriae nuncio supplicationem decrevit. Vide huc pertinentia apud Ciceronem ipsum. ⁿ⁾

a) ex L. XXXVI. eclog. 3.

b) Bell. civ. L. II. c. 44.

c) Phil. XIV. c. 4.

d) l.

e) ad Attic. L. V. ep. 20, ad Famil. L. II. ep. 10.

f) de Bell. civ. L. II. c.

25. 26.

g) Bell. civ. c. 44.

h) in Pison. c. 16.

i) L. XLVII. § 25.

k) in Bruto c.

34.

l) Bell. civ. L. III. c. 31.

m) Dio L. XLVI. § 38.

n) in Pison. c. 19.

o) O-

rat. de provinc. consul. c. 6 et 7.

Ex quo Augustus imperium unus regere coepit, nonnisi paucis decretis fuit imperatoris ex victoriis titulus. Tiberio adhuc privato, ejusque fratri Druso eum fuisse permissum, docent numi. Eum M. Agrippa, etsi armorum gloria aetate sua omnes anteiret, et potestate tribunicia esset ornatus, nunquam videtur admisisse. Postremus ex privatis fuit Blaesus, cui ex victo Tacfarinate imperatoris nomen Tiberius concessit. Haec, quae modo dixi, Taciti verbis confirmamus. Tiberius, inquit, ^{a)} *id quoque Blaeso tribuit, ut imperator a legionibus salutaretur, prisco erga duces honore, qui bene gesta republica gaudio et impetu victoris exercitus conclamabantur, erantque plures simul imperatores, nec super ceterorum aequalitatem. Concessit quibusdam et Augustus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blaeso postremum.* Ait quidem Appianus, ^{b)} *ὅτι ὁ ὕψος εἶναι τῆς τῇ ἐνδομῆς πυνδαρομαί το μύριος πεσείν, hac vera aetate audio hanc acclamationem non conferri, nisi caesis decem millibus.* Scripsit autem Appianus imperante Hadriano. Ex hoc ergo testimonio arguit Casaubonus, ^{c)} non penitus ademptum Hadriani aetate privatis exercituum ducibus eum honorem, sed difficiliorem ad eum aditum relictum, quia nonnisi caesis decem millibus emendus fuerat. Verum magnopere cuperem vel unum nobis vir praefans exemplum ejus post Blaesum in privatum quempiam collati ex tot historicis et marmoribus indicasset. Ergo hoc loco

vetus scriptor aut intellexit imperatores hoc honore decoratos, aut ipse veram ejus rationem satis perspectam non habuit, quod apparet ex formula, qua utitur, *πυνδαρομαί, ut audio.*

Imperatorium hunc titulum pro numero victoriarum fuisse auctum, sic ut scriberetur in numis IMP. ITERVM, vel III. IV. etc., obvia sunt in Augustorum numis exempla, etsi non desint stante adhuc republica, aut saltem nondum plane eversa, sed tamen rariora. Sulla dicitur in numis suis IMPER. ITERVM, at Cn. Pompejus M. post amplissimas, variique generis victorias tantum IMP., Caesar dictatortantum IMP. ITER., neque saepius Sex. Pompejus Magni F., Antonius IIIvir IMP. IIII. Serius, ac certe post Blaesum, quem privatorum postremum permittente Tiberio appellatum fuisse imperatorem altius diximus, hic honos, etsi ab Augustorum legatis partus, uni principi accessit, quia hujus unius auspiciis bella gerebantur, quo modo praetores olim ex victoria quaestoris sui dicti fuere imperatores, cujus exemplum unum commemorat Varro. ^{d)} Quoties a singulis fuerit repetitus, in singulorum numis docuimus. Si fides Dioni, ^{e)} moris Romani fuit, non saepius, quam semel, uno de bello imperatoris nomen adsumere, atque id ipsum vitio vertit Claudio Aug., qui ob victorias Britannicas aliquoties se dici imperatorem passus est. Verum dubitem, vel olim hunc morem religiose fuisse observatum, nam Sul-

a) Annal. L. III. c. 74.
d) de R. R. L. II. c. 4.

b) Bell. civ. L. II. c. 44.
e) L. LX. § 21.

c) ad Sueton. I. Caes. cap. 76.

(Vol. VIII.)

lam de eodem bello bis dictum imperatorem, in hujus numis probabile dixi.

Magnam monetae imperatoriae partem hoc imperatoris ex victoriis elogium addito insuper numero praeferre, ipsa inspecta abunde docet. At observo, postremum fuisse Caracallam, qui illustrem hunc titulum monetae inscripsit, cum jam nunc paulatim vetera imperii R. instituta vel negligi, vel corrumpi inciperent. Tamen in Postumi moneta tanquam singulare quid occurrit IMP. V. et IMP. X. Sed durasse adhuc in marmoribus, etsi rariore ejus usu, exempla nonnulla attulit Ducangius. ^{a)} Obvii sunt solidi aurei Theodosii II., inter cujus titulos legitur etiam: IMP. XXXXII., quem ad veterem militum acclamationem refert Ducangius. ^{b)} At dixi in hujus Augusti numis, eo numero indicari annos imperii. Gallienum pro iterato imperatoris titulo se vocasse v. c. Germanicum Maximum ter, vel V., vel scripsisse VICTORIA. AVG. VI. VII. VIII. etc. in hujus moneta diximus, et similia exempla occurrunt in numis Postumi. Vide praecipue in hoc numum inscriptum P. M. TR. P. IMP. V. etc. anni V. C. 1015.

Alia testimonia, quae hunc ex victoriis titulum comprobant, continuo in sequentibus dabimus.

Tertia nominis imperatorii significatio est, qua summum in imperii R. provincias jus indicabatur, qui honos ut ab illo distingueretur, quem victoriae invexere, dictus fuit nomen imperato-

ris tanquam praenomen, quia istud plerumque reliqua omnia Caesarum nomina praecessit. Ejus facti testimonia certissima vel unus suppeditat Dio Cassius, quae propterea lubet integra commemorare. Ac primum in actis anni V. C. 708 haec de Iulio Caesare memoriae prodit: ^{c)} *Sed et imperatoris nomen et decrevit senatus, non tantum pro antiqua consuetudine, qua illud cum aliis, tum ipse quoque saepius ex bello reportaverant, neque ea ratione, qua illi, qui summam rei gerendae administrationem, aut aliam quandam potestatem accipiebant, imperatores dicti sunt, sed illud omnino ipsum imperatoris nomen, quod nunc iis, qui imperium obtinent, tribuitur, illi tum primo, ac primum quidem, tanquam nomen quoddam proprium apposuerunt. — Atque inde illud nomen, velut propria summi imperii appellatio, quemadmodum et nomen Caesaris, ad omnes, qui secuti sunt, imperatores dimanavit, non tamen sublata antiqua hujus nominis ratio, sed utraque integra. Itaque iterum imperatoris nomen eis tribuitur, cum victoriam aliquam talem retulere. Imperatoris igitur appellatione, sicut reliquis, omnes imperatores eodem semper modo, et hac quidem primo loco, utuntur. Qui vero in bello rem eo cognomento dignam gessit, is pariter ex antiqua consuetudine imperatoris titulum adsciscit, unde fit, ut quis iterum, tertio, ac toties omnino, quoties id mereatur, imperator cognominetur.* Praeclara in paucis haec est oratio, quia insuper triplicem tituli imperatorii significationem, de qua hactenus egimus, confirmat. Eundem subinde honorem affectavit Au-

a) Dissert. de num. inf. aevi § 38.

b) l. c.

c) l. XLIII. § 44.

gustus docente iterum Dione: ^{a)} *Eodem anno (V. C. 725) etiam imperatoris nomen accepit, non quale propter victoriam tribui more vetusto solebat, — — sed quo summa imperiis demonstraretur, quod patri quoque ejus Iulio, et ejus filiis nepotibusque fuerat decretum.* Idem infra de imperatoribus generatim: ^{b)} *Nomen imperatoris non modo qui aliquam victoriam reportarint, sed et ceteri omnes, ad significandam plenam suam, et perfectam potentiam, nunquam non gerunt loco nominis regii et dictatoris, quod utrumque semel e rep. sublatum ut non imponunt sibi, ita ejus vim ac rem ipsam imperatorio titulo confirmant.* Suetonius inter honores nimios a Iulio Caesare receptos numerat etiam *praenomen imperatoris*, ^{c)} nimirum quod summi fastigii insigne fuit, et oppositum titulo imperatoris victoria parto, qui alios titulos sequi solebat. *Praenomen imperatoris* eodem sensu idem memorat quoque in Tiberio, ^{d)} et Claudio. ^{e)}

Ex verbis adeo Dionis plane liquet, eum, qui in postremo hoc sensu dictus fuit imperator, summam in rep. potestatem nactum fuisse. Eam sane ipsa verba, quibus utitur, absque dubio comprobant, quae sunt *κράτος, ἀρχή, αὐτοτελής ἐξουσία* etc. Alibi idem inquit: ^{f)} *omne populi senatusque imperium ad Augustum rediisse, ab eoque tempore perfectam monarchiam (ἀκριτὴ μοναρχίαν) fuisse constitutam.* Et paullo infra: *cum tamen ad imperatores summa nunc recip.*

referatur, fieri non potest, quin sub regno Romani sint, ἐκ ἐστίν ὅπως ἐ κασιλευνται. Eandem summam, arbitriariamque potestatem, quam imperatoris nomen invexit, confirmat quoque vocabulum *αὐτοκράτωρ*, quo Graecis imperatorem significare inde a principio placuit. Ejus naturam ac sensum erudite plane explicavit vir summus Spanhemius. ^{g)} Nimirum jam antiquitus a Graecis dicti *σπαρτηγοὶ αὐτοκράτορες*, vel *αὐτοκράτορες πολέμου* ii, quibus libere permixtum fuit facere ea, quae e republica fore judicarent. Contra fuere vel reges, qui *αὐτοκράτορες* dici non poterant, ut reges Spartaе, de quibus Dionysius Halicarnassensis: ^{h)} *ὅδε γὰρ οἱ Λακεδαιμονίων κασιλῆες αὐτοκράτορες ἦσαν ὅ τι ἐβλοιντο πράττειν, ἀλλ' ἡ γερουσία πάν ἐρχε των κοινωντο κράτος, neque enim Lacedaemoniorum regibus permixtum fuit, ut quidquid vellent, facerent, sed penes senatum erat tota publicae administrationis potestas, aut reges illi, qui precarium a Romanis regnum obtinuerunt, quos Iosephus τὰς ὑπο Πωμαίοις appellat, et idonee Tacitus *inservientes*. ⁱ⁾ Quare existimat Spanhemius, Tryphonem Syriae regem in numis *αὐτοκράτορος* sibi titulum addidisse, ut merum et absolutum imperium, non precarium regnum argueret. Lege ibi plura alia praeclara. ^{k)} Atque hac plenae potestatis fiducia factum, ut imperatores passim a Graecis dicerentur *κασιλῆες*, quin et serius a Romanis ipsis *domini*, ac *δεσποταί*, de quibus nomini-*

a) L. LII. § 41.

b) L. LIII. § 17.

c) in Caes. c. 76.

d) Cap. 26.

e) Cap.

12. f) L. LIII. § 17.

g) Tom. I. pag. 443.

h) Ant. Rom. L. II. pag. 87.

i) Hist. L. II. c. 81.

k) l. c.

bus agemus serius. Cum olim videret senatus, incidere posse tempora, quibus consularis potestas ad praesentia pericula sufficere non videretur, decrevit, cum res postularet, alium magistratum creare, quem dictatorem appellare placuit, penes quem belli pacisque et omnium aliarum rerum plena potestas esset, et a quo consiliorum factorumque rationem reposcere non liceret, *ἐτεραν τινα ἀρχὴν ἀποδεῖξαι πολέμῳ τε καὶ εἰρήνῃ, καὶ παντὸς ἄλλῃ πραγμάτων κυρίαν, αὐτοκράτορα καὶ ἀνυπεύθυνον, ὧν ἂν ἐυλῆται καὶ πράξῃ*, ut ait Dionysius Halic. ^{a)} Atqui supra ex Dione vidimus, etsi sublato e rep. regis ac dictatoris nomine, tamen utriusque potentiam in imperatoris titulo includi. Ergo si Caesares causa collati honoris imperatorii belli pacisque, omniumque rerum fuere arbitri, si quacunque in re iudicio non fuere obnoxii, manifestum utique est, cum is titulus accessit, principibus una merum absolutumque imperium, ut ait Spanhemius, accessisse.

Haec utut plana sunt ac evidētia, et a viris coaevis gravissimisque comprobata, fuere tamen, qui de iure imperatorio subtilius, ac speciosius, quam verius, solidiusque, saltem ut mihi videatur, disputavere. Ante annos non multos Bleterius Gallus, vir eruditus, tractatum bene longum conscripsit, in quo repudiata eorum sententia, qui politicum sub imperatoribus regimen monarchicum credidere, comprobare nititur, non fuisse illud nisi aristocraticum, cujus supremus praefectus aliud non fuerit, quam inter magistratus alios pri-

mus, qui ope munerum diversissimorum sibi subjectorum ad opprimendum populum satis fuit validus, obnoxius tamen iudicio populi, quando huic vires praesto fuere, quibus jus suum tueretur. ^{b)} At vero si hac lege imperatum fuit Romae, me iudice praestabat dicere, jus fortioris supremam fuisse imperandi legem, atque eodem pacto probare poterat, regimen in Gallia sua non fuisse monarchicum, quia nuper populus revocatis suis, ut agebat, iuribus populare regimen invexit. Quaecunque fuit causa, cur imperatorum potestas praevaleret, seu iure istud factum, seu usurpatione, et ingratiis, certum est, ab iis libere, etsi a Iulio Caesare, Augusto, Tiberio cautius, fuisse imperatum, et ab eorum indole ac ingenio pependisse, utrum mallent ad arbitrium saevire, quam patrum conscriptorum sententias aliquo habendas loco putare. Quis negaverit, ea in regione perfectam existimandam monarchiam, in qua unus idemque vir, quocunque eminentiae sibi decretae nomine, legum sive antiquandarum, sive rogandarum perferendarumque, regendi aerarii, ducendi exercitus, belli pacisque, et sancientorum foederum habet potestatem, quam quidem summam fuisse penes imperatores Romanos quis ausit ire infitias? Negari nequit, fuisse honores quosdam ac titulos, qui ut rati vulgo haberentur, ex vetere more senatus consulto fuerant decernendi, cujus generis fuere consecrationes principum. At non deerant Augusti, qui et has negabant a sua conferendi potestate esse alienas.

^{a)} L. V. pag. 333.

^{b)} B. L. Mor. Tom. XXVII. pag. 438.

En tibi verba Macrini sic ad senatum scribentis: ^{a)} *Antonino autem divinos honores et miles decrevit, et nos decrevimus, et vos, P. C. ut decernatis, cum possimus imperatorio jure praecipere, tamen rogamus.* Sic et Elagabalus auctoritate propria se imperatorem, Caesarem, Pium, Felicem, Augustum, trib. potestatis dixit, et quidem, ut addit Dio, qui haec narrat, ^{b)} *occupans nomina, antequam sibi decernerentur.* Ex quo patet, non alia sub imperatoribus conditione fuisse senatum Romanum, quam qua paucis adhuc abhinc annis Lutetiae fuit nobilis illa curia, cui *Parlamentij* nomen erat, quod cum maxime ad se pertinere crederet, edicta regia arbitrato suo aut adprobare, aut in iisdem adprobandis nectere moram, tergiversarique, nihil tamen plerumque fastidio suo abstulit praeter tristem optionem, utrum malit leges principis referre in tabulas, an exulare.

Sed et argutiis multo subtilioribus fuit a viris praestantissimis pugnatum, quas sive comprobare, sive refellere partim taedet, partim tanti non existimo, praecipue cum id genus disputationes a causis numismaticis esse alieniores videantur, contentus eas strictim proposuisse, quarum judicium laxius expositum dabit cl. abbas Mazzolenus in sua *de imperatore animadversione*. Ejus generis fuit sententia Norisii Pagiique, qui sanxere, praenomen imperatoris in Iulio Caesare fuisse puri puti honoris, nullam autem majorem potentiam addidisse. At Harduinus, ut omnes novi-

mus, auctor opinionum insolentium, cuique ἀπορροῶν cum sensu communi bellum fuit, vocabula *imperator*, *princeps*, *Augustus* distinguenda acute censuit, praetextens, imperatorem esse in exercitu, principem in urbe, Augustum in provinciis. Praeterea aliud existisse Graecum ἀυτοκρατορ, aliud Latinum imperatoris nomen, et similia. Et tamen repertus est vir insignis patientiae, Spanhemius, qui has ingenii technas tanti putavit, ut prolixè refutaret. ^{c)} Ex mente Mazzoleni nomen imperatoris ob victorias causa et occasio fuit nominis imperatoris ob imperium. ^{d)} Argumentis utitur commodis sane, quae infra aliquanto accuratius in examen vocabimur.

*

Hactenus triplicem tituli imperatorii significationem ac naturam exposuimus. Restat, ut, quo modo iis principes, ac praecipue in moneta usi fuerint, explicemus. In hac memoratur titulus imperatoris tanquam *praenomen*, et alter *ex victoriis* partus. Varios hos modos in certa capita dividemus.

§ I.

In nonnullorum Augustorum numis imperatoris praenomen postponitur.

Diximus supra, titulum imperatoris, cum praenominis instar positus fuit, summum per orbem R. significasse imperium, atque hac de causa Suetonius, cum fastigium istud indicare voluit, di-

a) Capitolin. in Macrino c. 6.
d) l. c. pag. 18. seq.

b) L. LXXIX. § 2.

c) Tom. II. pag. 393 et 405.

xit *praenomen imperatoris*, atque in eandem sententiam dixit Dio: ^{a)} *Imperatoris igitur appellatione, sicut reliquis, omnes imperatores eodem semper modo, et hac quidem primo loco (καὶ πρῶτη γέ) utuntur.* Vnde obvium legere: IMP. CAES. VESPASIAN. — IMP. NERVA. CAES. etc. In denariis gentis Pinariae legitur: IMP. CAESARI., SCARPVS. IMP., in alio το IMP. praenomen est Octaviano decretum, in Scarpo cognomen ex victoria. Verum istud videmus non constanter fuisse observatum. Nullum reperio numum Iulii Caesaris, cui tamen primo praenomen imperatoris delatum fuit, in quo το IMP. nomen Caesaris praecederet, non sequeretur, saltem sic, ut lectio non sit ambigua. Ipsum istud nomen postponitur in binis numis Caligulae, quos in ejus moneta ad V. C. 790 dedimus, etsi hic in aliis omnibus suis numis hanc summae potestatis notam constanter omiserit. Praenomine IMP. instar cognominis deinceps usi quoque sunt Claudius ac Nero, ut: TI. CLAUDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. vel NERO. CAESAR. AVG. IMP., rarius IMP. NERO. CAESAR etc. promiscue item Galba scripto jam IMP. SER. GALBA, jam SER. GALBA. IMP. At in moneta Vitellii constanter postponitur, ut: A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP.

§ II.

Aliqui Augusti praenomen imperatoris recusarunt,

De Tiberio istud disertè docent Sue-

tonius et Dio, atque iterum de Claudio Suetonius, quae testimonia in singulorum moneta recitavi. Quod auctores hi edixere, confirmatur numis, qui in his binis praenomine IMP. constanter abstinent, etsi illud nonnunquam addant numi in provinciis signati, sed quorum testimonia, cum sola sunt, non facile sunt audienda. Multos Augustos saepe in numis suis omisisse hunc titulum, etsi illum non recusare, copiosis exemplis constat, praecipue ex numis declinantis imperii.

§ III.

Postpositum IMP. in nonnullarum Augustorum numis una ad summum imperium, una ad victorias refertur.

Obvium est legere in numis Neronis v. g. NERO. CAESAR. AVG. IMP. et in averfa PONTIF. MAX. TR. P. VI. P. P. Atqui Neronem in trib. potestate VI. jam fuisse IMP. III., ex marmoribus certum. Ergo nomen IMP. utrumque honorem haud dubie indicat. Certius istud colligitur ex numis Claudii; nam in horum aliis legitur v. g. TR. P. X. IMP. P. P., in aliis: TR. P. X. P. P. IMP. XVIII. Vnde discimus praeterea, victoriarum numerum nonnunquam suppressum fuisse, quod in Neronis numis perpetuum fuit, ad haec, utrumque titulum aliquid habuisse communionis, et confirmari indicatam supra sententiam Mazzoleni existimantis, nomen imperatoris ob victorias causam et occasionem fuisse nominis imperato-

a) L. XLIII. § 44.

ris propter imperium.

§ IV.

*Posito in numis IMP. praeenomine omissum
saepe IMP. ex victoriis, et vicissim.*

Exempla pridris modi sunt: IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. P. et in a-versa IVPPITER. CVSTOS. — IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG. et in X COS. VI. — IMP. M. AVREL. ANTONINVS. AVG., et in X PROVID. DEOR. TR. P. XVIII. COS. III. et sic passim. Contra in aliis: NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. — CAESAR. VESPASIANVS. AVG. et in X IMP. XIII. — M. ANTONINVS. AVG. IMP. II. vel in aliis: M. ANTONINVS. AVG. ARME- NIACVS, et in X ARMEN. P. M. TR. P. XVIII. IMP. II. COS. III. Hujus iterum modi copiosa sunt exempla. Dixi, hunc morem *saepe* servatum, nam in variorum Augustorum moneta non raro unus idemque numus utrumque titulum palam sociat, ut: IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. et in X IMP. XV. — IMP. CAES. DOMIT. AVG. etc. et in X IMP. XIV. etc. — IMP. NERVA. CAES. AVG. etc. et in X IMP. II. etc. — IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. etc. et in X IMP. III. etc. Inde a Trajano usus obtinuit, ut utriusque generis IMP. in eodem numo nonnisi rarissime copularetur, et cum primum imperatoris ex victoriis titulus coepit multiplicari scripto v. g. IMP. II., deinceps IMP. praeenomen exularet.

Quare a communi lege discedunt aliquot numi Commodi inscripti: IMP. COMMODVS. AVG. PIVS. FELIX, et in X P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. etc. Singularis est numus integerrimus musei Caesarei aeneus II. formae, in cujus antica imperatoris nomen bis ponitur, sic: IMP. NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERM. IM. TR. P. XIII. P. P., cui jungendus alter Vespasiani apud Pellerinium: ^{a)} IMP. CAESAR. VESPASIAN. IMP. TR. POT. P. P. COS. III.

§ V.

Praenomen IMP. datum principibus computatum fuit pro victoria prima.

Cum observarent nonnulli eruditi, numerum victoriarum titulo IMP. additum nonnunquam unitate videri excedere, varias commenti sunt interpretationes, sed parum solidas, quas videre potes apud cl. Mazzolenum. ^{b)} Aliam continuo eruditus hic vir ingressus est viam, qua dubium istud expediret, quam paucis demonstrabo. Ait, prius exstitisse nomen imperatoris ob victorias, quam idem nomen ob imperium, partumque demum fuisse victoriis imperium ipsum. Neque enim aliter Iulium Caesarem, deinde Augustum rerum summa potitos. Adfert deinde locum Dionis, ^{c)} quem altius totum recitavimus, quique unus solvendo huic dubio videatur sufficere. Verba, quae huc pertinent, sunt: *atque inde illud nomen* (sc. IMP. praeenomen) *velut propria summi imperii appellatio, quemadmodum et*

a) Mel. I. pag. 200.

b) Animadv. I. pag. 17.

c) L. XLIII. § 44.

nomen Caesaris, ad omnes, qui secuti sunt, imperatores dimanavit, non tamen sublata antiqua hujus nominis ratione, sed utraque integra. (sc. IMP. ob victorias.) *Itaque ITERVM IMPERATORIS nomen eis tribuitur, cum victoriam aliquam talem retulere.* Quibus verbis, inquit, aperte doceri, principes R. ita nomen imperatoris accepisse, ut non solum imperium inde haberent, verum etiam ejusdem nominis propter victorias iterandi principium inde sumerent. Nimirum cum quis dictus est imperator ob imperium, istud sic fuisse intellectum, tanquam illud victoria esset consecutus, ex prima deinde victoria dictum IMP. II., ex secunda IMP. III. et sic deinceps. Ergo nomen imperatoris ob victorias causam, et occasionem fuisse nominis imperatoris ob imperium, ac praeterea, quotiescunque occurrit aliquis numerus titulo imperatoris additus, non tot victorias, quot sunt numeri, intelligendas esse, sed una minus, quippe in eum numerum venire etiam nomen imperatoris, quod imperium significat. Ejus vero causam esse, quia non quidem victoriae iis numeris proprie signantur, sed quoties aliquis dictus est imperator. Iam vero acclamationes militum imperatorias fuisse repetitiones acclamationum, quae in deferendo primum alicui imperio editae fuerant, atque adeo singulas quasque hujus generis acclamationes nihil aliud fuisse, quam confirmationem ipsius imperii, quod si confirmabatur, jam altera vice fuisse delatum.

Hanc viri praestantis sententiam valde esse probabilem, et cum numis ipsis conspirantem, lubenter permitto, ne-

que ab ea recedendum existimo propter nonnulla exempla contrarium docentia, quae ipse sibi objicit, v. g. Tiberii, qui cum jam ante imperium diceretur IMP. VII., pluribus adhuc post aditum imperium annis dici perrexit IMP. VII., cum tamen in hac sententia tempore accepti principatus dicendus fuisset IMP. VIII. Verum istud viri eruditi sententiam non labefactat. Et enim scrupulum illi iniecit numus Mediobarbi, in quo Tiberius, cum esset trib. potestatis XIII., dicitur IMPERAT. VII. triennio adeo ante Augusti obitum. Sed enim hujus praeconium numi, quem Mediobarbus tam perfunctorie citat, ut ne quidem, quo is sit typo, adjiceret, quemque ignorant Morellius, aliaque illustra musea, audiendum non puto, atque etiam ut genuinum demus numum, satis constat, Tiberium nullam tituli imperatoris tanquam praenominis rationem habuisse. Alterum exemplum, quod de Gal. Maximiano objicit, tanto securius potest negligi, quanto tum liberius superiorum imperiorum instituta, ac praecipue dignitatum, titulorumque significatio, quod aliunde cognitum, aliam faciem accepere. Denique in hac causa istud tantum quaerimus, quid placuerit principibus, qui ante ipsum imperii aditum nondum imperatoris ex victoriis titulo fuere insignes. Gravius laborasset Mazzolenus, si ad Severi numos animum reflexisset, aut, ut concinnius loquar, si non unum Mediobarbi catalogum saepe fallacem mancumque, quod commune hactenus criticorum fuisse malum comperi, sed ipsa numorum oracula in consilium vocasset. Legitur in aliis Severi numis: IMP.

CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. I., in aliis: L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. I. Posterior hic modus Medio-barbo plane fuit ignotus, etsi numi sic inscripti non sint valde rari. Satis apparet, ro IMP. numi I. esse instar praenominis, at non minus certum est, ro IMP. numi II., quia postponitur, et additum numerum habet, ad victoriam referendum. Ergo si IMP. praenomen jam quodam modo significasset victoriam primam, sequeretur, post eam relatum non jam scribendum fuisse IMP. I., sed IMP. II. At vero jam Severi aetate veterem morem paulatim coepisse luxari, aliis exemplis sumus edocti, quo modo et primus fuit Severus, cujus consulatus I. in numis notatur scribendo COS. I., cum is hactenus solo COS. satis videretur indicatus.

Denique Mazzolenus iudicium suum argumento alio, eoque admodum idoneo confirmat. Ait, ^{a)} praenomen imperatoris rem militarem praecipue respexisse; nam reliqua potestas, qua potiebantur Augusti, ab aliis titulis processerat, puta: pontificis maximi, consulis, proconsulis, trib. potestatis etc., atque opportune vocem Tiberii advocat, dejerantis, esse se dominum servorum, imperatorem militum, principem ceterorum, ut legitur apud Dionem. ^{b)} Ex quo verisimile plane est, jam ipsum ad imperium aditum vel causa nominis fuisse quoddam victoriarum omen, et victoriae saltem honorem invexisse. Vnde rursus confirmatur, quod supra innui, magnam inter utrumque

titulum fuisse adfinitatem, etsi uterque effectu differret, cum alter tantum honorem conferret, alter etiam summam potestatem.

§ VI.

De numis M. Antonii, et Octaviani III-virorum cum praenomine imperatoris.

Ex hactenus dictis perspeximus, praenomen imperatoris iis tantum fuisse delatum, quos senatus R. summae rei plena cum potestate praeesse voluit. At tales non fuere in IIIviratu suo Octavianus, et Antonius. Constat, Octaviano nonnisi anno V. C. 725 decretum fuisse praenomen imperatoris, et tamen illud jam sistunt ejus numi per praecedens decennium signati. Quo illud jure usurpare potuerit, vide, ne olim dicta recoquam, quae ad numos ejusdem anni 725 observavi. Major difficultas est in explicando numo Antonii, in cujus una parte is dicitur IMP. ANT. AVGVR. IIIVIR. R. P. C., in altera IMP. TER. Vide iterum, quae de hoc prodigio monui in ejusdem IIIviri moneta sub titulo imperatoris.

§ VII.

De imperiis designatis, et anticipatis.

Horum numi complura suppeditant exempla; nimirum cum princeps filium seu naturalem, seu adoptivum in imperii societatem vocavit communicatis cum

a) l. c. pag. 25.
(Vol. VIII.)

b) L. LVII. § 8.

eo plerisque juribus suis, dempto Augusti titulo, pontificatu maximo, aliisque nonnullis. Quoniam modum, quo istud imperii consortium constitutum fuit, jam in singulis, quibus haec fortuna contigit, commemoravi, et ex numis, scriptoribusque stabilivi, necesse non est, alibi dicta hoc loco restituere, et satis fuerit, eos in unum conferre, qui, antequam Augusti essent, et dicerentur, imperatoris, tanquam imperii conlegae, titulo fuerunt decorati. Horum primus fuit

TITVS Vespasiani F. Is tertio imperantis patris anno dictus est *DESIGNATUS IMPERATOR*, nempe V. C. 824, et eodem adhuc anno imperium adeptus dici deinceps coepit T. IMP. CAESAR, et T. CAES. IMP., qui modus duravit, donec mortuo patre succederet epigraphe: IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. etc. Vide haec omnia late discussa in ejus principis numis sub titulo *Imperator*.

TRAIANVS dictus imperator a Nerva testibus scriptoribus, ut dictum in ejus moneta, sed deficiunt testes numi.

ANTONINVS. PIVS. Vivo adhuc

Hadriano dicitur in numis: IMP. T. AEL. CAES. ANTONINVS.

COMMODVS. Antequam a patre Augusti titulum abstulisset, dicitur in numis: IMP. CAES. L. AVREL. COMMODVS. GERM. SARM. Reliqua vide in ejus numis.

CARACALLA. In ejus numis, qui sunt V. C. 950, epigraphe avervae est: DESTINATO. IMPERATORI.

SALONINVS. Leguntur ejus tituli: IMP. C. L. VALERIANVS. NOB. CAES. Vide ejus numos.

CARINVS et NVMERIANVS. Horum in numis epigraphe obvia: IMP. C. M. AVR. CARINVS. (vel NVMERIANVS.) NOB. C.

IVLIANVS. Ejus in numis epigraphe non infrequens: IMP. IVLIANVS. NOB. CAES.

Enarravi principes, ut opinor, omnes, qui, cum nonnisi Caesares essent, quia tamen in imperii quoddam consortium sunt vocati, imperatores etiam fuere appellati. Teste Vopisco Carus in Orientem profectus Carinum in Occidente reliquit, quem interim regeret imperio Caesariano, ea lege, ut omnia faceret, quae Augusti faciunt.

C A P V T IV.

DE NOMINE AVGVSTI.

In hujus explicatione honoris non diu morabor, quia cognitam habet originem,

et causam, in ejusque usu nunquam magnopere fuit variatum, si infimi aevi legem demas. Copiosius de eo scripserit Spanhemius, ^{a)} abbas Mazzolenus, ^{b)} et eruditus de la Bléterie Gallus. ^{c)}

Ad ejus intelligendam originem locum insignem, ut fere semper alias in Romana imperatorum historia, dedit Dio Calsius, ^{d)} quem adeo integrum huc transfero. *Posteaquam vero ea, inquit agens de Caesare Octaviano, quae pollicitus est, reipsa perfecit, AVGVSTI nomen (το τε ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ὄνομα) ex senatus populiue sententia sumpsit. Etenim cum statuisent peculiari eum quodam cognomento insignire, ac alii alia referrent ac probarent, Caesar, quamvis Romuli nomen vehementer appetebat, tamen cum sentiret hinc se suspectum adfectati regni fieri, eo omisso AVGVSTVS, tanquam humanam ipse naturam excederet, vocatus est. Omnia enim, quae honore dignissima, et sanctissima sunt, AVGVSTA dicuntur, ideoque ΣΕΒΑΣΤΟΝ Graeci Augustum sunt interpretati, quasi venerandum dicas. Cujus postrema pars sic Graece proditur: ἀλλὰ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ, ὡς καὶ πλεῖον τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὢν, ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμωτάτα καὶ τὰ ἱερωτάτα, ΑΥΓΟΥΣΤΑ προσαγορεύεται. ἔξ ὑπὲρ καὶ σεβαστον αὐτον καὶ ἐληνίζοντες πῶς, ὥσπερ τινα σεπτον, ἀπο τοῦ σεβάζεσθαι, προσείπον. Idem factum his verbis narrat Suetonius: ^{e)} Postea C. Caesaris, deinde AVGVSTI cognomen adsumpsit, alterum testamento majoris avunculi, alterum Mu-*

natii Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem urbis, praevaluisse, ut AVGVSTVS potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustive, sicut etiam Ennius docet scribens:

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Paucis Velleius: ^{f)} a Parthorum rege signa Romana Augusto remissa sunt, quod cognomen illi viro Planci sententia consensus universi senatus populiue R. indidit. Denique Censorinus: ^{g)} ex ante diem XVI. Kal. Febr. imperator Caesar D. F. sententia L. Munatii Planci a senatu ceterisque civibus Augustus appellatus est se VII. et M. Vipsanio Aprippa III. cof. Habes ex his testimoniis originem et causam tituli Augustei. Annus, quo is decretus est, fuit V. C. 727, etsi controversia est de die, ut diximus in numis Augusti ad hunc annum. Ex iisdem auctoribus explicationem quoque vocabuli seu Latini *Augustus*, seu Graeci σεβαστος habemus, quibus adde Ovidium: ^{h)}

Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur

Templa, sacerdotum rite dicata manu.

tum et Pompejum Festum. ⁱ⁾ Paufanias: ^{k)} το τε ὄνομα εἶναι τῷ ΑΥΓΟΥ-

a) Tom. II. pag. 371.

b) Animadvers. IV.

c) B. L. Tom. XIX. pag. 432.

d) L.

LIII. § 16.

e) in Ang. c. VIII.

f) L. II. c. 91.

g) de die nat. c. 21.

h) Fast.

I. v. 609.

i) in Augustus locus.

k) L. III. c. 11.

ΣΤΟΣ, ὁ κατὰ γλωτταν δύναται τὴν ἑλληνων ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Nomen vero illi fuit AVGVSTI, quod in Græcorum lingua idem est, ac VENERABILIS.* Serius ab alio etymo, sed prave, duci creditum Augusti nomen, nimirum ab *augendo*. Dixit Isidorus Hispalensis: ^{a)} *Augustus ideo apud Romanos nomen imperii est, eo quod olim augerent remp. amplificando.* Vnde haud dubie enatus titulus *semper Augusti*, de quo infra.

Ad ejus naturam tituli quod attinet, satis ex adductis testimoniis apparet, eum tum delatum Octaviano non alia ratione, quam qua olim Manlio datum est nomen Torquati, Cn. Pompejo Magni, Metello Pii, aliis alia, nimirum illustrium causa meritorum. Ergo ut horum posterii iisdem his nominibus jure hereditario usi sunt, sic et Octaviani generi in Augusti nomen jus fuit acquisitum. Iure ergo non Tiberius modo post patris Augusti excessum Augusti nomen sibi proprium fecit, sed et hujus conjux Livia testamento mariti adoptata in nomina Iuliae et Augustae successit, jure etiam Cajus, dictus Caligula, quippe Tiberii per adoptionem nepos. Quae quidem causa fuit, cur non dubitaverit Suetonius, Augusti titulum vocare *hereditarium*. ^{b)} Non multo post nomen istud nullo hereditatis jure cum aliis fuit communicatum, ejusque primus Caligula exemplum edidit, cum aviam Antoniam, quae neque sanguine, neque adoptione cum domo Caesarea conjuncta fuit, Augustam dixit, atque etsi nihilo plus juris esset Claudio, tamen is caeso Caligula ad imperium e-

vectus non in Caesaris modo, sed et Augusti nomen involavit, de quo vide plura infra in titulo Caesaris, quod deinde exemplum ad omnes, qui succedere, valuit; nam non modo omnes una cum imperio illud sibi adscivere, uno aliquamdiu Vitellio repugnante, sed et illo uxores suas ornare, primo Claudio hunc honorem in Messallinam suam conferente, ut dictum in hujus numis. Res multo magis insolens Augustae titulus delatus Domitillae Vespasiani uxori, etsi mortua jam fuit, antequam maritus imperium adeptus est, sive marito Vespasiano, sive filio Tito honorem tribuente, ne imperantis vel uxor, vel mater inter privatos manes cogere-tur aevum degere. Mutata igitur nominis Augusti jam sub Caligula natura recte dixit Alexander Severus apud Lampridium: *Augustus primus, primus est auctor imperii, et in ejus nomen omnes VELVT quadam adoptione, aut jure hereditario succedimus.*

Altera tituli Augustei natura fuit, quod summum quidem splendorem, nullam tamen potestatem invexit. Diserte istud iterum explicat Dio: ^{c)} *ἡ γὰρ δὴ τῆς Καίσαρος, ἡ τε τῆς Αυγούστου προσήσεις δυναμὶν μὲν ἑδεμίαν αὐτοῖς οἰκειὰν προστιθῆσι, δηλοῖ δ' ἄλλως τὸ μὲν, τὴν τε γενεὴν σφῶν διαδοχὴν, τὸ δὲ, τὴν τε ἀξιώματος λαμπρότητα. nam Caesaris et Augusti vocabula nihil eis quidem potentiae adjiciunt peculiaris, sed illud successionem stirpis, hoc splendorem dignitatis significat.* Causa est, quia omnem iis potestatem addidere tot collecta, et in unos derivata munera, scilicet imperatoris, tribuniciae et pro-

a) L. IX. § de Regnis.

b) in Tib. c. 26.

c) L. LIII. § 18.

consularis potestatis, pontificatus maximi etc. supremum vero Augusti nomen indicavit, collectam hanc potentiam uno capite contineri. Quo factum, ut, si communem opinionem, et ipsam imperii majestatem spectes, nomine Augusti orbis terrarum nihil haberet illustrius, magnificentiusque, atque nonnisi hoc delato summum denique fastigium intelligeretur. Fuere principes, qui filiis suis, ceu Vespasianus Tito, Hadrianus Antonino, nomen Caesaris, quin et imperatoris indulgerent. At tum secundi tantum fastigii putabantur. Quod si principes nomen Augusti detulere alteris, ut M. Aurelius L. Vero fratri, atque idem serius filio Commodo, tum hi primum fastigium credebantur adsecuti, et habiti consortes imperii, et conlegae, et honore paullo fuere inferiores iis, qui detulerunt, atque vel ideo, quia detulerunt. Ceterum Augusti titulum tantum dignitatem absque potestate addidisse, vel inde liquet, quod non adhaesere principes eum conferre in uxores, aliasque feminas cum domo Caesarea conjunctas negatis quibuscunque aliis, qui adjectam habuere potestatem, quia Roma vetus omni aevo mulieres a rebus gerendis est amolita.

Cum inde a principio unus eodem tempore tantum esset Augusti titulo insignis, vidit exiens alterum imperatorum saeculum duos in hoc fastigio collocatos, M. Aurelium, et L. Verum, ac paullo post M. Aurelium cum filio Commodò. Quod exemplum non multo post secutus Severus filium Antoninum, vulgo Caracallam, sibi sociavit, et sub vitae exitum etiam filiorum alterum Getam, sic ut novo more tres

tum Augustos haberet imperium. Aucti numeri plura aetas sequior vidit exempla. At quaeritur, quae tum fuerit singulorum major minorve potestas, aut dignitas. Hae pro variis causis variae etiam fuerunt. Is, qui sibi quem collegam adscivit, sive filium, sive fratrem, sive extraneum, haud dubie emittit dignitate, et plerumque etiam potestate. Patres dubitari nequit utroque praevaluisse, ut Severum prae filiis Caracalla, et Geta. Major etiam honos habitus M. Aurelio, quam hujus per adoptionem fratri L. Vero, quem ille ad imperii consortium vocavit, at propter eandem causam Diocletianus honoratior Maximiano. Caracalla dignitate praeivit Getam, etsi pari utrumque potestate imperare voluerit pater Severus; illi enim et aetas, et auctiores Augustei tituli anni profuere, ac propterea etiam solus is pontificatu maximo ornatus fuit. Haec omnia cum abessent in Balbino, et Pupieno, nam utrumque senatus propter tempora reip. ad imperium vocavit, parem hic utroque et potestatem, et dignitatem detulit, collato etiam in utrumque, quod antehac nunquam factum, pontificatu maximo, ne auctior unius honos alterius accenderet invidiam. Cum inde a Diocletiano plures eodem tempore essent Augusti, et Caesares, nullo ipsi inter se sanguinis nexu conjuncti, ad haec suis quisque provinciis sic imperaret, ut alter ab altero non penderet, cum non differrent potestate, differebant tamen dignitate, quam contulit longius seu primi, seu secundi fastigii tempus. Honoratior igitur ille Augustus, qui prior hoc nomen occupavit, et sic honoratior etiam Cae-

far. Ex hac lege Diocletianus apud Eusebium dicitur *πρωτοσατης, πρωτος, πρεσβυτατος των άλλων, vel ó μεν τιμη τε και χρονω των πρωτειων ήξιωμενος, qui et honore, et aetate primum locum obtinet.* Ab eodem dicitur Constantinus M. Licinium praeivisse *τιμη και ταξει, honore, et ordine.* Litigasse etiam inter se ejus causa primatus, multa ejus aevi exempla docent. Cum Maximianum certiorum faceret Constantinus M., se a patris excessu Augustum ab exercitu fuisse appellatum, aegre istud tulit Maximianus, et, ut narrat Lactantius, ^{a)} *illud excogitavit, ut Severum, qui erat aetate maturior, Augustum nuncuparet; Constantinum vero non imperatorem, sicut erat factus, sed Caesarem cum Maximino appellari juberet, ut eum de secundo loco rejiceret in quartum.* Sed hos de dignitate, et eminentia animorum motus jam enarravimus in ejus aetatis principum numis, et videre potes apud Bimardum de hoc argumento erudite disputantem. ^{b)}

Cum duo una essent Augusti, hi scripto AVGG. indicari sunt soliti, qui mos, saltem in numis, sub Severo coepit, quo Caracallam sibi sociante scribi solitum: ANNONAE. AVGG. — VICT. AVGG. Ergo scriptum AVGGG. trium Augustorum consortium significavit. Observandum tamen, non raro etiam filium Caesarem in consortio cum patre Augusto Augustum fuisse appellatum, v. g. Maximum Caesarem in numo maximae formae: MAXIMINVS. ET. MAXIMVS. AVGVSTI. GERMANICI. Lu-

culentius istud apparet ex marmore Sponnii: ^{c)} PRO. SALVTE. IMP. ET. CAESAR. PHILIPPORVM. AVGG. ET. OTACILIAE. SEVERAE. AVG. MATRIS. CAES. ET. CASTROR. Lapis hic positus est V. C. 997, quod patet ex addito *Philippo Aug. et Titiano Cos.*, quo anno Philippus junior certe Augustus nondum fuit, et tamen hoc marmor habet AVGG., nempe per confortium. Vide, quae de hoc more in numis Diadumeniani, Maximi, Tetrici junioris, Carini, aliorumque diximus. Magis miremur, titulum *imperatoris* eodem modo cum uxore Augusta communicatum. Dedit Maffei marmor Africanum sic inscriptum: ^{d)} SALVIS. DOMINIS. NOSTRIS. CHRISTIANISSIMIS. IMPERATORIBVS. IVSTINO. ET. SOFIA. etc. In inferioris aevi numis saepe legas AVGGGGG., ardua saepe imposita lege, tantum Augustorum numerum colligendi.

Augusti titulo non raro aliud quid coniunctum legitur, ut: PERPETVVS. AVGVSTVS. Ejus epitheti initium nolum cum Spanhemio inde a Trajano repetere laudato ejus numo, in quo is AVG. PERP. dicitur; una enim is numus Mediobarbi fide nititur. *Perpetui* vocabulum, scriptum saepe solis notis PP, imperatoris titulis additum primum reperio in Probo: PERPETVO. IMP. PROBO. AVG. Inde a Constantini M. filiis perfrequens est scriptum in numis PERP. AVG. Elogii hujus origo remotiorum est temporum, cum jam in primorum principum numis eorum ja-

a) de mort. perses. c. 25.
d) Mus. Veron. pag. 460. 7.

b) B. L. Tom. XV. pag. 66 seq.

c) Misc. pag. 98.

ctetur aeternitas, at PERPETVITATI. AVG. saepius inde ab Alexandro Severo, in cujus numo singulari legitur etiam POTESTAS. PERPETVA.

SEMPER. AVGVSTVS, hodie in imperatorum titulis obvium, in antiquis inscriptionibus non reperit Spanhemius ante Diocletiani tempora. ^{a)} Verum jam tribuitur Claudio Gothico Firmi in arcu triumphali, ^{b)} quin jam Philippo, si fides marmori, quod Gruterus ex Camdeno hausit. ^{c)} Primus est in numis Iulianus dictus Apostata, qui sic compellatur, et post hunc nonnulli alii.

SENIOR AVGVSTVS. Sic dicti Diocletianus et Maximianus post abdicatum imperium ex causa in utriusque numis allata. Commodum in numo Corinthi vocatum AVGVSTVM IVNIORVM, testatur Pagius, ^{d)} nimirum ad discrimen patris M. Aurelii conlegae, et Augusti senioris. Verum, quod meminisse oportet, laudato numo unico, quem hausit ex Mediobarbo.

Leguntur etiam in hujus tituli usu nonnulla absurda, sed tantum in numis, quos Graeci non satis perspecta ejus natura vulgare, v. c.

ΔΙΟ. ΚΕΒΑΣΤΟΣ, *Augustus iterum*, vocatur Hadrianus in numo Meseμβριαe Thraciae, qui servatur in museo Caesareo.

ΚΑΒΕΙΝΑ. ΚΕΒΑΧΘ. ΑΤΤ. evidente tautologia, in numo urbis incertae apud Haymum. ^{e)} Quanquam et in chartula Valentis et Vrfacii synodi Ariminensis legatur: ἐπὶ παρυσίᾳ τῷ δεσποτῷ

ἡμῶν βασιλεὺς Κωνσταντῖος ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ τῷ αἰωνίῳ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, Iustinianus item in marmore Trapezuntio apud Muratorium dicatur ΑΕΙ. ΚΕΒΑΚΤΟC. ΑΥΓΟΥC. ^{f)}

At enim honoratum istud tot saeculis ΣΕΒΑΣΤΟΥ nomen tandem etiam coepit contemni. Sane constat, illud in privatos quoque fuisse collatum, tum et excogitata varia prodigia ἀπο τῆς βασιλεως derivata, quae secundum Alexii Comneni ingenium parturivit. Is enim teste Zonara ^{g)} fratrem natu majorem Isaacium Comnenum vocavit Σεβαστοκράτορα, quae dignitas Caesariano honore esset excellentior. Ex duobus fratribus junioribus alter Hadrianus dictus est Πρωτοσεβαστος, alter Nicephorus Σεβαστος, et classis Drungarius. Ex adfinibus Michaellem Taronitem placuit vocare Πανυπερσεβαστον, alterum vero Nicephorum Melissenum nonnisi Καισαρ. Eadem contractius narrat Michael Glycas in Annalibus sub eodem Alexio, at multo his uberius ejusdem Alexii filia Anna Comnena addita ineptarum harum appellationum causa. ^{h)} Eadem teste Alexius pater Venetiarum ducem ob reportatam mari de Roberto illustrem victoriam Πρωτοσεβαστε dignitate ornavit, ⁱ⁾ et quod amplius est, eadem paullo infra narrat, ab eodem Alexio Apelchalemum Turcum Nicaeae archisatrapam Σεβαστοτατον, *Augustissimum*, fuisse appellatum. Σεβαστούπερτατον nobis conservavit Io. Cinnamus. ^{k)} Adeo jam illustrissima nomina tot sae-

^{a)} T. II. p. 384. ^{b)} Reines. Inscr. class. III. n. 42. ^{c)} Pag. 272. 9. ^{d)} Crit. Baron. ad ann. Chr. 176. ^{e)} T. II. p. m. 276. ^{f)} Pag. 467. 7. ^{g)} L. XVIII. c. 21. ^{h)} in Alexiade L. III. p. 78. edit. Paris. ⁱ⁾ l. c. L. VI. p. m. 129. ^{k)} Hist. L. II. c. 6.

culis intra Romani imperii fines coercita dissipari turpiter in alienos, quin et barbaros coepere.

CEBACTOC KAI MEΓAC ΔOMECTIKOC dicitur Ioannes VI. Cantacuzenus in numo, quem dedimus altius p. 270.

CAPVT V.



DE CVLTV CAPITIS

AVGVSTORVM, CAESARVM, AVGVSTARVM.

Cultus corporis totius, habitusque in Augustis varius fuit, pro variis scilicet ministeriis, quibus fungebantur. Fuit nempe paludati, cum imperatoris ritu, curisque bellicis occupati proponuntur, togati, cum pacis munia obivere, togati velatique, cum pontificis maximi negotia tractaverunt. Post Gallienum, quia rara jam tum ab armis quies fuit, et propter imminentes undique barbaros is optimus princeps habitus, qui armis tractandis praestantissimus, panopliam in numis saepe jactant, nimirum capite sunt galeato, induti thoraca, dextera manus hasta, l. clypeo armata est. In numis praecipue inclinantis imperii non raro trabeam, reliquumque cultum consularem praeferunt, nempe cum processum consularem placuit indicare. Varium hunc cultum, ejusque peristases explicare ad me pertinere non existimo, quia haec omnia minus perspicue ex numis, at luculentius ex statuis possunt colligi, et

satis discussa ab iis, qui ex his imperatorum cultum sibi explicandum sumpserunt. At quia capitis cultus non aliunde melius, quam ex numis peti potest, in hujus inquirere modos praesentis esse instituti facile agnoscimus.

Corona laurea imperatorum vetustissimus cultus, quia jam a Iulio Caesare adhiberi coepit. Hunc illi honorem publice fuisse decretum, atque insuper multo gratissimum, in ejus moneta diximus, sed ubi advertimus quoque, hanc I. Caesaris lauream, ut ex numis plane apparet, fuisse simplicem, cum tamen ea, qua deinceps Octavianus, et ejus exemplo successores omnes usi sunt, esset innexa diademati, cujus infra occiput nodo colligati partes duae ad humeros defluxerunt. De nova hac laureae forma latius egi ad numum Octavianiani inscriptum PAX Vol. VI. pag. 84. Age jam, inquiramus, fueritne corona laurea summi principatus insignis? Implexa quaestio, quia ejus signi-

ficatio, ut multarum rerum aliarum, pro varia aetate haud dubie diversa fuit. Ea primum I. Caesari, deinde Octaviano decreta in parte tantum fuit honorum, quos adulatio in utrumque ex locuplete suo cornu liberaliter profudit, quin tamen sic collata certam quandam contineret dignitatis, vel eminentiae notionem. Iam vero constat, neque I. Caesarem, neque Octavianum, deinde Augustum, aliis usos honoribus, nisi publice decretis. Quare neque M. Agrippa in numis capite est laureato, quia laurea illi nunquam decreta fuit. Ex eadem causa illa quoque abstinuit Tiberius, nudo semper capite propositus; quamdiu vixit Augustus, atque ipse Caesar tantum fuit. Illo mortuo continuo ea uti coepit, cum patris jura omnia atque honores, tanquam sibi debitos, capefferet. Eodem modo Nero nondum Augustus lauream procul habuit. Ex quo colligi posset, nonnisi Augustorum eam jure fuisse gestamen, nisi huic legi obssisterent Drusus senior, deinde Titus, ac Domitianus. Atqui Drusus hic ne Caesar quidem fuit, et tamen laureatum plerumque in numis caput habet, et licet constet, numos ejus omnes nonnisi post illius excessum fuisse signatos, tamen laurea illi dari non potuisset, si principatus illa indicium fuisset. Cui adde L. Vitellium Auli Aug. patrem, qui, cum privatus mortuus esset, tamen in numis a filio signatis laureato capite est. Nolim morosior esse in Tito, qui et Caesar fuit, et trib. potestate donatus, et a patre in imperii conlegium adscitus; verum quod quaeso Domitiano tantum Caesari, his-

(Vol. VIII.)

que omnibus titulis carenti in lauream jus? Quibus ex causis evidens est lauream tum adhuc supremum fastigium non significasse. Quid igitur? an arbitrium fuit signum? Nequaquam illud. Nam video, laureae honorem potuisse conferri propter res in bello praeclare gestas, cujus illa laudis insigne semper fuit. Nimirum Victoria illam manu semper praefert, laureatae literae victoriam semper nunciavere. Iam vero compertum, Druso propter probatam bello virtutem non modo datum imperatoris nomen, sed etiam statuas, et arcum triumphalem. L. Vitellium, quod Artabanum Parthum ad obsequium revocavit, laudem non vulgarem adeptum constat. Titi laudes armis partas, et delatos propterea honores quis ignorat? Difficilius est his sociare Domitianum. Tamen verisimile est, indulgentia Vespasiani et Titi, cum hi triumphum ludicum agerent, aliqua etiam virtutis bellicae ornamenta cum Domitiano fuisse communicata. Sane constat, hunc quoque ei triumpho interfuisse equo vectum, et in ejus ipsius anni numis, nempe V. C. 824, proponi paludatum, et sinistra parazonium tenentem, ac nonnisi ab eo tempore, cum antea capite semper nudo esset, laurea redimitum effingi.

Deinceps in legem abivisse, ut nemo, nisi Augustus, laurea praecingeretur, numi luculente docent. In uno Commodo observo decus istud fuisse maturatum, sed tum tantum, quando, necdum quidem accepto Augusti titulo, a patre, ut quondam Titus, in imperii societatem vocatus est. Ergo ab eo

Zz

tempore Caesares omnes in moneta saltem Romana nudo capite fuere propoliti, permitta tamen serius corona radiata, nunquam laurea. Sed et laurea aliorum summi fastigii insigne fuit habitum. Narrante Herodiano ^{a)}) intranti Carthaginem Gordiano, quem proconsulem suum Africani odio Maximini Augustum dixere, *αἰτε βαρδοὶ ἐδαφνηφορὺν, ὅπερ ἐστὶ συμβολὸν εἰς τὸ διαγινώσκειν τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν, fasces laureati praegestati fuere, quod insigne fasces regios a privatis discernit.* Inde a Diocletiano conlegae Caesares omnes contra morem ex longo receptum, lauream induerunt, ut Constantius Chlorus, Gal. Maximianus, Maximinus, Fl. Severus, Constantinus M. In causa fuerit, quod suas quisque provincias plena fere cum potestate rexit. Horum deinde exemplum secuti sunt Caesares Crispus, Dalmatius et Constantini M. filii. At Hanniballianus rex, Decentius, Constantius Gallus, Iulianus Caesares, quia despectiores, nudo sunt capite. Post Constantini M. filios laurea negligi coepta, potiorque fuit diadematis usus, de quo mox.

Coronam radiatam invexit Nero, de cuius significatione uberius egi in hujus Augusti moneta, et conferri possunt ea, quae de nimbo, alio capitis imperatorii ornamento in Tractatu de numis inferioris aevi docebimus. Eam deinde recepit Vespasianus. Verum longo tempore non occupavit nisi aeneos, eosque tantum II. formae. Sub Caracalla demum argenteos invasit, sed eos tantum,

quos novo exemplo majore volumine feriri iussit, quod deinde institutum a proximis successoribus fuit retentum. Serius ejus usus varius fuit, ac perturbatus, quem curatius enucleare operae pretium non puto, et cum necesse est, potes ab ipsis imperatorum numis petere. Cum iis, qui Caesares tantum fuere, diu negata esset laurea, tamen inde a Diadumeniano corona radiata coepit indulgeri. Contra Domitiano adhuc Caesdrinumi largiuntur coronam lauream, radiatam nunquam, etsi Titus frater, et adhuc Caesar, utramque promiscue gestet. Coronam radiatam fuisse serius laurea viliorem, argumentum certum est numus argenteus, qui exhibet capita Balbini et Pupieni Augg., et Gordiani Caesaris, laureatis illis, hoc radiato. Fuisse coronam radiatam etiam signum consecrationis, dicitur in tractatu de numis consecrationum.

Diadema, capitis ornamentum antiquae prosapiae. Mitto fabulosa, ejus inventorem fuisse Bacchum. ^{b)}) Istud certum, eo velut principe signo reges fuisse discretos, a quo tempore, varie disputatur, qua de controversia nonnulla attigi in numis Gelonis I. et Hieronis I. Siciliae regum, et Archelai I. Macedoniae regis. Quare non mirum, in populo libero, qualis fuit Romanus inde a pulsis regibus, communi illud odio flagrasse, quo de argumento plura notavi in numis Augusti ad annum V. C. 726. Tamen illud imponere sibi gestivere stolidi quidam imperatores, etsi perficere non auderent. Teste Suetonio ^{c)})

a) L. VII. c. 6.
c. 22.

b) Plin. L. VII. § 57.

Diodor. Sic. Bibl. L. IV.

c) in Calig.

in eo erat Caligula, ut istud tentaret, sed cohibuit animum. De Elagabalo Lampridius: ^{a)} *Voluit uti et diademate gemmato, quia pulchrior fieret, et magis ad feminarum vultum aptus, quo et usus est domi.* Hactenus novus hic cultus intra cupiditatem consistit. At diserte de Aureliano Victor Schotti: *Iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit.* Verum numi istud non confirmant. Fuit tamen Constantinus M., quem primum usum diademate partim puro, partim gemmis distincto testantur nūmi, et auctores, quos in hujus moneta produxi. Testibus iterum numis deinceps gemmatum hoc diadema Augustorum tantum capita decoravit, neque defunt coaevalorum scriptorum oracula idem docentia, etsi, ut sit, non desint etiam, qui traditam doctrinam confundunt, et permiscunt, quippe qui non raro diadematis nomine quodcunque regii capitis insigne intellexerunt. Vide in hac disputatione copiosum Spanhemium. ^{b)}

Caput galeatum inde a Probo non infrequens, frequentius in aureis infirmi aevi, praecipue cum imperator panopliam indutus proponitur. Non raro galea insuper corona laurea, vel radiis ambitur.

Caput nudum primorum Augustorum aetate rarius, frequentius inde ab Hadriano, inclinante imperio vix amplius occurrit. Aliquo tempore principes consecratos sic fuisse propositos, dicitur in numis consecrationum. Nudo capite se etiam distinxisse Caesares, supra dictum.

Caput Augustorum jam barbaturum, jam imberbe. Alendae barbae causa alia fuit juvenus ex Romanorum usu huic radendae nondum idonea, alia hictus. Vtriusque exemplum in numis dedisse Octavianum, notavimus in ejus moneta ad annum V. C. 717, quo loco complura etiam de hoc Romanorum instituto non violandae usque ad certam aetatem barbae disseruimus. Barbatulus etiam propter eandem causam in primis numis suis fingitur Nero. Post id tempus posita barba, et sic imperatores omnes inde ab Augusto laeves offerunt genas usque ad Hadrianum, qui primus, quia publice philosophiam professus est, barbam promisit, ut diximus in hujus numis, cujus exemplum secuti successores omnes, modo per aetatem licuisset, virile istud decus aluerunt. Ad veterem cultum cum redire mallet Constantinus M., barbam abiecit, ut in hujus moneta observatum. Quid post hunc placitum fuerit, vide in Tractatu de numis inferioris aevi § II.

Singularia sunt, caput leonis exuviis tectum, in numis Commodi, Maximiani Herculei, ejusque filii Maxentii. Causas in singulorum moneta dedimus. Caput cum spicea corona, in Gallieno, quem adi.

De capite velato ἀποθεωσις indicio vide, quae dicuntur in numis consecrationum. Sed fuit et velum signum sacerdotii, unde I. Caesar, et M. Antonius velati in numis proponuntur, ille, quia pontifex maximus, hic, quia augur.

a) Cap. 23.

b) Tom. II. pag. 385 seq.

Nimbi a Constantino M. invecti originem, formam, aliosque modos dabimus in tractatu de numis inferioris aevi § II.

Supereſt cultus Auguſtarum. Initio imperii, cum nondum e re videretur, feminarum nomine ferire monetam, placuit tamen, eas Veſtae, Pietatis, Salutis, Cereris ſpecie in numis proponere. Hoc modo harum geſtare perſonam videmus Liviam Auguſti, Antoniam Druſi, Agrippinam Claudii. Haec licentia multo major eſt in numis commatis peregrini, quae omnia videri poſſunt in ſingularum moneta. Imperante gente Flavia cum ad feminas quoque honor monetarius coepiſſet porrigi, ad humanam formam redivere, ſingunturque in numis nullo cujuſpiam poteſtatis argumento, eoque capitis cultu, qui ſuo aevo

mulieres decuit, quique adeo, ut hodieque ſit, varius et inconfans eſſe debuit, et mille formarum capax. Cum conſecratae fuere, velo obnubuntur, cujuſ exempla habes in Fauſtina utraque, Domna, Maefa, Paulina, Maritima. In numis commatis R. prima fuit Domna, cujuſ caput lunae imponitur jugatum capiti radiato Severi mariti, cujuſ cauſam explicatam habes in numis Severi ad annum V. C. 955. Inde a Caracalla hic modus obviuſ eſt in argenteis majoris moduli, ut notaviſmus in ejus Auguſti moneta, duratque in ipſa Diocletiani tempora. Deinceps Auguſtorum indulgentia gemmata quoque diademata ſibi impoſuere. Refert Philoſtorgiuſ, *) Conſtantinum M. filiae Conſtantinae gerendi diadematis veniam feciſſe.

C A P V T VI.



*De titulis DOMINVS NOSTER et ΒΑΣΙΛΕΥΣ Auguſtis Caesaribus-
que dato.*

Vocabulum *Dominus*, inimicum libertati nomen, quia imperium in ſervos plerumque ſignificavit, a primis imperatoribus, deinde etiam iis, quibus amore, non metu imperare placuit, aut

non admiſſum fuit, aut ſaltem non adprobatur. Averſatus illud eſt Auguſtus, b) et teſte Tertulliano c) *Auguſtus imperii formator ne dominum quidem ſe dici volebat, et hoc enim dei eſt cognomen.*

a) L. III. c. 22.

b) Suet. in Aug. c. 53. Eio L. LV. § 12.

c) Apolog. c. 34.

Addit mox: *qui pater patriae est, quomodo dominus est?* Aversatus est etiam ipse Tiberius, professus palam, *esse se dominum servorum, imperatorem militum, principem ceterorum*, ^{a)} quin eo progressus est auctore Suetonio, ^{b)} ut, cum in se invidiosum istud nomen non ferret, ipse illud senatoribus palam tribueret, *et bonos, inquit, et aequos, et faventes vos habui dominos, et adhuc habeo*. Primus fuit Caligula, cujus superbae aures domini appellationem poterant perferre, quem deinde secutus est ejus vitiorum aemulus Domitianus. Victor Diocletianum perstringens, *se primus omnium*, ait, *Caligulam post, Domitianumque dominum palam dici passus*. ^{c)} Minus istud mirum in Domitiano, qui non dominum se modo, sed et deum appellari voluit, ^{d)} cujus utriusque appellationis plura dedit testimonia Martialis. Tamen paulatim, quidquid acerbum habuit nomen illud, mitigavit usus, et consuetudo, sic ut jam Ti. Claudii aetate esset humana, officiosa, et civilis appellatio. Ait Seneca: ^{e)} *sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos bonos viros dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus*. Quocirca non mirum, si Trajanus ipse passim se a Plinio in epistolis dici dominum sustinuit. Sed de hujus natura tituli vide, quae plura, quam cupimus, exposuit eruditionis helluo Spanhemius. ^{f)} Iam ad monumenta ipsa gradum faciamus.

Iam in marmore Romae effosso Au-

gustum video dici $\overline{D. N.}$ id est: *Dominum Nostrum*, ^{g)} etsi huic lectioni jure diffidam, quia in eodem trib. potestas VII. copulatur cum consulatu IIII., et Augustus dicitur *Pater Patriae*, quem titulum multo sibi serius addidit. Marmoris hujus cur mentionem neglexerit ill. Odericus in eodem argumento versatus, ignoro. Antiquius monumentum non reperit opere figulino, in quo Hadrianus *Dominus Noster* appellatur, ^{h)} qui deinde titulus frequentius adhiberi est coeptus. Confer Marinium. ⁱ⁾ Ad numos quod attinet, primus Antoninus Pius $\overline{K\upsilon\pi\omicron\varsigma}$; *Dominus*, dicitur in numo Antiochiae ad Hippum Decapoleos, nempe: $\overline{ΑΤΤΟΚΡ. ΚΤΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.}$ ^{k)} Paulo post in numis M. Aurelii, ejusque familiae in Mesopotamia signatis legitur: $\overline{ΤΠΕΡ. ΝΙΚΗC. ΤΩΝ. ΚΤΡΙΩΝ. CΕΒΑCΤΩΝ.}$ In numis coloniae Antiochiae Pisidiae cum capite Caracallae et Getae: $\overline{VICT. DD. NN.}$, et in numo Gordiani ejusdem coloniae: $\overline{VICTORIA. DOMINI.}$ In numis Alexandrinis Gallieni: $\overline{ΔΕΚΑΕΤΗΡΙC. ΚΤΡΙΟΤ.}$

Sed fuere haec exempla nonnisi monetae peregrinae. Primus in numos commatis Romani appellationem domini vocavit Aurelianus, cum scribi passus est: $\overline{DEO. ET. DOMINO NATO.}$ (in aliis $\overline{NOSTRO.}$) $\overline{AVRELIANO. AVG.}$, quem paullo post imitatus est Carus scribendo: $\overline{DEO. ET. DOMINO. CARO. AVG.}$, de cujus formulae probabili significatione vide, quae diximus

a) Dio L. LVII. § 8. pist. III.

b) Cap. 27. 29.

c) in Caesarib.

d) Suet. c. 13.

e) E.

f) Tom. II. pag. 482.

g) Gruter pag. 58. 4

h) de numo Orcitis pag. 72.

i) Frat. arv. pag. 688.

k) Pellerin Mel. II. pag. 75.

in utriusque Augusti moneta. Proxime post hos praenomen D. N. delatum fuit Diocletiano et Maximiano, sed nonnisi ex quo imperium posuere. Deinceps magis Caesaribus, quam Augustis ipsis incerta causa, ut dixi in numis Licinii patris. Denique illud inde a Constantini M. filiis praenomen commune evasit abolito paulatim praenomine IMP., et deinceps tanto invaluit opere, ut, si quis Iustiniano regnante pro *dominus* diceret imperator, et pro *domina* Augusta, tum et magistratus aliter quam *servos* appellaret, is. manifestae injuriae, aut saltem rusticitatis reus haberetur. ^{a)}

De nomine ΔΕΣΠΟΤΗΣ ejusdem fere significationis, et quod sero demique invaluit, agemus infra in tractatu de numis infimi aevi. Ceterum et haec dignitatis vocabula successu temporis splendorem amittere, et compertum est ex marmoribus, infima aetate *Domini Nostri* et Δεσποτῆ vocabula indulta etiam fuisse consulibus non. Augustis vel Caesaribus, quo de argumento vide Dissertationes Eduardi Corsinii, quae sunt annexae ejus operi *de notis Graecorum*, p. VIII.

Restat titulus ΒΑΣΙΛΕΥΣ, *REGIS*. Eum satis mature scriptores Graeci Dio Chrysostomus, Appianus, Athenagoras, Aristides, aliique principibus Romania

pro nomine legitimo *αὐτοκράτορας* sunt impertiti, cujus facti testimonia possum reticere, quia magnam pridem eorum copiam collegit, et ex locuplete suo cornu proposuit indefessus Spanhemius. ^{b)} Neque ejus in numis Graecorum desunt exempla, etsi admodum rara. Notus numus Caphyae Arcadiae, qui Caracallam appellat ANTONINON. ΒΑΣΙΛΕΥΣ, tum et numi Commodi, Nicaeae et Cii Bithyniae urbibus, tum et Caesareae Cappadociae signati cum epigrapha: ΚΟΜΟΔΟΤ. ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟC. Ο. ΚΟCΜΟC. ΕΥΤΥΧΕΙ.

A Romanorum moneta nomen regium procul fuisse habitum, mirum non est, quia nomen regium inde a pulsis regibus Romanis semper fuisse invisum constat, atque etsi Constantinus M. diadema, proprium regum gestamen, capiti imposuit, quin et Hannibaliano nepoti partem Ponti cum regis titulo celsit, usurpare tamen nomen regis ausus non est. Serius, ne aliquid veteris instituti superesset, cavere postremi Orientis imperatores, obviis inscriptionibus: ΜΙΧΑΗΛ. ΒΑΣΙΛΕΥC. — ΠΙCΤΟΙ. ΒΑΣΙΛΕΙC. ΡΩΜΑΙΩΝ, et similibus. Sed jam et Eusebiam Constantii II. uxorem Ammianus vocavit *reginam*. ^{c)}

a) Procop. Hist. arc. cap. 30.

b) Tom. II. pag. 397.

c) L. XVI c. 10.

C A P V T VII.

DE NOMINE CAESARIS.

Olim cognomen gentis Iuliae, de cujus etymo egimus in numis Caesaris dictatoris, extincta gente Iulia titulus honoris, dignitatisque evasit. Res nota, illud primum adoptione, perinde atque nomen Augusti, in alios fuisse propagatum. Hoc jure primus Caesar dictus est Octavius subinde Augustus adoptante dictatore, mox tres Agrippae filii Cajus, Lucius, Agrippa, adoptione Augusti, ejusdemque beneficio Tiberius privignus, a quo in filium Drusum fluxit. Denique Tiberio adoptante Germanicus, hujusque filii.

Ergo Caesaris nomen hactenus non nisi hereditarium fuit, Romanorum more translatum in eos, qui sive natura, sive adoptione filii fuere, atque ex hac lege Caesarum postremus fuit Cajus Germanici filius, dictus vulgo Caligula. Tamen in veris adhuc Caesaribus putatur qui huic successit, Claudius, tum hujus filius Britannicus, et qui talis adoptione evasit, Nero, sic ut ex unanimi fere scriptorum veterum sententia, quos recenset Reimarus in animadversione ad postrema Dionis libri LXIII.

verba, cum Nerone tandem sepulta Caesarum domus statuatur. At enim Claudius, antequam imperium adiret, Caesaris nomen non habuit, quia neutra lege Caesaris filius fuit, neque adeo nomen transferre in filios potuit. Fecit tamen indulgentia, ut pars haberetur domus Caesareae, quia hanc adfinitate contigit. Binas enim ex hac habuit avias, ex patre Druso Liviam Augusti conjugem, ex matre Antonia Octaviam Augusti sororem, praeterquam quod tum gens Claudia post Iuliam summo loco haberetur. Magis ergo definite dixit Galba apud Tacitum: ^{a)} *Finita Iuliorum Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inveniet.* Si ferre possumus eam; quam dixi, indulgentiam, at an feremus, quando conficta per fraudem majorum serie vitium veritati adfertur? In marmoribus non paucis ^{b)} Neronis stirpem hoc modo deduci videmus: NERO. CLAUDIVS. DIVI. CLAVDI. *Filius.* GERMANICI. CAESARIS. *Nepos.* TI. CAESARIS. AVG. PRONepos. DIVI. AVG. AB*Nepos.* Fuisse Neronem Claudii per adoptionem fili-

a) Hist. L. I. c. 16. b) Grut. 154. 2. Murat. 445. 5. Gori inscript. Tom. II. p. 46 et Tom. III. p. 173. in marmore arvali, quod est in Marinianis num. XV.

um, constat; an vero etiam Germanici nepotem? Vocabulum *nepos* binas habet significationes; aut enim indicat eum, qui ex filio aut filia natus est, aut eum, quem frater meus sibi *ve* genere. In priore sensu Nero, seu naturam spectes, seu adoptionem, Germanici nepos dici non potuit, sed dici potuit ac debuit in sensu altero, quippe adoptatus a Claudio, qui Germanici frater fuit. At enim an unquam per patruos *quei* stirpes consuevere? Quis non continuo animadvertit, placuisse horum marmorum auctoribus arcessere lusum in vocabulo *nepos* duplicis significationis, ut Neronem suum turpi adulatione cum domo Caesarea connecterent? Tamen inter laudata marmora sunt nonnulla auctoritatis publicae, tanto audentiore per impunitatem mendacio. Magis canora marmoris Gruteriani impudentia, in qua Nero dicitur GERMANICI. F. TI. AVGVSTI. N. DIVI. AVG. PRON. ^{a)} eliminato ipso patre Claudio, quia parum Caesariano, et suffecto in ejus locum falso patre Germanico Caesare. Minus ergo mirabimur Severum Aug., qui per vim in Antoninorum sese gentem inseruit, ut diximus. Vol. VII. pag. 173.

Laxatis igitur jam tum juris vinculis minus arduum subinde fuit principibus et si a Caesarea domo plane extraneis in utrumque nomen et Caesaris et Augusti involare, quod jam supremæ potestatis coepit habere et omen, et opinionem. Ergo Galba mox accepto caeli Neronis nuncio, senatumque in verba sua jurasse, non dubitavit adscito Cae-

saris nomine sese munire, ^{b)} cujus continuo exemplum secutus est Otho. Difficilior ad aliena a se nomina Vitellius Augusti nomen distulit, Caesaris in perpetuum recusavit, ut dictum in hujus numis. Post haec exempla invaluit usus, et perpetua quaedam lex, ut qui supremum imperium obtineret, utroque nomine gloriaretur.

Ex his adeo manifestum est, nomen Caesaris principio non fuisse nisi cognomen gentis Iuliae, ex Romanorum more in filios propagatum, et tantundem habuisse momenti, quanto is, qui eo insignitus erat, summae spei vicinior fuit, quae nisi illata qualicunque vi fallere non potuit. Cum titulus Caesaris, perinde atque Augusti, nullam in se contineret potestatem, sed dignitatem tantum, et causa provisa successionis reverentiam, fuit in arbitrio imperatoris, seu primi fastigii principis, utrum Caesarem suum, seu secundi fastigii principem mallet intra tituli hujus honorem contineri, an addere auctoritatem. Augustus tribus Agrippae filiis adoptione Caesaribus negavit tribuniciam potestatem, quam tamen eodem tempore impertivit privigno Tiberio tum nondum Caesari. Domitianus quoque Caesar, quamdiu pater fraterque in vivis fuere, uno principis juventutis titulo a privata fortuna fuit discretus. Alios maturior mors oppressit, quam ut eniti altius possent, quo fato fuere dicti mox tres Agrippae filii, Drusus et Nero Germanici, Britannicus Claudii, Piso Galbae. Contra fuere imperatores, qui Caesares suos sive addita tribunicia po-

a) Pag. 237. n.

b) Suet. c. 11.

testate, sive imperio proconsulari, sive imperatoris titulo quasi in conlegium accepere, quorum pars honorum, aut plures simul delati fuere Caesaribus Tiberio, Druso juniore, Neroni, Tito, Trajano, Antonino Pio, M. Aurelio, aliisque, ut dictum in singulis. Plus potestatis Caesaribus Constantio Chloro, et Gal. Maximiano decrevere Diocletianus et Maximianus Augusti tributis provinciis, quas aequa fere potestate, atque ipsi suas, regerent. In simili causa dixit Vopiscus, a Caro in Occidente relictum Carinum, qui hunc regeret imperio Caesariano ea lege, ut omnia faceret, quae Augusti faciunt.

Atqui et varios fuisse Caesarum dignitatis modos, ipsi etiam meminere veteres. Spartianus cum narrasset, Hadrianum morborum mole pressum sibi adoptasse Aelium, de hoc ait: *nihil habet in vita sua memorabile, nisi quod tantum Caesar est appellatus non testamento, ut antea solebat, neque eo modo, quo Trajanus est adoptatus, sed eo prope genere, quo nostris temporibus a vestra clementia (Diocletiano) Maximianus atque Constantius Caesares dicti sunt, quasi quidam principum filii viri, et designati Augustae maiestatis heredes.* Capitolinus in vita L. Veri sub initium: *Huius naturalis pater fuit L. Aelius Verus, qui ab Hadriano adoptatus primus Caesar est dictus, et in eadem statione constitutus perijt.* Victor Schotti in fine Trajani sui: *Abhinc divisa nomina Caesarum atque Augusti, inductumque in remp., uti duo, seu plures summae potentiae, dissimiles,*

cognomento ac potestate dispari sint. Quamquam alii Plotinae Trajani conjugis favore imperium adsecutum putent, quae viri testamento heredem regni institutum simulat. Ambiguam horum auctorum orationem explicare non tento, jam olim in hoc argumento copiose versatis Spanhemio, ^{a)} et Mazzoleno, ^{b)} quin tamen aut sibi, aut nobis plane satisfecisse sint visi. Tentavit etiam cl. Zoëga mutata in Aelio Caesareae dignitatis rationem ex numo Alexandrino comprobare, ^{c)} ut notavimus in hujus Caesaris numis Alexandrinis. Interim si, quod ad verum effectum attinet, consideremus, patebit, parum deinceps novum istud quaecunque jus Caesarum fuisse observatum, et diu adhuc in Caesaribus veteris moris exempla reperiri, nimirum Augustis, ut constitutum fuisse antea paullo supra diximus, tantum sive dignitatis, sive potestatis in Caesares suos conferentibus, quantum singulis placitum fuit. Quippe parum prospere in veram juris rationem inquirimus in ea regiminis forma, in qua summus rector nullis se ligatum legum vinculis putat, et ex veteribus institutis, quod lubet, aut abjicit, aut admittit. Quam legem si aetatis nostrae scriptores magis ad animum admisissent, saepe minus in reperiendis ejus aevi juribus sese torssissent, aut desperassent sapientius, praecipue cum eorum ratio haurienda sit a scriptoribus, quorum inde a Nerva magna est inopia, aut non maxima ad faciendam fidem auctoritas.

Fuere imperatores, qui Caesaris ap-

a) Tom. II. pag. 352 seq.
(Vol. VIII.)

b) Animadv. de Caesare.

c) Num. Aegypt. pag. 162.
A a a

pellationem in filiis distulere. Antoninus Pius ex adoptatis eodem tempore M. Aurelio et L. Vero illum continuo Caesarem dixit, non item Verum, quem toto imperii sui tempore aliter appellari passus non est, quam Augusti filium. M. Aurelius filios Commodum et Annium Verum nonnisi sexto imperii anno Caesares appellavit. Distulit etiam Pertinax, etsi hunc filio honorem decrevisset senatus. Severus Caracallam nonnisi tertio imperii anno, Getam quinto Caesares dixit. Quid ab aliis principibus fuerit constitutum, pete ex ipsorum numis.

Quamdiu gens Iulia dominata est, Caesares fecit aut nascendi conditio, aut adoptio, quia tum Caesar aliud non fuit, quam gentis Iuliae cognomen. Hac cum Caligula exstincta in idem jus involavit gens Claudia. Deinceps nominandi Caesares jus pro variis vel temporis, vel loci causis habuere, aut sibi arrogare imperatores ipsi, vel senatus, vel milites, a quorum trium arbitrio, vel parte lectos etiam Augustos constat. Quorum suffragiis singuli ad id fastigii ascenderint, in singulis diximus, aut videri potest apud Mazzolenum, qui singulorum fortunam in unum locum contulit. ^{a)}

Successu temporis coepere Caesares nomen *nobilissimi* tanquam sibi proprium reliquis suis titulis addere, quo sive illustrem suam inde a maioribus profapiam praedicarent, aut tanquam fuco generis humilitatem obtegerent. Vide de hoc epitheto plura apud Spanhemi-

um, ^{b)} et Mazzolenum, ^{c)} qui illud in marmoribus jam a Commodio usurpatum reperere. In numis primus est Diadumenianus, quem hactenus hoc titulo usum norimus. Sunt hi coloniae Laodiceae Syriae. Serius in Romanam etiam monetam migravit. Scriptura in numis: NOB. CAES. vel NOB. C., vel parcius N. C. Singulare est, adhuc Zenonem et Leonem II. in numis Orientis dici NOV. (pro NOB.) CAES., et multo magis singulare illud, quod uterque Augustus fuit. Sed isthoc aevo hujus generis prodigiis jam adfuevimus. Vt Caesares dicti fuere nobilissimi, sic et feminae nonnullae scripto in earum numis N. F., id est: *Nobilissima Femina*, quales fuere HELENA. N. F. forte uxor Crispi, et FAVSTA. N. F. forte uxor Constantii II., de cujus valore tituli non satis constat. Quod Latinis *Nobilissimus*, idem Graecis fuisse *Επιφανέστατος*, docui ad numos Antiochi IV. Syriae regis. Infimo aevo enatum discrimen inter *Caesares* et *Nobilissimos*; narrat enim Nicephorus Constantinopolitanus in fine Historiae suae, Constantinum V. Copronymum duos ex filiis suis Christophorum et Nicephorum creasse *Caesares*, tertium Nicetam *Nobilissimum*, των *ἰων* *αὐτῆς* *τῆς* *μεν* *δυο* *Χρυσόφορον* *καὶ* *Νικηφόρον* *Καίσαρς*, *Νικητὰν* *δὲ* *Νοβελισσιμον*.

Inter insolentiora inferioris aevi potes etiam numerare repetitum Caesaris titulum, quem soli Carini et Numeriani numi offerunt, de quo vide utriusque Caesaris monetam.

Caesaribus nonnunquam additum fu,

a) Animadv. de Caes. p. 49.

b) Tom. II. p. 357.

c) l. c. p. 52.

isse titulum Augusti, sed per consortium cum patre Augusto, diximus in titulo *Augusti*.

C A P V T VIII.

DE PRINCIPE IVENTVTIS.

Hujus originem causasque tituli, qui inde ab Augusto coepit esse quoddam augurium destinati principatus, et praeter Caësar's nomen character secundi fastigii, pridem erudite enarrarunt viri praestantissimi Spanhemius, ^{a)} Norisius, ^{b)} et abbas Mazzolenus, ^{c)} ex quorum praeceptis pleraque, quae sequuntur, derivata noveris, sic tamen, ut causa instituti studere brevitati necesse duxerim.

Iam ipsa respublica R. suos habuit principes juventutis, quod nomen equitibus legionariis pridem tributum fuit, et a quibus inde a Gracchanis temporibus originem traxit famigeratus ordo equester, qui subinde medius fuit inter senatum, populumque. Fuere autem dicti *juventus*, quia generatim Romani suos milites vocavere juventutem, hujus vero *principes*, quia rex Servius omnium civium numero in VI. classes diviso *ex primoribus civitatis*, ut ait Livius, ^{d)} du-

odecim equitum scripsit centurias, aut, ut inquit Dionysius Halic. ^{e)} το δε των ιππεων πληθος επελεξεν εκ των εχοντων το μεγαιστον τιμημα και κατα γενος επιφανων, *equitum vero delectum habuit e maximi census civibus, et genere nobilibus*. Atque haec causa est, cur equites saepe Livio dicantur *primores, principes, proceres juventutis*, cujus illustre exemplum praebet in oratione, quam adfinxit Perleo Macedoniae regi post victum Romanorum equitatum his verbis milites suos adloquenti: ^{f)} *Meliorē partē hostium, equitatum Romanum, quo invictos se esse gloriabantur, fudistis. Equites enim illis PRINCEPES IVENTVTIS, equites seminarium senatus, inde lectos in patrum numerum, consules, inde imperatores creant*. Atque multo ante idem Livius de L. Bruto dixit: ^{g)} *Caedibus regis (Tarquinii Superbi) diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summam exple-*

a) de Praest. num. Tom. II. pag. 359.
V. de princ. juv. d) L. I. c. 43.
II. c. 1.

b) Cenot. Pif. dissert. II. cap. 3. e) Animadv.
L. IV. p. 222. f) L. XLII. c. 61. g) L.

vit. Iure igitur equites universae juventutis R. principes potuerunt appellari, atque haud dubie in populo quoque, cui tum adhuc, nondum constituto ordine equestri, accensebantur, causa census et generis principem locum obtinere.

Magna subinde auctoritas honosque accessit equitibus, Ti. et C. Gracchis fratribus legem ferentibus, uti iudicia a senatu ad equites transferrentur. Huc accessit rei faciendae, augendique peculii opportunitas. Nam cum propter opes hereditate acquisitas ipsi fere soli vectigalia P. R. publicanorum nomine haberent redempta, facile fuit ad amplio rem tantis subsidiis fortunam eniti. Tum igitur paullatim coepit equester ordo et institui, et sic appellari, et ab ordinibus senatus populi que discerni. Confirmantur haec testimonio Plinii in haec verba differentis: *) *Iudicium autem appellatione separari tum ordinem primi omnium instituisse Gracchi discordi popularitate in contumeliam senatus, mox ea debellata auctoritas nominis vario seditionum eventu circa publicanos substitit, et aliquamdiu tertiae vires publicani fuere. M. Cicero demum stabilivit equestre nomen in consulatu suo Catilinanis rebus, ex eo se ordine profectum esse celebrans, ejusque vires peculiari popularitate quaerens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in rep. factum est, coepitque adjici senatui populoque Romano et equester ordo. Quae de causa et nunc post populum scribitur, quia novissime coeptus est adjici. Tantis igitur equites honoribus opibusque elati*

ti segnius jam ad legionum signa convolabant, partim quia domi nullis sive periculis, sive incommodis ad summa poterant eniti, partim quia pudebat sequi militiam, cui auctore Mario infima abjectaque plebs jam nomen dare coepit. Atqui et constituto semel ordine equestri ad filios quoque, modo census equester superfuisset, equitis dignitas, ut patriciorum, hereditate transivit, qua se fuisse conditione pluribus locis proficitur Ovidius, ut cum dicit: b)

*Si quid id est, usque a proavis vetus
ordinis heres,
Non modo fortunae munere factus
eques,*

nimirum cui ad hunc honorem, quia a majoribus partum, enitendum amplius non fuit, ad quem alii *fortunae munere*, id est, cum equestrem censum collegere, demum perveniunt. Huc adde, quod alibi immutato paullum altero versu canit: c)

*Si quid id est, usque a proavis vetus
ordinis heres,
Non modo militiae turbine factus
eques,*

scilicet ut supra dixerat, potuisse hunc ordinem obtineri *fortunae munere*, sic etiam *militiae turbine*, id est rebus belli praeclare gestis, quo modo L. Aconius apud Fabretum d) dicitur *ob bellum German. et Sarmatic. a divo Trajano ex militia in equestrem dignitatem translatus*. Fuisse tamen etiam tum opus censu per

a) L. XXXIII. § 8.
d) Infer. ant. p. 399.

b) Trist. L. IV. eleg. X. v. 7.

c) Amor. L. III. el. XV. v. 5.

legem constituto idem luculente innuit, quando sibi, qui a maioribus eques esset, ab amica praeferrere equitem, qui talis ex belli meritis nuper evasisset, cognito nobilium erga novos homines fastidio conqueritur: ^{a)}

*Ecce recens dives parto per vulnera
censu
Praefertur nobis sanguine factus e-
ques.*

Quam tamen deficientis census legem ab Augusto addita conditione fuisse mitigatam docuit Suetonius. ^{b)} Ex quo conficitur, equites, olim proprie dictos principes juventutis, belloque destinatos, posteaquam ordo equester constitutus fuit, sensim omisis armis ad negotia forensia; urbisque otium ac voluptates impune deflexisse, etsi deinceps quoque equus illis de publico praebetur, ut diserte iterum de se Ovidius: ^{c)}

*Aspera militiae juvenis certamina fugi,
Nec nisi lusura movimus arma manu.*

Et alibi: ^{d)}

*At memini vitamque meam, moresque
prohabas
Illo, quem dederas, praetererantis e-
quo.*

Quae hactenus disputavi, noverit lector a me capta esse ex erudita plane, ac operosa dissertatione cl. le Beau Galli, in qua is in originem equitatus le-

gionarii in equestrem denique ordinem definitis inquirat, argumentum, si quod aliud in antiquitate Romana, arduum et implexum, ut ipse profitetur, ^{e)} etsi is tanto hoc suo conatu nequaquam omnes levaverit difficultates, quae materiam suapte confusam perturbatamque impediunt. Iam igitur videndum, quo pacto hucusque dicta cum principibus juventutis, de quibus nobis hic sermo, connectantur.

Diximus, constituto ordine equestri magnam equitum R. partem, quos vetus institutum militiae destinaverat, pacis, quaestusque negotia amplexam. Accedit, quod auctis paullatim reip. viribus, et exercitu adeo majorem indies equitum numerum requirente, verisimile non est, ut jure conjicit Mazolenus, ^{f)} equites in castris deinceps solis primoribus juventutis R. constituisse, neque alios tenuioris etiam fortunae fuisse admissos. Quare, addit idem, neque etiam videri verisimile, deinceps quoque, ut olim, omnes equites legionarios principes juventutis esse appellatos. Quocirca cum Cicero aevi sui homines, Brutum, Atticum, Torquatum, Curionem principes juventutis appellat, jam etiam, et a priore diversam significationem intelligendam existimat. Nimirum jam a primis reip. temporibus in more fuisse positum, ut adolescentes genere et opibus illustres post sumptam virilem togam in equestrem ordinem legerentur, et ad bellum exirent etiam illi, quibus animus non erat, omne aevum in belli alea exigendi. Ali-

a) Amor. L. III. eleg. VIII. v. 9.

b) in Aug. c. 40.

c) Trist. L. IV. el. I. v. 71.

d) l. c. L. II. v. 9.

e) B. L. Tom. XXVIII. p. 1 seq.

f) l. c. p. 95.

quanto post e castris reduces coepisse capeffere rempublicam, ad cuius deinde dignitates evecti ad regendas provincias, et exercitus missi sunt. Enimvero Cn. Pompejum, etsi claro genere, et patre consulari natum, magnos jam duxisse exercitus, et bis triumphasse, cum eques tantum Romanus esset, adolefcentulus, peradolefscens, privatus, et necdum senator, ipsum testari Ciceronem. ^{a)} Nobiles igitur Romanos vocatos fuisse equites, donec in senatum adlegerentur. Quia vero hic propter copiam recipere omnes non potuit, et essent etiam, qui eo non aspirabant, factum, ut multi in equestri conditione ad vitae usque finem durarent. In horum numero fuisse Pomponium Atticum, ^{b)} quin et Maecenatem, etsi gratia apud Augustum plurimum posset, adeo, ut ab eo multis honores impetraverit, ^{c)} et ipsum Augustum de se scripssisse, *se nihil amplius quam equestri familia ortum vetere ac locuplete, et in qua primus senator pater suus fuerit.* ^{d)} Equestrem ergo tum ordinem non modo junioribus, sed senioribus quoque constitisse. Haec ut erudita, sic et verisimilia sane nobis obtulit illustris abbas Mazolenus, etsi fateatur ipse, nullis monumentis comprobari posse, quod adseruerat, postremis reip. temporibus nomine principis juventutis aliquid speciosius et illustrius, quam, ut olim, purum equitem fuisse intellectum, neque etiam definire audeat, utrum unus tantum, an plures tum fuerint principes juventutis, item utrum hi perinde ac

principes senatus a censoribus lecti fuerint.

Haec utut erunt, istud certum, Augusti iudicio cum titulo principis juventutis magnum fuisse et splendorem, et omen conjunctum. Cum prole mascula ipse careret, cuperetque ad omnes casus paratum habere successorem, *genitos Agrippa Caium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat, necdum posita puerili praetexta PRINCIPES IVVENTUTIS appellari, destinari consules specie recusantis flagrantissime cupiverat*, ut narrat Tacitus. ^{e)} Cur Augustus suis per adoptionem filius tam ambitiose principis juventutis titulum quaesiverit, quem hactenus contentiore studio fuisse quaesitum non novimus, nemo, quod norim, inquirendum suscepit. Liceat conjicere, Augustum certo quodam consilio novae hujus dignitatis fuisse architectum. Constat, integra adhuc republica fuisse aliquem, qui a censoribus princeps senatus fuit appellatus, reliquosque excelluit dignitate, etsi potestatis nihil haberet adjectum. At constat etiam ex Dione, ^{f)} Augustum V. C. 726, cum censuram ageret, principem senatus, *προκρίτων της γερουσίας*, dictum fuisse eo more, qui integro etiamnum populi statu fuit receptus, cujus deinde exemplum eodem teste secutus est Tiberius. ^{g)} Ergo cum principem ipse senatus, seu seniorum ageret, aequum est visum, ut, quem suum destinasset successorem, princeps esset juventutis, seu juniorum, et sic principatui seniorum, totiusque populi praeluderet, qua

a) pro leg. Manil. c. 21. b) Corn. Nep. in ejus vita. c) Dio L. LV. § 7. d) Suet. in Aug. c. 2. e) Ann. I. 3. f) L. LIII. § 1. g) L. LVII. § 8.

de causa Cajus Agrippae F., idemque ab Augusto appellatus princeps iuventutis, idonee ab Ovidio dicitur : ^{a)}

Nunc juvenum princeps, deinde future senum.

Ergo pro statuta hac ab Augusto lege principes iuventutis ordine fuere :

Caius et Lucius Agrippae filii.

His praematura morte extinctis Augustus Tiberium, quem sibi successorem paraverat, principem iuventutis non dixit, quippe quem data tribunicia potestate sibi fere aequaverat. Observo enim, Titum quoque, ex quo eam adeptus est, desivisse vocari principem iuventutis.

Germanicus ex numis quidem cum hoc titulo ignotus, nam Goltzii numum in bello suo Thesauro, qui hunc ei largitur, flocci facimus, dictus tamen Ovidio : ^{b)}

Te juvenum princeps, cui dat Germania nomen.

Tiberius Drusi jun. filius testimonio auctorum tacentibus numis. Vide ejus numos.

Nero, ex quo in domum Claudiam adoptione transivit. Vide numos.

Titus, princeps iuventutis, sed fere annuus tantum, paullo post patri in imperio sociatus.

Domitianus passim in numis dictus princeps iuventutis per patris, fratrisque imperia.

M. Aurelius. Eum, cum Caesar adhuc esset, neque numi, neque marmora principem iuventutis appellant. Ait Capitolinus, ^{c)} eum Antoninus Caesaris appellatione donatum continuo *sevirum turmis equitum Romanorum jam consulem designatum creavit, et edenti cum conlegis ludos sevirales adsedit.* Neque etiam Dio illum diserte *προκρίτων της νεότητος*, *principem iuventutis* appellat, sed *προκρίτων της ιππαδος, principem equitatus*, ^{d)} quod haud dubie idem valet, atque Capitolini *sevir turmis equitum.* Valesius haec Dionis verba confidenter vertit : *princeps iuventutis*, etsi ipse non dubitet, esse aliquod discrimen inter principem iuventutis, et dictum *sevirum*, et observo, utrumque distinxisse etiam ipsum Dionem, qui alibi *Diadumenianum* dictum fuisse *προκρίτων της νεότητος* narrat. ^{e)} Quid videatur intellexisse Capitolinus nomine *sevir* turmis equitum R., disputant Spanhemius, ^{f)} Norisius, ^{g)} Mazzolenus, ^{h)} et le Beau. ⁱ⁾ Vide et sequentem Commodum.

Commodus principem iuventutis venerantur numi obvii. Demira Lampridii oratione, qui eum *cooptatum inter tres solos principes iuventutis* dixit, varie disputant eruditi mox laudati locis citatis.

Caracalla et Geta, principes iuventutis testibus passim numis.

Diadumenianus, Maximus, Philippus junior, Herennius, Hostilianus, Volusianus, Saloninus, Numerianus, Carinus, Constantius Chlorus, Gal. Maximianus,

a) Art. amat. L. I. 194.

b) de Ponto L. II. eleg. V. v. 41.

c) in Aurelio.

d) L.

LXXI. § 35.

e) L. LXXVIII. § 17.

f) Tom. II. p. 360.

g) Cenot. Pif. diff. II. c. 3.

h) l. c. p. 102 seq.

i) l. c. p. 54.

Fl. Severus, Maximinus Daza, Constantinus M., Crispus, Constantinus II., Constans, Constantius II. testibus iterum numis, post quos nulla amplius ejus tituli mentio.

Enarravimus principes juventutis Caesares, Augustos cum eodem elogio infra dabimus.

Sequuntur nunc typi, qui cum principis juventutis titulo connectuntur in numis illo notatis.

C. L. CAESARES. AVGVSTI. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. *Cajus et Lucius Agrippae filii velati et togati stantes d. hastam cum clypeo humi attinent, superne capeduncula, et lituus.* Item: *Titus et Domitianus stantes cum hasta et clypeo.* Vide numos Vespasiani ad annum 823.

Quo pacto hasta et clypeus ad principem juventutis pertineant, diximus in numis Caji et Lucii.

C. L. CAESARES. PRINC. IVVENTVTIS. *Cajus et Lucius equites citato cursu dexteris attollunt.* Idem typus est in numis Titi et Domitiani principum juv. Vide numos Vespasiani ad eundem annum.

Domitianus eques s. sceptrum.

Geta eques citato cursu sequentibus binis aliis equitibus.

Caesar paludatus stans d. ramum, s. hastam, juxta tropaeum, in numis M. Aurelii, Commodi, Caracallae, Getae.

Caesar paludatus stans inter signa militaria vario numero, in numis Diadumeniani, Maximi, Salonini, Carini.

Caesar paludatus stans d. bacillum, vel

globum, s. hastam, in numis Herennii, Hostiliani, Volusiani, Salonini, Numeriani, Carini, Chlorig, Gal. Maximiani, Fl. Severi.

Caesar paludatus stans d. signum militare, s. alterum tenet, in numis Herennii, et Hostiliani.

Caesar paludatus stans d. globum, s. hastam, juxta duo signa militaria, in numis Maximini Dazae, Constantis, Constantii jun.

Caesar paludatus stans d. signum militare, s. hastam, humi captivus, in numis Philippi jun. et Constantini M.

Caesar paludatus stans d. signum militare, humi duo captivi sedentes, in numis Constantini M., Crispi, Constantini jun.

Duae dexterae junctae signum militare prorae navis infixum tenent, in numis Domitiani et Commodi.

Omitto typos arbitrarios, qui nonnunquam nullo apparente nexu junguntur cum epigraphe PRINCIPI. IVVENTVTIS, ut in numis Domitiani Spes, Salus, Vesta, ara luculenta, ac denique ejus amica Pallas. Similis varietas in numis Herennii et Hostiliani.

Pars horum typorum, ac praecipue in iis numis, qui altioris sunt imperii, quos inter postremus est numus Getae, principes juventutis equis vectos repraesentat. Sed et ab aliis monumentis eorum cum ordine equestri nexus comprobatur. Narrat de Gajo et Lucio marmor Ancyranum: ^{a)} *Equites autem Romani universi principem juventutis utrumque eorum parmis et hastis argenteis donatum appellaverunt.* In numo Neronis

a) Chishull Ant. Al. pag. 173.

parmae inscriptum legitur: EQVESTER. ORDO. PRINCIPI. IVVENT., quam eandem epigraphen repetit marmor Gruteri, ^{a)} et intra sertum exaratam exhibet numus Commodi Caesari dicatus. Supra sub M. Aurelio vidimus, hunc Caesarem dictum fuisse *προξπιτον ιππαδος*, *principem equitatus*, etsi satis certum non sit, idem fuisse principem equitatus, ac principem juventutis, ut ibi observavimus. Denique Tacitus inter honores memoriae Germanici decretos, quem principem juventutis quoque fuisse altius probavimus, refert etiam: ^{b)} *Equester ordo cuneum Germanici appellavit, qui juniorum dicebatur, instituitque, ut turmae idibus Iuliis imaginem ejus sequerentur.* Atque haec causa fuit, cur non dubitaret adserere Norisius, pro eodem accipi, esse principem juventutis, ac principem equitum. ^{c)} Etiam Spanhemius existimat, ^{d)} principes juventutis velut equestris ordinis ductores fuisse habitos, et hoc munus obivisse seu in ludis Circensibus, seu in decursionibus equestribus, seu in celebri Trojae ludo, qui praeunte exemplum Ascanio, ut auctor est Virgilius, a pueris majoribus, et minoribus inter Circenses agi consuevit. Vaillantius quoque, ubi laudatum supra Getae numum cum typo trium equitum decurrentium explicat, ^{e)} adserit, eum numum signatum in memoriam Trojae ludi, in quo Getae ut princeps juventutis praefuit, et idem alibi, ^{f)} Trojae ludis, ait, qui

praesidebat, princeps juventutis appellabatur. At vero nondum satis perspicere potui, fuisse principis juventutis, in hoc Trojae ludo agrum ducere. Enimvero testimonia veterum, quorum de hoc exercitio maximam partem convexit Panvinus, ^{g)} istud, quod volunt viri hi eruditi, diserte non docent, neque etiam numi, quos ad causam suam advocant. Nam cum in his princeps juventutis equo praecipite vectus proponitur, hic typus ludum Trojae non demonstrat, quia quodcunque aliud equestre studium, cujus is particeps fuerit, potest indicare. Sane in iustis funebribus Drusillae praetoriani milites cum suo praefecto, ac seorsim equites militantes, seorsim patricii pueri Trojae decursione circum tumulum ejus obequitarunt, ut narrat Dio. ^{h)} Enimvero ludum Trojae in numis Caji Agrippae F., in quo is equo currente vectus proponitur, facile agnosco, quia factum istud Dionis quoque testimonio juvatur, verum is huic ludo non interfuit ut princeps juventutis, quia hoc honore tum, cum hic numus signatus est, decoratus nondum fuit, ut dixi in hujus numi explicatu. Ergo hactenus certum principis juventutis cum Trojae ludo nexum compertum non habemus.

Hi ergo auctores principis juventutis dignitatem cum re equestri connectere non dubitarunt. At Harduinus cum videret, principem juventutis in numis plerumque proponi stantem, et arma-

a) Pag. 236. 11. b) Ann. II. c. 33. c) Cenot. Pif. Diss. II. c. 3. d) Tom. II. pag. 363. e) Num. imp. praest. f) Num. de Camps. pag. 99. g) de Ludis. Circ. L. II. cap. 9. h) L. LIX. § 11.

(Vol. VIII.)

tum haſta, et poſitis juxta duobus ſignis militariſus pedeſtribus, adſerit, 'principem juventutis ſemper fuiſſe ducem primarium turmarum pedeſtrium, aut, ut ipſe lingua patria explicat, *le Colonel General de l'Infanterie*. Vide in ejus Operib. ſel. p. 647, tum et in variis ejus chronologiae locis. Idem cum ex numis obſervaret Spanhemius, qui, ut diximus, principes juventutis ordinis equeſtris ductores antea conſtituit, paulo poſt ſubjicit, eos potius pedeſtri, quam equeſtri fuiſſe adſcriptos videri. ^{a)} Mazzoleni denique ſententia aut obſcurior eſt, aut certe propter rerum copiam implexior, quam ut eam paucioribus verbis in praefixa operis praefentis brevitate liceat explicatam dare.

Ex his patet, quam ſit res ardua, aut fere ἀδύνατος, certam quamdam, et moleſtis conjecturis liberam illuſtris hujus tituli notionem repraeſentare, cum diſſideant viri eruditiffimi, aut longa ſe ipſi commentariorum mole excrucient, aut denique nutare, variosque ad eum explicandum modos arceſſere comperiantur. Perperam typerum oracula advocamus, quae, quam ſint ambigua, hactenus vidimus. Iſtud tamen facile intelligemus, ſub primis principibus cum hoc titulo conjunctos fuiſſe plerumque typos equeſtres, poſt Getam ſemper pedeſtres. Quis ſpondere poterit, a primaeva hujus dignitatis natura, et inſtituto ſucceſſu temporis non fuiſſe diſceſſum, eamque forte unam veterem ſuum ſtatum ac conditionem conſervaviſſe? Eam ſane a novandi ſtudio non fuiſſe immunem, continuo patebit, cum exempla

dabimus, hunc honorem, qui longo tempore Caefares tantum exornavit, ab ipſis etiam Auguſtis fuiſſe ſuſceptum. Ceterum omiſſis omnibus conjecturis, et penitus rimandi libidine iſtud novifſe ſuffecerit, quod nemo in dubium poteſt vocare, hunc titulum non fuiſſe tributum, niſi iis, quos fortuna, ut eſſent Auguſtorum vel ſucceſſores, vel conlegae, deſtinavit.

Sed et principis juventutis nomen ſatis eſſe conſpicuum viſum eſt, quo ipſi Auguſti gloriarentur. Iuvat inquirere, quis horum primus teſtibus monumētis idoneis illo uſus fuerit. Proditur in muſeo Theupoliano argenteus Domitiani cum titulo Auguſti, in cujus averſa is dicitur PRINCEPS. IVVENTVTIS; at conſtat de perverſione monetae argenteae Romanae praecipue Flavioꝝ aetate. Similem habet muſeum Caefareum, ſed manifeſte ſubaeratum, neque dubitem, ejusdem naturae eſſe etiam Theupolianum. Ait Taninius, ^{b)} jam Severum in numo dici principem juventutis. Vbi is ſervetur, non addit. Reperi apud Mediobarbum, ^{c)} qui eum ex Patini Theſauro numismatum recitat, quo loco pag. 30 ſic proponitur: SEVERVS. AVG. PART. MAX. ꝫ PRINC. IVVENT. COS. *Tres figurae equeſtres decurrentes*. At jam viderunt et Mediobarbus, et Patinus, hanc averſam non ad Severum, ſed Getam pertinere. Numum a Mediobarbo citatum, in quo Diadumenianus et IMP. dicitur, et una PRINC. IVVENTVTIS, non moror, quia hauſtus eſt ex Hulſio Saturni abavo. Nuper muſeo Caefareo acceſſit nu-

^{a)} Tom. II. pag. 364.

^{b)} Suppl. ad Band. pag. 2. nota 2.

^{c)} Pap. 277.

mus Gordiani Aug. argenteus, totus integer, et certissimae antiquitatis cum hoc honoris vocabulo, quem loco suo descripsi. Mediobarbus tres Philippi junioris jam Augusti numos profert, in quorum is averfa princeps juventutis dicitur. Sitne in his rite lecta, an a monetario per errorem huc traducta matrix averfae, quae nuper fuit Philippi adhuc Caesaris, quis decideret? Subinde Decius et Augustus, et princeps juventutis etſi in numo hactenus unico dicitur, quem Khellius in suo ad Vailantium Subplemento vulgavit. Primus ergo usque modo erit Gordianus III., qui titulum hunc cum Augusto in numis conjunxit. Antequam ad sequentium imperatorum numos progredimur, memorandum marmor vulgatum a Sponio, ^{a)} in quo legitur: IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. AVG. PRINCIPI. IVVENTVTIS. — — — DEDIC. XVIII. KAL. SEPTEM. CATIO. SABINO. ET. CORNELIO. ANVLINO. COS. Processere hi consules V. C. 969, quo Caracalla jam numeravit trib. potestatem XIX. et tamen adhuc princeps juv. dicitur.

Post hos reliqua Augustorum principum juventutis exempla obiter tantum

indicabo, quae descripta videri possunt in singulorum numis. Decium sequitur Herennius filius in aureo Pellerinii, dein filius alter Hostilianus. Mox Trebonianus, et Volusianus, Tetricus. Aurelianus non quidem numi talem praedicant, tamen marmor apud Reinesium, ^{b)} sed qui inique additum hunc titulum descriptoris culpa tribuit. Sequuntur ex numis Probus, Numerianus, Carinus, Gal. Maximianus, Carausius, Maxentius, denique Constantinus M.

En tibi absolutam seriem Augustorum principum juventutis. Quid sibi quaesiverint adoptando titulo, qui hactenus tantum ad principes secundi fastigii pertinuit, a nemine explicatum reperio, neque et mihi adhuc opportuna quaequam causa in mentem venit, nisi hanc velis referre ad cognitam hac aetate omnium veterum institutorum conversionem, cujus copiosa hactenus dedimus exempla.

De numis Crispi cum epigraphe PRINCIPIA. IVVENTVTIS egimus in hujus moneta, quo loco et egimus de numo Gratiani Aug. cum epigraphe: PRINCIPIVM. IVVENTVTIS.

a) Miscell. pag. 271.

b) Class. III, n. 43.

CAPVT IX.



DE PONTIFICATV MAXIMO, ET SACERDOTIIS AVGV-
STORVM ET CAESARVM.

Inquirere, quae fuerit ministrorum religionis in urbe origo, quae varietas, quis progressus, nemo non intelligit, a meo instituto plane esse alienum. Istud qui penitus nosse cupit, praeparatam reperiet materiam, et praeclare expositam ab eruditissimis Ilviris Iacobo Gutherio in opere: *de veteri jure pontificio urbis Romae*, quod insertum est Tomo V. antiquitatum Romanarum Graevii, et Andrea Bosio in *Exercitatione historica de pontifice maximo Romae veteris*, eodem loco alteris typis restituta, quibus addendum alterum ejusdem opus *de pontificatu maximo imperatorum Romanorum praecipue Christianorum* ibidem recusum. Nobis in praesente capite sermo tantum erit de sacerdotiis Augustorum, Caesarumque, quod argumentum sive ex proposito, sive cum occasio tulit, praeter laudatos Ilviros illustrandum quoque susceperunt Baronius, Pagius, Tillemontius, Spanhemius, alique, ac postremo abbas Mazzolenus in proluxa Animadversione de pontifice maximo. Horum ego praeclaris commentariis usus multa de hoc argumento conscripseram,

cum forte fortuna incidi in dissertationem Bimardi Baronis de la Bassie *de pontificatu maximo imperatorum Romanorum*, cujus pars prior exstat in Actis academiae inscriptionum Tomo XII. Mém. pag. 355 usque ad finem, altera Tomo XV. inde a pag. 38. Hic commentarius, qui nescio quomodo antea me fugerat, avide a me perlectus cum plane congruere cum iis, quae scripseram, videretur, ac praeterea ordine, perspicuitate, eruditione meam longe superare diligentiam, cepi consilium, lectori nequaquam displiciturum, praeclara ejus praecepta servato eodem ordine huc conferendi, sic tamen, ut ejus abundantiam simus coercituri, et addituri pauca, quae ad rem idonea ab auctore praeterita videbantur.

Quatuor capitibus universam doctrinam complectitur, in quorum I. quaerit, quod fuerit discrimen inter pontificatum maximum reip. R., et imperatorum? II. Quo tempore pontificatus maximus communicari cum pluribus coeperit, et utrum etiam cum Caesaribus? III. An Augusti pontificatus max mini-

sterium per se obiverint, et cum plures una fuere pontifices max., an omnes dignitate pares? IV. Quo tempore Augusti pontificatu max. coeperint abstinere?

§ I.

Quod fuerit discrimen inter pontificatum maximum reip. R., et imperatorum.

Notum in vulgus, conlegium pontificum a Numa rege fuisse institutum, et qui huic praefuit, pontificem maximum appellatum. Pulso Tarquinio populi suffragiis creari coepit, reliqui pontifices a pontificum conlegio, donec et hi lege Domitia populi arbitrio permitterentur. Sulla dictator populi odio pontificum delectum horum conlegio tradidit, sed eo vita functo restituta populo suffragia ferente V. C. 691 T. Labieno tribuno pl. legem, et vidit idem annus pontificem max. C. Iulium Caesarem, ut in hujus numis diximus. Hoc a conjuratis caeso effecit auctoritate sua M. Antonius cos., ut iterum pontificum conlegio creandi pontificis max. jus esset, qui tum in M. Lepidum consensere. Hunc Octavianus V. C. 718 in ordinem redactum Illviratu quidem exiit, consensescere tamen in sacro magistratu est passus, quia is ex vetere instituto viventi adimi non potuit. Hoc V. C. 741 naturali morte e vivis sublato, anno sequente Augustus pontificatum maximum saepe antea a populo oblatum, semper recusatum suscepit. Vide haec uberius exposita in ejus moneta.

Verisimile existimat Bimardus, eam dignitatem Augusto a populo fuisse delatam. At posteaquam Tiberius mox ab adito imperio comitia populi sustulit, omnemque potestatem in senatum transtulit, deinceps ejus conferendae jus penes senatum stetisse, quem subinde suo jure usum pluribus exemplis comprobatur. Tamen Fl. Iulianum, ex quo a militibus acclamatus est Augustus, ausum semetipsum appellare pontificem maximum, refert Sozomenus. ^{a)} Hic igitur eligendi modus primum constituit discrimen inter pontifices veteres privatos, et pontifices Augustos.

Alterum discrimen in eo stetit, quod privatus ille pontifex maximus, etsi omnibus sacerdotiorum conlegiis, et ipsis etiam Vestalibus praefuit, potestatem non habuit, si quod sacerdotium morte vacuum fuit, alium in ejus locum instituendi. Quin constat, ut supra diximus, hunc delectum jam penes pontificum conlegium, jam penes populum fuisse. Verum hanc optionem deinde fuisse in Augustorum arbitrio, diserte docet Dio. ^{b)} Miratur Bimardus, Spanhemium et Pagium eam a Dione indicatam potestatem ad solos Caesares, et in imperio conlegas velle restringere, cum tamen multa sint exempla, quae ibi colligit, hanc gratiam a principibus ad privatos quoque fuisse derivatam. In illustrioribus est, quod Otho pontificatus, auguratusque honoratis jam senibus addidisse, et recens ab exilio reversos adolescentulos nobiles avitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluisse a Tacito dicitur. ^{c)} Alterum, quod ex Symmacho ^{d)} de Constantio II. Christiano jam

a) L. V. c. 1.

b) L. LIII. § 17.

c) Hist. L. I. c. 77.

d) L. X. epist. 54.

principe narrat: *Nihil decerpfit sacrarum virginum privilegiis, decrevit nobilibus sacerdotia, Romanis caerimoniis non negavit impensas.*

Tertium Bimardus discrimen in ampliore pontificis Augusti potestate posuit. Nam cum pontifex maximus rep. integra non esset nisi supremus conlegiorum suorum praefes, neque nisi consultis his posset ferre sententiam, pontifex max. Augustus his limitibus coercitus non fuit, sed pro arbitrio jus sacerum est interpretatus, tantumque permittit conlegiis, quantum ipse voluit, quae lex pro varia principis seu ambitione, seu moderatione varia fuit. Vide apud auctorem complura in utramque partem exempla.

In quarto discrimine putat, quod olim auctoritas pontificis max. sola urbe Roma, et adjacente agro videatur fuisse definita, at deinceps eosdem cum imperio habuisse fines. Verum pauca exempla, quae hoc loco adfert, non satis istud stabiliunt. Neque enim exilimo, valuisse ejus potestatem etiam in civitates, quibus ex vetere instituto legibus suis vivere collata autonomia permittum fuit. Legimus, Trajanum consulenti in causa dedicationis Plinio in haec verba respondisse: *a) solum peregrinae civitatis capax non esse dedicationis, quae fit nostro jure.* Agebatur vero causa Nicomediae Bithyniae. At nomine *civitatis peregrinae* intelligi eam, quae legibus suis utitur, alibi disputavi. *b)* Accedit, fuisse per imperium populas, aut eorum partem, qui ex religionis

propriae instituto pontificis alieni dictis audientes esse non poterant, quales fuisse Aegyptii, Iudaei, denique Christiani. Contraria exempla non tam videntur jus Augustorum pontificium probare, quam juris abusum, Augustis, et provinciarum praefidibus paullatim vix aliquam autonomiae umbram extraneis indulgentibus, quo de argumento eodem loco copiosius disserui. Generatim Tacitus tantum *Italicis in oppidis cunctas caerimonias, templeaque, et numinum effigies juris atque imperii R. esse docuit.* *c)*

§ II.

Quo tempore pontificatus maximus communicari cum pluribus coeperit, et utrum etiam cum Caesaribus.

Nemo haecenus fuit, qui in dubium vocaret, salva republica unum tantum pontificatui maximo praefuisse. Tempore imperatorum ab hoc instituto discessum est, at quando, variant sententiae. Viri primi in historia critica subsellii, Bosius, Norisius, Pagius, Tillemontius, Spanhemius, Vaillantius, Buonarrotius in eo conspirant omnes, primos Balbinum, et Pupienum una fuisse pontifices maximos. At fuere etiam, qui tempus praeverterent, quos enumerat Mazzolenus, *d)* qui adserere non dubitabant, imperatores omnes eo ipso, quod ad imperium acciti erant, pontifices max. evasisse, ex quo sequeretur, jam Titum, Trajanum, L. Ve-

a) L. X. epist. 59. madv. III. pag. 55.

b) Vol. IV. de urbb. auton. pag. 270.

c) Ann. III. 71.

d) Ani-

rum etc. eodem honore fuisse ornatos Eandem sententiam resuscitavit vir praeclarae in nostris studiis famae Bouhierus vulgata anno saeculi labentis 1733 dissertatione, quae exstat in Historia academiae inscriptionum Tomo IX. pag. 115, quem deinde secutus est Mazzolenus loco laudato.

Horum se doctrinae acriter, ac jure opposuit Bimardus noster in dissertatione, quam prae manibus habemus. Ex historicis locum classicum suppeditat Dio, ^{a)} quo loco decretos imperatoribus a senatu honores enarrat: *ἐκ τε τῶ ἐν πασαις ταῖς ἱερωσυναῖς ἱερῶσθαι, καὶ προσετι καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους σφῶν διδόναι, ἀρχιερέων τε τινὰ αὐτῶν, καὶ δύο, καὶ τρεῖς ἅμα ἀρχῶσιν, εἶναι, πάντων αὐτοῖ καὶ τῶν ὁσίων, καὶ τῶν ἱερῶν κυριεύουσιν. Quoniam autem omnibus sacerdotiis inaugurati sunt, ac praeterea aliis eorum pleraque elargiuntur, et unus imperatorum, etiam si duo, vel tres simul imperant, summum pontificatum gerit, eo fit, ut sacra omnia in sua habeant potestate.* Qua ergo in oratione docet, cum duo, aut tres una fuerunt Augusti, horum unum tantum pontificatus max. dignitate praevaluisse. Ergo ex praeclari historici sententia istud obtinuit usque ad Alexandrum Severum, quo is imperante vivere desit. Paucis post annis infracta haec lex, Balbino et Pupieno simul in eadem dignitate constitutis, quorum uterque in numis paxim pontifex maximus appellatus. Editio exemplo plura deinceps fuerunt summi hujus sacerdotii conlegia, quin et verisimile est, inde a Balbino et Pupieno omnes, ex

quo conlegae imperii esse coepere, fuisse etiam in pontificatu maximo conlegas, ut Philippum juniorem, Volusianum, Carinum, aliosque, de quo argumento vide singulorum numos. Sane tres eodem tempore in eadem dignitate stetisse, Gal. Maximianum, Constantinum, et Licinium, patet ex edicto Gal. Maximiani, quod conservavit Eusebius, ^{b)} in quo tres hi omnes pontifices max. appellantur. Adde illos, qui in provinciis per vim Augustos sese dixerunt, et una pontifices maximos, cujus in numis Postumi, Victorini, Tetrici exempla suppeditat Bandurinus.

Iam vero et Buhierus, ejusque sequaces sua expediunt argumenta, quibus evincere conantur, jam etiam Titum, aliosque deinceps imperii conlegas in summi pontificatus conlegium fuisse adscitos. Causam suam tuentur numis, et marmoribus, nam aliae iis copiae praesto non fuere. Horum aciem ut obtunderet Bimardus, eadem sibi arma delegit, quibus ipse ego in simili bellorum genere, atque, ut lectori ignotum esse non potest, in universo hoc opere constanter sum usus. Qui enim amabo hi numi? quae marmora? nimirum, inquit, quos nobis numos dedere Goltzius, Occo, Mediobarbus, falsos, confictos, male lectos promulgatosque, pessimae omnes notae, aut, etsi antiquos, tamen subaeratos, ergo mendaces, malosque veritatis praecones, laborantibus simili morbo marmoribus, sive quadratarius, sive inscitia municipalis, sive descriptores, aliaeve causae multiplices vitium illis intulere. At ve-

a) L. LIII. § 17.

b) Hist. eccles. L. VIII. c. 8.

ro alias dictare leges numos probos ac genuinos, tum et marmora, quae publica, ac praecipue Romana auctoritas incidit, et peritus oculus legit, et in membranam transtulit. Singulos deinde numos, quibus nituntur adversarii, in iudicium vocat, eorum malam fidem demonstrat, iisque veros, et omni suspicione liberos opponit. Necesse non existimo, singula viri praestantis argumenta transcribere, quia generatim verissimum est, omnia adversariorum monumenta suspectae esse fidei, et auctoritatis, et ipse satis partim in Prolegomenis ad numos Augustorum, partim in tractatu de tribunicia potestate comprobavi, quam miseram necesse sit exire historiam, quae huius indolis testimoniis nititur. Qui amplius instrui cupit, adeat ipsum Bimardi oraculum. Neque minus solide is refellit sententiam, qui sanxere, a veteribus non raro dici simpliciter pontifices, qui re ipsa fuere pontifices maximi, quod sibi praecipue probandum sumpsit Cupeus. ^{a)} Nam etsi nonnunquam sic locuti fuerint historici, aliique scriptores, non tamen aut numi, aut marmora incorrupta. Vide laudatam dissertationem p. 377.

Dedimus supra Dionis locum, in quo imperatores dicuntur omnibus semper sacerdotiis fuisse inaugurati, ut adeo una essent et pontifices maximi, et praeterea pontifices, augures, XVviri sacris faciundis, et VIIviri epulonum, de quibus solis quatuor conlegiis vide Norisium, ^{b)} tum et numos Neronis Caesaris.

Dionis verba egregie confirmat marmor Gruterianum dicatum Tiberio PONTIF. MAX. AVGVRI. XVVIRO. S. F. VIIVIRO. EPVLON. ^{c)} ut adeo non solum tales essent, sed et nonnunquam in monumentis publicis promulgarentur. In numis Augustorum (aliter se res habet in numis Caesarum, de quibus mox) omnia haec conlegia nunquam enunciantur. Tamen nonnulli Augusti in numis auguratus quoque mentionem fecere. Legitur in numis Caligulae: PONT. MAX. AVG. additis simpulo, et lituo, Claudii: P. M. AVGVRI, Vespasiani, et Titi: AVGVRI. TRI. POT. Vide, quae in singulis notavimus. Ceterum constat, adhuc stante rep. plura alia sacerdotia cum pontificatu max. fuisse conjuncta. Iam Iulius Caesar in numis dicitur: AVGVRI. PONT. MAX., et Livius: ^{d)} *Exitu anni et C. Servilius Geminus pontifex maximus decessit; idem Xvir sacrorum fuit. Pontifex in locum ejus a collegio cooptatus est Q. Fulvius Flaccus, at pontifex maximus M. Aemilius Lepidus, et Xvir sacrorum Q. Martius Philippus.*

Augusti suos ^{*} five natura, five adoptione filios aliquo semper sacerdotio exornare, ac primum quidem Augustus nepotes Cajum et Lucium, Tiberius filium Drusum, subinde Neronem, et Drusum Germanici liberos. Vide horum omnium numos. Tamen hi uno alterove sacerdotio fuere contenti. Verum Claudius permovit senatum, ut Neronem a se adoptatum in omnia sacerdotum conlegia supra numerum co-

^{a)} Not. in Lactant. de mort. perfec. Muratori pag. 223 6.

^{d)} L. XL, c. 42.

^{b)} Cenot. diss. II. c. 5.

^{c)} Pag. 235 10. item

optaret, ut dictum in Neronis moneta. Caesarum aliquem fuisse quocunque tempore pontificem maximum, nullo certae fidei monumento constat. Quo magis mirum, Albinum Clodium nondum Augustum in quibusdam numis dici pontificem maximum, quos adi-

§ III.

An Augusti pontificatus max. ministerium per se obiverint, et cum plures una fuere pontifices max., an omnes dignitate pares?

Hanc quaestionem, et quae deinceps sequuntur, prolixè disputat Bimardus in Actis Parisinis Inscriptionum Tomo XV. inde a pagina 38. Cum nunquam desint viri praestantes, quorum irrequetum ingenium sectari subtilia, nodumque in scirpo quaerere amat, fuere etiam, qui adsererent, aut suspicarentur, Augustos pontificatus max. titulo contentos nequaquam ipsos connexa cum hoc munera adimplevisse. Contrarium aliorum judicia secutus docet Bimardus, cum constet ex historiae Augustae scriptoribus, quorum copiosa testimonia recitat, eos generatim peregrisse, quae pontifices max. integra republica praestare consueverunt, restituisse caerimoniae neglectas, stabilivisse novas, procurasse ludos sacros, reformasse Kalendarium, quod non modo a I. Caesare, sed et Augusto factum refert Suetonius, ^{a)} feriarum tempora constituisse, in fidem librorum Sibyllinorum inquisi-

visse, iudicasse causas sacerdotum utriusque sexus, et his similia, sacrificasse autem publice in causis imperii, non scriptores modo, sed et infinitae numerum averlae copiose testantur. Non obstat, factum saepenumero, ut imperatores, sive cum peregre agerent, sive valetudine detinerentur, vicario pontifice uterentur, nam istud imperavit necessitas; neque etiam, quod de Antonino Pio perhibet Capitolinus: *nec ullum sacrificium per vicarium fecit, nisi cum aeger fuit*, quo testimonio uti amant adversarii, quo comprobent, imperatores alios vicarium semper praesto habuisse, qui pro se pontificis max. munia obiret. Sed enim haec oratio aliud non docet, nisi Antoninum in patria sacra aliis impensius fuisse adfectum, cuius illustra exempla in ejus moneta dedimus; neque etiam haec ejus assiduitas tantopere videatur mirabilis, cum, quoad imperavit, nunquam pedem ex urbe, aut vicinia extulerit.

Ad alteram hujus quaestionis partem transgressus Bimardus, nimirum, cum plures una fuere pontifices maximi, an omnes dignitate pares fuerint? negat, in omnibus historiae R. scriptoribus certa sese argumenta reperisse, quae resolvere dubium possent. Solas igitur superesse conjecturas, easque ab Augustae dignitatis ratione petitas. Tres igitur cum Pagio sub imperatoribus distinguit imperii administrandi formas, prima est, qua Augusti sibi adscivere successores Caesares, sic tamen, ut hi illis plane subessent, in quorum numero fu-

a) in Aug. c. 31.
(Vol. VIII.)

ere Tiberius, Titus, Trajanus, Antoninus Pius, M. Aurelius. Altera, qua M. Aurelius L. Verum, deinde Commodus, Severus Caracallam, et Getam sibi sociaverunt collato etiam Augusti nomine, sic tamen, ut singulorum auctoritas in omnes aequae imperii R. provincias valeret, et unum tantum existimaretur imperium, etsi plures illi praessent. Tertia, quam post Diocletiani, et Maximiani abdicationem constituerunt Constantius Chlorus, et Gal. Maximianus, cum hi imperium dividere, et designatae provinciae, legionesque, quae singulis parerent. Atque tum imperium nonnisi nomine dici unum potuit, nam deinceps quivis permisis sibi provinciis summa cum auctoritate praefuit, quin alter alteri obnoxius esset, solo relicto unionis signo, quod, cum leges ab Augustorum quopiam latae fuere, adposita fuere conlegarum nomina. Enarratis his tribus formis arguit Pagius, usque ad Balbinum et Pupienum non fuisse nisi unum pontificem maximum, ut dictum altius. Post hos, ait, in obscuro esse, utrum solum nomen pontificis max. cum junioribus Augustis communicatum fuerit, et potestas penes unum remanserit, an vero hi quoque in potestatis consortium vocati fuerint. At facta demum imperii divisione Augustos omnes non solum summae hujus dignitatis nomen, sed et connexam cum hoc potestatem habuisse. In omnibus his cum Pagio convenit Bimardo, nisi quod hic plane verisimile

putat, etiam inde a Balbino usque ad Chlorum junioribus Augustis non nudum pontificis max. titulum, sed aliquod etiam ejus exercitium fuisse permissum. Abstineo ab argumentis, quibus utrique praesentem causam confirmat, quia illud praefixae brevitatis fines excedit, et praeterea ad hanc nihil opis conferunt numi.

§ IV.

Quo tempore Augusti pontificatu max. coeperint abstinere?

Amplam haec quaestio eruditis disputandi materiam suppeditavit, quorum alii censuere, primum fuisse Gratianum, cui summo hoc gentilium sacerdotio fungi nefas visum esset, contra alii, jam a Constantino M., qui primus Christiana sacra amplexus est, illud fuisse repudiatum. Priori sententiae adhaesit Baronius, ^{a)} etsi olim alteram praeferret, ^{b)} adhaesere etiam Bosius in laudata principio Exercitatione historica de pontifice max., Spanhemius, ^{c)} Vandale, ^{d)} multique alii, quos enumerat Bosius. Alteri sententiae sese applicuere cel. Iacobus Gothofredus in epistola, quam nomine *Iulii Pacidii de interdicta Christianis cum gentilibus communionem Genevae* edidit, Pagius, ^{e)} Tillemontius, ^{f)} ac post alios nuper copiosius eruditus abbas Mazzolenus. ^{g)} Vtramque sententiam expensis utriusque partis argumentis in severum, ac fortasse propter rerum copiam nimio pro-

a) Ann. eccl. ad ann. Chr. 312. b) Not. in martyrol. Rom. ad diem 21 Aug. c) Tom. II. p. 413. d) Dissert. II. de Pont. max. e) Crit. Bar. ad ann. 312. f) Hist. impp. Tom. IV. variis locis. g) Animadv. III. de Pont. max. p. 66.

ductum examen vocavit Bimardus noster inde a pagina 75, sanxitque, priorem Baronii, Bosliue opinionem alteri longe praeferendam. Non possum longae disputationis nonnisi summam huc conferre, quam, quantum fieri potest, paucis excerptum eo.

Repudiati primum a Gratiano pontificatus max. disertum testimonium unus offert Zosimus. ^{a)} Narrat enim, cum quis ad imperium vocatus est, adfuisse continuo pontifices, qui amictum illi pontificalem obtulere, et pontificem adeo maximum appellatum fuisse. Omnes hactenus imperatores videri avide hanc dignitatem suscepisse, et semper hoc titulo usos, ne excepto quidem Constantino, etsi is abjecta majorum religione Christianam esset amplexus. In eodem proposito mansisse etiam, qui proxime succedere, atque hos inter Valentinianum quoque, ac Valentem. Verum cum pontifices veterem morem secuti togam sacerdotalem Gratiano offerrent, hunc eam repudiasse, cum negaret, ea hominem Christianis sacris deditum uti posse. Reddita igitur pontificibus toga dixisse pontificem conlegii sui principem, si fastidit imperator nomen pontificis, paullo post futurum pontificem Maximum. Hactenus Zosimus, cujus postrema verba continent adlusionem ad Maximum Britanniae tyrannum, qui revera aliquot post annis caeso Gratiano imperium arripuit. Hujus veritatem testimonii Bimardus argumentis aliis, quibus passim usi sunt eruditi, qui praeceffere, stabilire nititur.

An enim, si jam Constantinus M. pontificium illud munus detrectasset, contemptum tam canorum indicare in commentariis suis neglexissent aut scriptores ecclesiastici, ac praecipue Eusebius, aut scriptores gentiles, ac cum primis Iulianus apostata? Ex quo silentio argui jure potest, a praecedentibus principibus Christianis nihil in hoc more fuisse mutatum. Deinde si potuit satis habere animi ad aspernandam religionem veterem, tamen periculosum fuisset ab acceptando summo hoc munere alienum videri, quia jure metus fuisset injectus paganis numero tum adhuc praevalentibus, ne eos ad suscipienda nova sacra vi adigeret. Ergo quo jure deinceps quoque permisit agi ludorum solennia, et quasunque antiquae superstitionis caerimonias, eodem et ipse potuit admittere munus, quo secundum praescriptas leges antiqua superstitio regebatur. Accedit, quod amolienda a se ea dignitate justam potestatis imperatoriae partem, propter quam ea a majoribus avide expetita fuit, ipse sibi ademisset. Quid quod ea retenta principes Christiani mille habuere modos, idolorum cultum cuniculis oppugnandi, prohibendo illatis causis solitos conventus, ritus, caerimonias, aliaque. Praeter allatum mox Zosimi testimonium memorandum etiam alterum Servii, qui sub principibus Christianis scripsit, *sane majorum, inquit, haec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos, vel pontifex, unde hodieque imperatores dicimus pontifices.* Ad monumenta vetera quod attinet, ex-

a) L. IV. c. 36.

stant marmora, quae citat Bimardus, in quibus Constantinus M., Valentinianus, Valens, atque ipse etiam Gratianus pontifices maximi appellantur. Adde denique ego: si visum fuisset Constantino detrectare pontificatum, quia componere illum cum causis religionis suae nequiret, prohibere etiam non potuisset, quo minus dignitas a principe abjecta alteri deferretur, ne pontificum conlegium capite suo careret, ac cum primis illa aetate, qua totus fere adhuc senatus R., conlegia omnia, ac maxima civium pars paganis constabant. At vero tantum abest, ut alteri supremum hoc munus imponeretur, ut ex monumentis, scriptoribusque constet etiam, neminem ante Gratianum vel ab ipsis paganis agnitum pontificem maximum, nisi unum principem.

His praemonstratis Bimardus diluere Gothofredi objecta aggreditur iisdem usus argumentis, quae in eadem causa Bosius olim Gothofredo opposuit, quorum praecipua capita haec sunt. Ait hic primum, nullam Zosimum promereri fidem, ut qui narrationis suae vadem non citat. Verum, respondet Bosius, vade opus non fuit Zosimo auctori fere synchrono. Zosimo, invehitur Gothofredus, nulla habenda fides, scilicet jurato Christianorum hosti, et qui multa de jactato Constantini M. in haruspicinam adfectu ineptit, et quod amplius est, qui de ipsa Gratiani nece falsum dixit, cum eum contra omnium scriptorum fidem non Lugduni Galliae, sed Singiduni Moesiae peremptum narrat. Obloquitur Bosius, odium scriptoris pagani, nisi aliae causae idoneae praesto sint, per se solum non suffi-

cere ad abrogandam fidem, si qua minus laudabilia de principibus Christianis scripsit. Ad haruspicinam quod attinet, Gothofredum Gothofredo opponit, qui ipse in commentario suo in titulum codicis Theodosiani: *de paganis, sacrificiis, et templis*, adserit, Constantinum lata lege haruspicinae usum permisisse. Quo pacto excusari possit lapsus Zosimi Singidunum pro Lugdunum scribentis, lege copiose differentem Bimardum. Prosequitur Gothofredus, verisimile non esse, si imperatores Christiani pontificatum admisissent, istud a pluribus aliis scriptoribus paganis fuisse dissimulatum, neque etiam videri verisimile, patres ecclesiae non omnem fuisse impensuros operam, ut ab hoc proposito principes Christianos averterent. At enim, inquit Bosius, ab ipso hoc scriptorum silentio probari, imperatores obire pontificatum perrexisse; nam ea tantum solent literis consignari, quae a vetere instituto recedunt, non quae cursum suum ordinarium retinent. Ceterum Zosimus non solus fuit, qui pontificatum eos gessisse narravit. Servium jam supra citavimus. Ausonii infra mentio fiet. At jam ad alia monumenta provocat Gothofredus, aitque, titulum pontificis max. iisdem neque in edictis, neque in numis saltem genuinis, neque in marmoribus tribui. Respondet Bosius, nihil istud probare, quia nimium probat; neque enim vel Maximinus Daza, vel Iulianus in edictis eum praefecerunt titulum, nemo tamen propterea negaverit, fuisse eos pontifices maximos. Inde a Claudio Gothico ea dignitas raro jam in numis expressa fuit, et fuere principes pagani complures,

quorum numi eam plane reticuere. Idem factum reperimus cum tribunicia potestate, et consulatu; an vero eos propterea utrumque munus repudiassent statuimus? Tamen numos Constantini M., qui eum pontificem max. dicunt, in ejus moneta dedimus, et adfert Bimardus marmora, quae idem illi elogium tribuunt. ^{a)} Quod si illud in filiorum Constantini M. numis omisum est, causam adfert Bimardus, ^{b)} quia tum demptis titulis *Dominus noster*, *Imperator*, *Caesar*, *Augustus*, reliqui omnes, scilicet consulis, tribun. potestatis, pontificis maximi passim in numis omitti coepere. Sane hactenus numus Iuliani, qui hunc pontificem vocaret, repertus non est, etsi Libanius testetur, ^{c)} illi non minori voluptati fuisse titulum pontificis, quam imperatoris. Addo ego testimonium aliud Socratis, conquerentis, Iulianum semetipsum pontificem max. appellasse. ^{d)}

Sunt hae potiora argumenta, quae expedit Gothofredus, deinde, qui hunc refutavit, Bosius. Addidit continuo sua propria Bimardus, sed antequam istud ageret, praemonendum necessario duxit, ^{e)} in pontifice maximo tria esse spectanda, titulum ipsum, a quo illi, qui eo ornatus fuit, sacra quaedam veneratio accessit, deinde potestas, quae illi utriusque sexus sacerdotes subiecit, et quae vetuit aut novae rationis cultum stabiliri, aut jam receptum immutari, denique muneris exercitium, quod praecipue in administrandis sacris ritibus, et offerendis sacrifi-

ciis constabat. Postremum istud cum religionis Christianae praeceptis componi non potuisse, ipse facile intelligit, non tamen adversatas fuisse priores duas causas, quin potius ad amplificandam religionem Christianam, et coerendam idololatriam plurimum conferre opis potuisse. Haec omnia multis testimoniis, argumentisque confirmatis ex historia ejus aevi inde a Constantino M. usque ad Gratianum, solutisque pertinace opera dubiis, quae obstare sententiae suae possent. Magnum illi momentum est inscriptio pontis Tiberis in hunc usque diem Romae proposita, et ipsorum Valentiniani, Valentis, Gratiani, qui eodem omnes tempore Augusti fuerunt, auctoritate ponti inserta, quae singulis palam pontificis max. nomen addit. Eam a multis aliis editam habes apud Gruterum. ^{f)} Ex quo arguit Bimardus, quamdiu Valentinianus, Valensque superstites fuere, Gratianum recusare non potuisse oblatum pontificatum, quem ultro suscipere seniores Augusti. At posteaquam his vita functis primus Augustus, atque unus evasit, nihil jam obstitisse, quo minus libere voluntatem suam explicaret. Quod reliquum est dissertationis, indea pagina 125 examinandis Ausonii scriptis impendit, cujus testimonia pars utraque ad causam suam solet advocare. Postremo impugnat fidem monumentorum, ex quorum doctrina sequeretur, adhuc Valentinianum III., Marcianum, et Iustinum I. dictos fuisse pontifices maximos. ^{g)}

a) l. c. p. 108.
c) l. c. pag. 88.

b) ibid. p. 110.
f) Pag. 160.

c) Paneg. Tom. II. p. 295.
g) Pag. 142.

d) H. E. L. III. c. 1.

Absolvi summam ejus disputationis, quae virorum praestantium sententias diffraxit. Vt non gravate ipse Bimardi, et qui huic duces fuere, opinioni subscribo, quia argumentorum robore praestare videtur, sic fateor tamen, suum etiam alteri adversae inesse pondus, quo sane fretus vir quidam eruditus Dominicus Marsella nuper Romae disputationem vulgavit, quae inscribitur: *Il pontificato massimo non mai assunto dagli Imperadori Cristiani*, qua is in disputatione advocatis etiam causis theologiceis negat absque gravissima culpa exerceri a principe Christiano potuisse munus, quod professioni fidei Christianae palam adversatur, quia, inquit, intrinsece malum, et gravissimi foret piaculi, seu verbis, seu opere quocunque obtentu falsam religionem simulare. Vtrumque dum una posse consistere negat vir pius probusque, possumus jure quaerere, quo pacto principum Christianorum, qui usque ad Gratianum imperare, ne ipso quidem plures ob causas dempto Constantino M., vita improba ac scelerata, vindictae cruentae, fraterna odia caedesque, et quae sunt his magis atrocia, cum legibus theologiceis, ac religionis verae professione potuerint

componi? Miraremur isthaec, nisi de multorum hominum doctrina satis constaret, quae caerimonias, ritus, opiniones quasdam ἀδιαφορος arctiore vinculo cum causis religionis connectit, quam virtutis solidae praecepta, quibus potissimum exercendis ex divini legislatoris praescripto humani generis salus continetur. Addendum denique, eruditum Vandale, non contentum, Bosii sententiae adhaesisse, ultra adhuc progressum esse, cum sancire non dubitavit, Caesares Christianos adhuc diu post Gratianum se pro pontifice max. gessisse inter Christianos, quod iste titulus includeret summum in Christianorum ecclesias regimen atque imperium, atque adeo, quae ad SS. Trinitatem et fidem catholicam, ad ecclesias earumque privilegia, quae ad episcopos et clericos, quae ad haereticos, quae ad baptismum, ad sepulturas etc. pertinebant, a Christianis imperatoribus fuisse directa, correcta, iussa, aut vetita jure pontificatus maximi, quod ad ipsos per potestatem Caesaream, cui is pontificatus adnexus erat, devolvebatur. a) Complures imperatores sic agere instituisse, ut crederent, similia jura ad se pertinere, quis negaverit?

a) Dissert. II, de pont. max. cap. I.

C A P V T X.

DE TRIBVNICIA POTESSTATE.

Tribunicia imperatorum potestas a tribunis plebis ducitur, qui anno post exactos reges XVI., V. C. 262 constituti sunt, ut plebi adversum patriciorum insolentiam, et saevitiem praesidio essent. Quibus gradibus eorum vires, ac potentia creverint, quamque fuerint non patriciis modo, sed ipsis summis magistratibus graves ac molesti, non est hujus loci commemorare. Istud certum, majora tribunis, atque ampliora fuisse concessa jura ac potestatem, quam ut principes, qui remp. everterunt, omniumque in se magistratuum vires transferre sunt conati, non etiam tribuniciam auctoritatem ambirent, aut ultro sibi deferri concupiscerent. Neque enim exigua fuit ad summam sive potentiam, sive felicitatem accessio; esse sacrosanctum, et, ut ait Cicero, ^{a)} non modo contra vim et ferrum, sed etiam contra verba legibus sacris armatum, posse quibuscunque senatusconsultis intercedere, convocare, cum luberet, ac dimittere senatum populumque, magistratus sibi obstitentes vi ad obsequium adigere. Vide, quae de hac tribuno-

rum pl. potestate subinde in imperatores transfusa nitide differuit cl. de la Bletterie Gallus. ^{b)}

Primus, cui extra ordinem decreta est tribunicia potestas, fuit Iulius Caesar testante istud Dione. ^{c)} Nimirum inter alios honores, quos audita victoria Pharsalica ei detulit populus, fuit etiam, ut per omnem vitam tribuniciam etiam quodammodo potestatem obtineret. Idem honos oblatus Octaviano post victum in Sicilia Sex. Pompejum Lepidumque, si fides Orosio, ^{d)} sive ad Actium Antonium teste iterum Dione, ^{e)} sed quem tum videtur aut non accepisse, aut certe negligentius habuisse. Etenim anno post ea septimo, V. C. 731, ut idem Dio refert, ^{f)} decretum a senatu, ut Augustus tribunus plebis perpetuus esset, additque continuo: inde exortum, ut Augustus, qui cum secuti sunt imperatores, lege quadam cum reliquis hisce honoribus, tum tribunicia potestate uterentur. Primus ergo fuit Augustus, qui eam hac lege suscepit, qua apud successores valuisse ex veterum monumentis intelligimus.

a) pro Sextio. b) B. L. Tom. XXV. Mem. pag. 392. VI. c. 18.

e) L. LI, § 19.

f) L. LIII, § 32.

c) L. XLII, c. 20.

d) L.

Ejus suscipiendae, et conservandae non unam habuit Augustus causam. Praeterquam enim quod secundum ea, quae supra commemoravi, et potentiam sibi adjunxit, et securitatem, popularis potestatis specie invidiam declinavit, exotis tum maxime *regis* et *dictatoris* vocabulis. Quod quidem Augusti consilium non fugisse perspicaciores, declaravit Tacitus agens de potestate tribunicia: ^{a)} *Id summi fastigii vocabulum*, inquit, *Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret.* ^{b)} Atque idem supra de eodem Augusto: ^{b)} *posito Illviri nomine consullem se ferens, et ad tuendam plebem tribunicio jure contentum.* Quo quidem instituto professus est, quod gratissimum videri populo debuit, esse se reip. studiosissimum; et nonnisi ex reip. more vitam ac bona civium defensurum. Et fuit hic decori praetextus quodammodo necessarius illo tempore, quo libertatis recordatio adhuc hominum animis infederat. Quin eodem adhuc usus consilio Tiberius, homo violenti cetera ingenii, sed astutiae cognitae, *cuncta per consules incipiebat, tanquam vetere republica, et ambiguus imperandi. Ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribuniciae potestatis praescriptione posuit*, ut ait Tacitus. ^{c)} Ex quo apparet, quam valida fuerit ea potestas ad firmandum

principatum, et resp. his velut cuniculis, nimirum populari specie, certius, quam aperta vi sit everfa. Atque hac sane fiducia dicta est Tacito *summi fastigii vocabulum*, non quod illa summum fastigium significaret, sed quodammodo efficeret, quo modo et de Tiberio potuit adfirmare Vellejus, eum *tribuniciae potestatis consortione fuisse aequatum Augusto*, ^{d)} atque eam Vopiscus quoque *partem maximam regalis imperii* vocavit. ^{e)} Fudere, qui huic potestati nimium detraherent, alii, qui nimium tribuerent. Ex illis Norisius nimium parvus, ut refert Pagius, ^{f)} existimavit, trib. potestatem imperatorum nullum designasse imperium, sed tantum jus intercedendi, atque immunitatem ab omni injuria. Ex his Dodwellus nimio liberalis in trib. potestate inclusam una fuisse potestatem proconsularem adseruit. Verum has singulares sententias jam accurate refutavit eruditissimus Schwarzius in *Exercitatione academica de Augustorum Caesarumque trib. potestate* § XII. et XIII., et Mazzolenus in dissertatione ejusdem argumenti pag. 7.

Magnum tamen fuit inter veteres tribunos plebis, et imperatores trib. potestate praeditos discrimen, cujus rationem ipse Dio aliquot locis expedit. Primum neque Augustus, neque ullus alius imperator tribuni pl. nomen gessit, sed titulum trib. potestatis. ^{g)} Ni-

a) Ann. L. III. c. 56. b) Ann. I. 2. c) Ann. I. 7. d) L. II. c. 99. e) in Tacito Aug. c. 1. f) Critic. Baron. ad ann. Chr. 147 n. IX. g) L. LIII. § 32.

^{a)} Quoniam tribunatus non tam honorem et excellentiam, quam fiduciam contra vim attulit, conjicit laudatus Bletterius, (l. c. pag. 438.) consentiente etiam Gutherio, pro *praemineret* legendum forte *praemuniret*.

mirum quod ipse alibi adserit, ^{a)} *gere-
re quidem tribunatum plebis nefas ducunt
imperatores, cum utique ipsi patricii sint,
omnem vero trib. potestatem, quanta un-
quam maxima fuit, accipiunt.* Ex quo
docemur etiam, imperatores, etsi ex
plebeiorum ordine essent, continuo in
patricios fuisse adlectos, cujus quoque
exemplum in Did. Iuliano dedit Sparti-
anus. ^{b)} Deinde integra rep. non potu-
it tribunus pl. esse simul consul, aut al-
ium obire magistratum, quod tamen
permisum fuit imperatoribus. Acce-
dit, tribunatum veterem ex lege ordi-
naria non fuisse, nisi annuum, ^{c)} eum-
que initum IV. id. Decembres, cum ta-
men imperatorum trib. potestas fuerit
perpetua, et quocunque anni tempore
decreta. Denique tribunis pl. non li-
cebat abesse urbe, neque extra eam
pernoctare, nisi feriis Latinis, ^{d)} eo-
rumque praeterea potestas extra urbem
non valuit, at licuit imperatoribus ab-
esse urbe, neque si aberant, vim suam
amiserat trib. potestas, cujus exemplum
in Rhodo dederat Tiberius, cum cita-
tum pro tribunali convitiatorem rapi
iussit in carcerem. ^{e)}

Etsi vero imperatores trib. potestatem
occupassent, non tamen in urbe tribuni
pl. ex vetere more creari desivere, quo-
rum etiam exstant exempla non raro
tribunicia libertate senatusconsultis in-
tercedentium, ut videre est apud Pighi-
um suos singulis annis tribunos, si quos
historia testata est, tribuentem. At pro-

num est conjicere, ut reliquorum ma-
gistratum, sic et tribunorum paullatim
exolevisse auctoritatem, ac denique
praeter nomen relictum nihil. Existi-
mat Panvinus, durasse tribunos usque
ad Constantinum M., a quo certum est,
cum novam constitueret reip. formam,
multa vetera instituta fuisse antiquata.

Conferre imperantibus trib. potesta-
tem, ad senatum pertinuit, a quo eam
et Iulio Caesari, et Augusto delatam
novimus. Sed et deinceps firmato jam
principatu arbitrium istud senatui per-
missum, non quod principibus deessent
vires, quae vellent, occupandi, verum
quo honores non vi extorxisse videren-
tur. Sic teste Tacito vel ipse Tiberius
petiit a senatu, ut Druso filio trib. po-
testatem conferret. ^{f)} Qua de causa Ela-
galalum perstringit Dio, quod non ex-
spectato senatusconsulto praeter honores
alios principibus deferri solitos in trib.
potestatis nomen involavit. ^{g)} At de e-
jus successore Alexandro Lampridius, ^{h)}
eum uno eodemque die a senatu Augu-
stum, trib. potestatis, patrem patriae
fuisse appellatum. Neque vero causam
reperio, cur unus Pescennius, etsi Au-
gustum se palam professus est, tamen
trib. potestatis mentione abstinerit,
quam quod ea illi a senatu, qui pri-
mum in Didii Iuliani, deinde Severi
potestate fuit, decerni non potuit, ipse
vero specie moderationis, nisi oblatam,
arripere non voluit. Sane in nullo ejus
numo hucusque prodito eam inscriptam

a) L. LIII, § 17. b) Cap. 3. c) Appian. Bell. civ. L. I. c. 14 et 21. d) Dionys.
Halic. Ant. L. VIII, § 2. e) Suet. in Tib. c. 21. f) Ann. III. cap. 56. g) L. LXXXIX.
h) Cap. 1.

(Vol. VIII.)

Ddd

potestatem reperias. Quin cum Antiochenſes inde a Trajano, ac deinceps tetradrachmis conſtanter inſcribere ſolerent ΔΗΜΑΡΧΙΚΗ. ΕΞΟΥΣΙΑ, *tribuniciae poteſtatis*, ex dicta cauſa in uno Peſcennio mutarunt epigraphen ſuffecto ΠΡΟΝΟΙΑ. ΘΕΩΝ, *providentia deorum*, ut dictum in moneta Antiochenſium.

Auguſtos ſibi in trib. poteſtate adhibuiſſe conlegas, obvia ſunt exempla. Tria ſuppeditat ipſe Auguſtus, qui eam V. C. 736 M. Agrippae ad quinquennium detulit, ^{a)} ſubinde V. C. 741 in aliud quinquennium prorogatam. ^{b)} V. C. 748 ad quinquennium item dedit Tiberio privigno, ut Caji et Lucii Caſarum inſolentiam reprimeret, quo exacto ad privatam ruruſum fortunam eſt redactus. At vero Cajo et Lucio vita functis, ne, ut inquit Tacitus, ^{c)} ſucceſſor in incerto foret, et pravae aliorum ſpes cohiberentur, V. C. 757 Tiberium et adoptavit, et trib. poteſtate donavit in decennium, et exſpiraturam prorogavit, ut diximus in moneta Tiberii. Coepit ergo jam Auguſtus, quem hac poteſtate decoravit, velut conlegam in imperio, et deſtinatum ſucceſſorem habere, quod ejus inſtitutum ſubinde in exemplum abiit. Nam ſequentes imperatores iis, quos per adoptionem imperio deſtinaverant, ſi modo per aetatem rebus gerendis pares fuere, continuo trib. poteſtatem decernendam curavere, cujus exempla dedere Auguſtus in Tiberio, Nerva in Trajano, Hadrianus in Aelio, et mox Antonino. Addidi, ſi per aetatem ad res

agendas idonei fuere, nam neque Auguſtus Cajo et Lúcio, etſi per adoptionem deſignatis ſucceſſoribus, et ille conſulatu functus jam eſſet, trib. poteſtatem decerni eſt paſſus, neque Claudius Neroni, neque Antoninus ſtatim M. Aurelio. Eadem quoque lex in naturalibus quoque filiis, et quod ſequitur, Caſaribus obtinuit. Ejus illuſtre exemplum praeflat Tiberius, qui cum trib. poteſtatem filio Druſo peteret, inter alias cauſas commemoravit quoque, *eſſe illi eam aetatem, qua ipſe quondam a D. Auguſto ad capeſſendum hoc munus vocatus ſit. Neque nunc propere, ſed per octo annos capto experimento, compreſſis ſeditionibus, compoſitis bellis, triumphalem, et bis conſulem, noti laboris participem ſumi.* ^{d)} Eundem honorem Veſpaſianus filio Tito jam maturae aetatis et virtutis cognitae impertivit. At peſſimo exemplo M. Aurelius eum detulit filio Commodo XVI. annos nato addita eodem adhuc anno Auguſti appellatione, quem ut inſania vinceret Severus, decennem filium Antoninum eadem poteſtate, et Auguſteo titulo inſignivit. At deinceps perturbata omnia, ut patebit infra, cum Philippi junioris et Voluſiani tribunatus expendemus.

Cum trib. poteſtas una cum imperatoris titulo velut quoddam eſſet imperii fundamentum, et qui illam praeferret, vel princeps eſſet, vel ad principatum deſtinatus, placuit ſingulis principibus, a die collatae hujus poteſtatis quandam, ſi ita loqui fas eſt, collati imperii epocham ducere; nimirum quod pròdidit

a) Dio L. LIV. § 12.
Ann. III. 56.

b) Dio L. LIV. § 28.

c) Ann. III. c. 56.

d) Tacit.

DOCTRINA

Dio: *) την δε δη δυναμιν την των δημαρχων πασαν, ὅση περ τα μαλιστα ἐγενετο, προστιθενται, και δι' αὐτης και ἡ ἐξαριθμησις των ἐτων της ἀρχης αὐτων, ὡς και κατ' ἐτος αὐτην μετα των ἀει δημαρχωντων λαμβανοντων προδαινει. *omnem vero tribuniciam potestatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt, et secundum eandem imperii quoque sui succedentes numerant annos, quasi quotannis. et ipsi cum tribunis plebis eam acciperent.* Et vero nihil magis tritum, quam videre in numis et marmoribus numeratam singulorum principum trib. potestatem, sic ut ea annis singulis unitate augeatur, qui mos jam sub ipsum ejus exordium observari coeptus. Nam videmus trib. potestatem, ejusque numerum ipsis jam Augusti monumentis inscriptam, quin ipse Augustus in celebri monumento Ancyrano, quo rerum a se gestarum seriem exposuit, tempora non modo ex consulatibus, sed et trib. potestate metitus est, cum narrat erogata congraria TRIBVNITIA. POTESTATE. DVO. DECIMVM, et mox: TRIBVNITIAE. POTESTATIS. DVO DEVICINSIMVM. CONSVL. XII. Sic cum e vita excederet, ultima ejus trib. potestas fuit XXXVII. Ex quo facile quisque intelliget, quantum sive ad chronologiam imperatorum, sive ad conciliandas cum suis temporibus res gestas conferant probe descripti, et cogniti trib. potestatis in singulis numeri. At quae fuerit iterandae ratio, debebunt commentarii sequentes.

iteratae ab imperatoribus tribuniciae potestatis.

Quoniam modus iteratae trib. potestatis rite cognitus multum, ut continuo dixi, ad chronologicam imperatorum historiam confert, nequaquam mirum, maxima ingenia ad eum recte intelligendum ac definiendum omnem operam ac contentionem attulisse. Missis singularibus quibusdam opinionibus, et quae parum eruditis probatae fuere, binas tantum producā magis celebratas, quo peracto aliam, quae mihi videtur verisimilior, constituam.

SENTENTIA I.

quae fuit

ONVPHRII PANVINII.

Tribunicia potestas renovata quotannis fuit eo die, quo suscepta.

Eam amplexi sunt viri quique gravissimi, et in re historica apprime versati, Norisius, Pagius, Spanhemius, Tillemontius, aliique. Causae, cur huic faverent, partim a rei natura, partim a monumentis petitae. Ad primum quod attinet, congruum sane, ut, cujus quotannis numerandi valet institutum, ac usus, non iteretur, nisi circumacto denique anno, accedente etiam Dionis mox citati auctoritate, perhi-

a) L. LIII. § 17.

bentis, a principibus secundum trib. potestatem imperii quoque succedentes annos fuisse numeratos. Quod alterum est, copiosa etiam exstant monumenta, ex quorum praescripto trib. potestas sic numerari debet, ut ejus iteratio eo modo, quo dixi, nempe a die ejus collatae ducatur. Et acquievisse sane eruditorum conlegia in hac Panvinii sententia, nisi causa gravis, ac solida respicere aliam vel invitos quosdam coegisset. Nimirum observatum, in compluribus Augustis numeros trib. potestatis facile quidem conspirare cum numero annorum, quot eos imperasse certa historia docet; at observatum etiam, si hanc velimus sequi sententiam, in compluribus Augustis aliis auctiorem esse trib. potestatis numerum, quam ut cum tempore, quanto eos praefuisse imperio constet, componi queat. En utriusque exemplum: Imperavit Caligula inde a XVI. die Martii V. C. 790 usque ad diem XXIV. Ianuarii V. C. 794. Ergo is iterata quotannis eodem Martii die trib. potestate inivit tribunatum IV. anno V. C. 793, quo labente occisus est mense Ianuario anni sequentis. Facile igitur in Panvinii sententia explicatur trib. potestas IV. hujus imperatoris in obviis ejus numis. Imperavit Elagabalus annos III. menses IX. Occoepit ergo tribunatum IV. At quo pacto ex Panvinii doctrina intra hoc spatium compingens tribunatum V., qui in frequentibus ejus numis legitur? Atqui eandem difficultatem objiciunt non paucis aliorum etiam Augustorum imperia.

Hunc igitur nodum cum extricare velent viri insignes, neque tamen a recepta Panvinii sententia discedere, vide-

res alios omnis generis reperire artes, per quas e labyrintho evaderent, alios in adulterinis putare monumenta omnia, quae auctiores enarrant tribunatus numeros, alios effugia absurda, et pessimi moris comminisci. Quae quidem cum non adriderent omnibus, fuere, quibus res ipsa imperare videbatur, ut inquiratur alter aliquis cardo, a quo principes iterare trib. potestatem consueverint, unde enata

SENTENTIA II.

quae fuit

NICOLAI TOINARDI.

*Tribunicia potestas renovata quotannis fuit
IV. idus Decembres.*

Nimirum existimat, constitutum fuisse imperatoribus, ut quocunque anni die quis trib. potestatem suscepit, ea in secundam migraret proximo die IV. idus Decembres, idque nihilominus valeret, etsi tribunatus I. paucorum tantum esset dierum. Quo admissio facile sane est, Elagabali, ut hujus iterum exemplo utar, tribunatum V. explicare. Nam cum in imperium, et trib. potestatem involasset mense Majo V. C. 971, eodem adhuc anno IV. idus Dec. fuit TR. P. II., eodem die anni 972. TR. P. III., 973. TR. P. IIII. ac demum 974. TR. P. V., qua potestate labente caesus est mense Martio V. C. 975. En tibi tribunatus V. liquido comprobatus. Quin evenire in hac sententia potest, ut annus plenus cum paucis ultro citroque diebus tertiam trib. pote-

statem admetiatur. Sic si quis eam nactus esset paullo ante IV. idus Decembres, ea hoc ipso die renovata, anno circumactio fuit trib. potestatis III. Atque haec accessio sufficere videbatur ad enodandam difficultatem omnem, quoties tribunatus numeri cognitum imperii tempus videretur excedere. At non sine causa dicta iteratio ad IV. id. Dec. videbatur figenda; nam teste Dionysio Halic. eodem die creari sunt soliti tribuni plebis, et imperatores teste Dione ^{a)} sic numerabant imperii annos, tanquam quotannis et ipsi eam cum tribunis pl. acciperent. Dixi, hanc doctrinam esse Toinardi, non quidem in aliquo, quod constet, ejus opere traditam, sed captam ex aliqua ejus ad Pagium epistola, de quo vide Mazzoleni universae hujus causae historicum minime parcum. ^{c)}

IVDICIVM VTRIVSQUE SENTENTIAE.

Qua parte Panvinii doctrina labore, supra exposui, ut adeo, etsi ad expediendos multorum Augustorum tribunatus valere possit, non tamen omnium, ut ex iis, quae in singulis principibus dicam, luculente patebit. Quatenus servanda sit, quatenus repudianda, deinceps disputabimus.

Sententiam alteram, quantum ea Toinardi putanda est, non sollicitabimus, quia, ut dixi, eam non tam exposuit, quam indicavit. Cum uno abbate Mazzoleni, viro praestantis doctrinae, nobis erit dimicatio, qui Toinardi senten-

tiam de iterata IV. idus Dec. tribunitia potestate in eruditis suis ad Museum Pisanum commentariis peculiari Animadversione sic propugnavit, ut eam velut sui juris fecisse videri possit. Quod meum sit generatim de hac ejus lucubratione iudicium, si quaeras, sic habeto: Non alias existimo ad causam aliquam defendendam plus a quopiam operae, et eruditionis collatum, et hoc quidem pacto, ut etiam, postquam peroratum esset, multo magis ejus infirmitas, et occulta vitia apparent. Si argumentorum copiam spectes, patronum magis sollicitum, et operosum nancisci non potuit. Nihil enim praetermissum, nihil relictum intentatum, aut non ex omnibus latebris protractum, excussumque, quod quocunque demum modo juvare eam posset. Sin eorum explores pondus, fatebere continuo, capta plerumque esse ex monumentis dubiis, aut propalam falsis, aut violenter huc detorta, aut cum communi solidaque eruditorum opinione pugnantia. Si quod reperit monumentum causae suae propitium, paena canit, si quod adversatur, praesto sunt viro praestanti effugia, seu sua duci stratagemata, quibus evadat, aut sua mulierculae cerussa, et pigmenta, quibus colorem cuti illinat. Sin hae quoque spes fallant, nihil morae, quo minus porrecto oleae ramo pacem cupiat, et cum Panvinii, Pagii, aliorumque doctrina, quibus bellum palam fecit, in gratiam redeat, idque non uno alterove operis sui loco, sed passim ex inimicissimo videas amicissimum. Ex quo apparet, virum

a) L. III. § 17.

b) Animadv. de trib. pot. pag. 22 seq.

eximie doctum hoc tanto suo nisu, tanta effusa argumentorum mole, qua vel legenda quis facile succumbat, atque universo hoc suo apparatu istud denique obtinuisse, ut quam maxime doctrinam propugnandam susceperat, maxime repudianda videretur. Nolo ejus argumentis singillatim recitandis refutandisque lectori negotium taediumque facessere, quod nunc tanto minus necessarium putandum, quod ea ipsa in sequentibus commentariis producentur.

SENTENTIA AVCTORIS.

Tribunicia potestas imperatorum iterata est sic, ut ea ab Augusto usque ad Antoninum Pium renovaretur singulis annis eo die, quo accepta est, inde ab Antonino Pio usque ad Gallienum singulis Kalendis Ianuariis.

Pars prior, quae plane est secundum mentem Panvinii, facile intelligitur. Altera sic capienda, ut, quocunque anni Iuliani die quis tribunicia potestate I. donaretur, proximis Kalendis Ianuariis inchoaret secundam, etsi ejus acceptae tempus paucis tantum mensibus, vel etiam diebus dictas Kalendas praecederet, eo plane modo, quo imperatorum annos ab Alexandrinis computatos novimus. Addidi, hunc modum obtinuisse usque ad Gallienum, quia sub hoc, quin jam sub patre Valeriano additi tribunatum numeri in monumentis veteribus adeo sunt perturbati, ut jam ad historiae et chronologiae usum vix certi quidquam conferre incipiant.

Cum doctrina haec a nemine hactenus sit tradita, et adversetur omnium sententiis, qui iterati tribunatus leges

praescribere, ad faciendam ei fidem necessum cumprimis est commemorare, quas secutus auctoritates et praecepta hanc sententiam maluerim eligere, ne inconsulto unus contraire omnibus, et plus mihi, quam tot viris summi ingenii, et doctrinae tribuere videar.

REGVLA I. *In explorando trib. potestatis modo certissimi arbitri sunt numi.*

Praeceptum istud magis illustrabitur ab iis, quae ad regulam III. monebo.

REGVLA II. *Non admittendi ad hoc arbitrium numi, nisi sinceri, et agnitae probitatis.*

En tibi lapidem male ominatum, ad quem impigere viri maximi, hoc uno forte culpandi, quod creduli nimium fuere. Arripuerunt illi avide, quidquid vel Goltzius, vel Occo, vel ejus ampliator Mediobarbus vulgaverant, idque tanquam a Pythio dictatum sequendum duxerunt. At ego saepe per opus praesens non modo adfirmavi, sed demonstravi etiam, nihil esse Goltzio fallacius, nihil Mediobarbi catalogo indigentius. — Nimirum praestantibus his viris defuere musea antiquis opibus liberalibus instructa, cum quibus vulgatos hos numos conferendo potuissent reperire verum, aut velut torrente abrepti non ausi sunt diffidere praconiis, quae omnia eruditorum conlegia legis inflar recepere. Cum igitur utrumque perinde molestum esset, siue numis fidem haberent, siue negarent, illud, quod infinitis laqueis causam implicaret, istud, quod nimio temerarium videretur, monumentis veteribus, et coaevis nolle ad causae cognitionem uti, incredibile, quam perversis saepe judiciis causa suapte bona fuerit impugnata, aut iniqua

defensa. Tam illustrium virorum exemplo fateor, me easdem primum auctoritates secutum, at cum exitum multis in locis non reperirem, ausus sum, quod eos nunquam ausos video, dubitare de fide tot numerorum refractariorum, quos a Goltzio, Mediobarbo, multisque aliis obtrufos reperi, in eorumque indolem adcuratius inquirere, adhibito ad hoc iudicium museo Caesareo Romani commatis numis instructissimo. Neque poenitebat me longi, adcuratque examinis, quia, ut cautius agerem deinceps, meisque plus, quam alienis oculis fiderem, permovit denique. Praeterquam enim quod multos vidi a laudatis viris recitados numos, quorum nullum exemplum in copiosissimis museis inveni, ex quo jure potest dubitari, sintne genuini, aut rite promulgati, illud etiam ab his male institutum reperi, quod nullo discrimine, aut addito indicio numos subaeratos et semibarbaros cum genuinis temere miscuere. At horum si velis stare testimonio, nihil est perversum adeo, praeposterumque, quod non possis in chronologiam inducere. Ex quo patet, catalogos hac lege confutos plus importare mali, quam ad studia nostra prodesse, ipse vero expertus possum testari, mihi repudiatis his auctoritatibus multo expeditiora omnia visa, neque sensisse vincula, quae majorum nostrorum itinera impedivere. Quare etsi omnibus reliquis causis firm Norisio, Pagio, Tillemontio inferior, hac tamen superiorem me profiteor, quod ope artis numariae magis hodie purgatae, et lectissimorum

museorum, quibus adfideo, de numis ipsis confidentius possum arbitrari, a quorum testimoniis magnam partem historia, et chronologia, ac praecipue praesens trib. potestatis examen pendet.

REGVLA III. *Marmorum iudicium in causa trib. potestatis incertum.*

Saepe inter partes disputatum, numi, an marmora plus ad philologiae studia conferant, qua quidem lite nihil video magis absurdum, atque ineptum. Quisquis sobrie judicabit, facile intelliget, qua parte deficiunt numi, succurrere marmora, et vicissim. Quantam eruditionis scientiaeque copiam nobis suppeditaverit ars nobilissima lapidaria, sic inter omnes constat, quemadmodum uni constabat Harduino, plerasque inscriptiones, quas in catalogis legimus, multo esse recentiores ea aetate, quam prae se ferunt, ab hominibus scilicet otiosis confictas, et ipsam adeo illam, quam hodieque in eximio illo antiquitatis monumento, arcu Severi, Romae legimus;^{a)} sed cujus erudita insomnia quis est hodie, qui ignoret? In praesente causa plus tribuendum numis, quam marmoribus, nemo sanus in iudicium vocabit. Nam primum nemini ignotum, eos omnes auctoritate publica signatos, deinde singulorum non unum, sed plura, saepe copiosissima exstare exemplaria, denique de eorum fide, et quam continent, lectione non ex aliorum nobis testimoniis constare, sed a nobis ipsis ejus posse periculum fieri, quae quidem de marmoribus adfirmari non posse, ipsi eorum patroni facile dabunt. At vero haec

a) Hist. Aug. pag. 803 col. 2.

mala, quae marmorum scientiam vulgo impediunt, in hoc trib. potestatis examine multo sunt molestissima. Quam enim primum fuit errare quadratarios provinciales in scribendis tribunatum et consulatum numeris, partim quod saepe verum statum ignoravere, partim quod in numerorum scriptura multo facilius peccatur. Neque enim ii omnes, qui olim inscriptiones marmoribus incidendas curavere, tam fuerunt religiosi, quam fuit Sidonius Apollinaris sic ad amicum scribens: ^{a)} *Sed vide, ut vitium non faciat in marmore lapicida, quod factum sive ab industria, seu per incuriam mihi magis, quam quadratario lividus lector adscribat.* At multo frequentiora eorum sunt peccata, qui marmora describere, praecipue item, cum de numeris agitur. En tibi canora aliquot exempla non ex abjectis privatorum lapidibus sepulcralibus longe in Africa, aut vetere Dacia repertis, sed monumentis publicis, quae ad hunc usque diem per Italiam existant, et omnium quotidie oculis aperta sunt. Apud Gruterum ^{b)} in celebri inscriptione pontis Ariminensis Augustus dicitur COS. XIII. TRIBVNIC. POTES. XXXVIII. Eundem consulatus numerum Sigonius in Fastis offert. At Norisius, qui epigramma istud saepe legerat, sic in marmore exaratum testatur: COS. XIII. TRIBVNIC. POTES. XXXVII. ^{c)} In famigerata inscriptione Panthei Romae, de qua copiosius infra sub Caracalla agam, usque ad Vignolium ferebatur memorata

Severi trib. potestas XI. pro X., atque etsi prava haec lectio causa chronologiae multas excitaverit lites, neminitamen diu in mentem venit, ut secundis curis veritatem exploraret. In magnifico arcu triumphali, qui hodieque exstat Beneventi, teste Grutero ^{d)} Trajanus dicitur TRIB. POTES. XVIII. COS. VII. Verum Ioannes de Vita *ἀντοπτης* manifeste in eo scriptum docet: TRIB. POTES. XVIII. COS. VI. ^{e)} qua occasione in subjecta nota observat: *Ex quibus monemur, quam male tuta plerumque sit in editis lapidibus numeralium notarum fides, quantaque nobis in iis ad rem nostram adhibendis diligentia sit utendum.* Notae inscriptioni pontis Fabricii Romae multa verba alia adduntur apud Gruterum, ^{f)} quae porus abesse testatur Fabrettus. ^{g)} In porta vetere, quae est Fani Fortunae in agro Piceno, Gruterus ex indicio Smettii *ἀντοπτης* ait exsistere hos Augusti titulos: COS. XIII. TRIBVNICIA. POTES. XXXII. IMP. XXVI. ^{h)} Eosdem numeros ibidem legit Boissardus, ut narrat Montfauconius, qui portae hujus et imaginem dedit, et errorem propagavit. ⁱ⁾ Praeclaris his viris cum ex monumentis aliis, tum historicis constare debuerat, Augustum nonnisi semel atque vices dictum fuisse imperatorem, ac propterea justum illis de vera IMP. XXVI. lectione oboriri dubium. Teste asterisco apud Gruterum advertit errorem Gudius, et IMP. XXI. legendum docet addita causa, quia hic numerus Augusto in numis

a) L. III. epist. 12.

b) Pag. 160. 2.

c) Cenot. Pis. Diss. II. c. 15.

d) Pag. 247 n.

e) Antiquit. Benev. pag. 256.

f) Pag. 160 3.

g) Pag. 240.

h) Pag. 165 z.

i) Antiquités Supplem. Tom. III. pag. 151.

eius anni tribuitur, quod rursus infigne falsum est. In arcu triumphali, qui exstat Segusione, ab aliis lectum IMP. XIII., ab aliis IMP. XIII. ^{a)} Eodem modo variatum in promulgando epigrammate, quod legitur in arcu portus Anconitani. ^{b)} Illud ipsum cum multo, quam hactenus factum, correctius se proponere profiteretur cl. abbas Fea in Winkelmanno suo, ^{c)} en tibi alteram ab eo inspersam maculam, cum ibi pro certo, ac necessario COS. VI. legatur COS. IV. Facile credam, typhothetae eam vitio irrepsisse. At enim parum nobis consultum putamus, si, quod vitium cavuit auctor, intulit librarius. Ergo si tam copiose erratum est in capiendis epigrammatis ex monumentis publicis, et optimi aevi characteribus insignitis, et a viris quidem praeclare eruditis, quam enormia necesse est saepe admissa peccata in describendis marmoribus, quorum characteres vel sunt semibarbari, vel aevo adrosi, praecipue cum illud tentarent ingenia parum erudita, aut exigui in hac disciplina usus? Et vero in excerpendis numeris tanto facilius accidunt peccata etiam eruditis, quia, sive TR. P. X. sive XI. scribant, dum marmori adfident, lapsum non suspicantur, sed hunc tum demum suspicari incipiunt; cum subducto domi calculo non congruere numeros intelligunt, at redire ad marmor amplius non possunt, saepe in remotissimis terris per iter conspectum.

Atque hae causae sunt, cur epigrammatum veterum catalogi, quos Gruterus, Muratorius, et quicunque alii quantaevs praestantiae viri congesse, in promulgandis notis chronologicis tam graviter, tamque frequenter peccent, ut spondere ipse facile possim, ex inscriptionibus decem, quas in eorum operibus editas reperias, vix esse octo, quas possis erroris suspicione immunes testari. Ex his ergo suapte patet, quanto plus ad praesentis argumenti enodationem conferant numi, quam marmora. Etenim si numi editi, vel eorum praecones nobis sunt suspecti, possumus eorum auctoritatem seponere, cum in illustrioribus museis essent magna copia numi, eorumque indies augeatur numerus, quorum tuto possimus stare testimoniis, et male a maioribus recitados corrigere. At non eadem in marmoribus opportunitas, quorum cum major pars disiecta sit, aut in alios usus conversa, aut ubi locorum sint, ignoretur, aut ad ea iterum consulenda propter distantiam, aliasque causas difficilis sit accessus, necesse est iis eo modo frui, quo descripta sunt. Quapropter pauca artis lapidariae monumenta huic possum examini citra erroris metum servire, nimirum marmora tantum publice posita, atque haec a viris peritis, et causa quidem chronologiae inspecta consultaque, quod ab accuratissimo Norisio non semel factum novimus. Serius magna cum voluptate vidi, in hoc meo

a) Muratori pag. 1095, tab. II. et III. pag. 293. Vaillant in Colon. pag. 150. II. pag. 373.

(Vol. VIII.)

b) Gruter pag. 247 6. Fabretti de col. Traj. Pedrusi Mus. Farn. Tom. VI. pag. 221.

c) Vol.

de marmoribus iudicio mecum plane sentire illustrem Bimardum egregii a scientia lapidaria nominis, qui praeterea cavendum monet ab iis inscriptionibus, quas quodam tempore eruditi varii per jocos confinxerunt, tum a multis aliis, etsi earum fidem testentur viri quidam illustres, ac praecipue Hispaniensibus, quas veras credidit cel. Andreas Schottus, et cum Grutero communicavit. ^{a)}

REGVLA IV. *Doctrinam certis ac copiosis monumentis firmatam non possunt evertere adversantia quaedam monumenta etsi certae antiquitatis, et certa auctoritate mixta.*

Est haec regula magni ad praesentem crisis momenti. Habent singula musea numos refractarios, qui nulli sese calculo adcommodant, neque solum subaeratos, et semibarbaros, quos vi regulae II. non esse audiendos dixi, sed et alios nulla fraudis suspitione notatos, et nitidi commatis, tum et omnis metalli. Quaeritur, quae sit his in hoc examine tribuenda auctoritas. Antequam respondeo, animadvertendum, id genus numos alios esse singulares, aut raro eorum plura in museis haberi exemplaria, alios esse obvios, et vulgo cognitos. Prioris generis numos nequaquam iniquus iudex videbor, si monetariorum culpaе tribuendos edixero, quorum alias cognita non raro oscitantia, et quorum manifestos lapsus in singulari opere aperuit Erasmus Frölichius. Nam si v. c. in numo aeneo Alexandri Severi, eoque nitidi laboris, quem olim edidi, ^{b)} exarari potuit inscriptio hybrida: P. M. RTI. PACI-

FERP., isque in vulgus mitti, nescio, cur non aequè in insculpendis monetae numeris potuerit obrepere error, praecipue cum in his perscribendis, ut paulo ante differui, multo prolixius, frequentiusque peccetur. Ad haec erratum etiam frequenter a monetariis juncta cum principis cujuscumque capite averfa, quae luculente est alterius, innumera habemus exempla. Quocirca numi similes, etsi a fraude sint eximii, tam parum valent seu ad faciendam fidem, seu ad infirmendam adversam sententiam, quam parum veteris fraudis numi subaerati, cum perinde sane sit, utrum numus monetarii dolo, an incuria falsum efferat. Novi, hujus farris mercem non raro, et saepe cum hiatu approbatam ab Harduino, Panellio, aliisque nonnullis, nimirum quod singularibus suis sententiis faverent, quas nemo alius, et forte ne ipsi quidem auctores veras forte putaverint. At vero, qui sane judicabunt, mecum consentient omnes, omnem illis negandam auctoritatem, et quod supra pronunciamus, non posse evertere doctrinam certis et copiosis aliis monumentis confirmatam. Alterum genus, ut dixi, est eorum numorum, qui non singulares, sed frequentiores, quin saepe obviis sunt, ac tristi, et doctrinae cetera solide comprobatae repugnant. En tibi exempla aliquot: in pluribus monumentis antiquis legitur Commodi trib. potestas XVIII., quae tamen auctior est, quam ut eam in quacunque sententia hactenus cognita potuerit numerare. In numis Macrini obviis legitur TR. P. II. COS.,

a) B. L. Tom. XII. Mem. p. 390.

b) Num. vet. p. 312.

cum tamen in omni sententia repugnet consulatus simplex conjunctus cum tribunatu II. In numis item obviis Alexandri Sev. legitur TR. P. II. COS. II., cum tamen, cuicumque te opinioni permittas, tribunatus II. cum consulatu II. componi non possit. Ad haec ut exstant numi, qui adversantur sententiis omnibus, ita sunt nonnunquam etiam, qui tuae repugnent doctrinae, et faveant adversae. Quid ad hos sana critica? Nimirum eodem cum illis modo aget critica numaria, quo cum pugnantibus scriptorum testimoniis critica historica. Necesse cumprimis erit circumspicere modos, quibus dissidia haec possint conciliari, ut sane reperi modos nequaquam violentos, sed plane probabiles, quibus refractarios in speciem Macrini, et Alexandri Sev. numos, quos modo citavi, in ordinem redigerem. Sin istud non dabitur, id genus numi erunt in indomitis habendi, neque permittendum, ut unius anni dissidentes numi certam, fixamque aliorum annorum legem evertant. Multa sunt, et esse debent in antiquitatis studio incerta, dubia, et male cohaerentia, cujus praecipua utique causa, quod plerique veterum commentarii, qui dubia haec expedirent, interiere. Enimvero nescivissem, quo essent modo explicandi numi Macrini, quorum alii intra eundem annum Iulianum inscribunt COS. simplex, alii COS. II., nisi tacentibus historicis aliis difficultatem levasset Dio. Atque horum omnium testimonia si superessent, forte sciremus etiam, quo pacto explicanda sit aut Commodi trib. potestas XVIII., aut, quam

praeferunt numi Antiocheni, Trajani XXI., quae omnibus chronologiae praeceptis aperte repugnant. Quare qualescunque hi obices non debent abstergere, quo minus institutum cursum peragamus; neque enim cum doctrinae cuiuspiam leges figimus, illud anxie nimium ac religiose spectamus, quid nonnunquam lege extraordinaria fuerit constitutum, modo legem ordinariam solide stabiliverimus. Etenim ubi plura omnia sunt, nihilque impeditum, legibus, regulisque opus non est, ac tunc demum has respicimus, cum amoliri difficultates cupimus, quae causam impediunt, et si qua est sententia ejus naturae, ut magis, quam quaecunque alia, molestias eximat, illam ut arripiamus, teneamusque, ratio imperat.

REGVLA V. *Utrum imperatores aliquo intra eundem annum Iulianum die post Kalendas Ianuarias iteraverint trib. potestatem, certissime docent tribunatus cum consulatibus compositi.*

Doctrinam hanc vel uno exemplo stabilivisse satis erit. Exstant copiosi Domitiani numi, quorum alii cum consulatu XIII. conjungunt TR. P. VI., alii TR. P. VII. Iam vero certum est, numos utrolibet modo inscriptos unius esse anni Iuliani, nimirum V. C. 840. Non possunt esse anni praecedentis 839, nam tum fuit COS. XII., neque anni sequentis 841, nam tum fuit COS. XIV. Ergo Domitianus intra eundem annum Iulianum, et binas Kalendas Ian. renovavit tribunatum. Idem elucet ex numis Caligulae, Titi, aliorumque. At enim praeclara haec ad secundam hanc iterationis litem subsidia saepissime de-

situunt, quia complures principes, ut Vespasianus, Trajanus, Hadrianus, plerumque neglexerunt, trib. potestati suos addere numeros; quin inde a Philippis saepe ne consulatus quidem in moneta numeratos habemus.

REGVLA VI. *Si imperatores intra annum Iulianum renouarunt trib. potestatem, dubium non est, eam renouatam eo ipse die, quo accepta est.*

Teste Dione instituerunt principes, Tribuniciam potestatem sic numerare, ut annos imperii. Quare ipsa rei natura non suadere modo, sed et exigere videtur, ut ea non alio die statuatur repetita, quam quo finita est, si modo certe constet, eam aliquo inter binas Kalendas Ian. die fuisse renouatam. Eorum sententia, qui generatim adseruere, imperatoribus omnibus certum aliquem diem ad iterandum tribunatum fuisse propositum, quam sit infirma, piget comprobare. Quam graviter laboret doctrina Mazzoleni, diem X. Decembris huic iterationi praescribentis, ipsa monumenta, quae producam, abunde refutabunt.

REGVLA VII. *In quorum imperatorum numis trib. potestas intra unum eundemque annum Iulianum nunquam variat, ab his certum est, eam Kalendis Ianuariis fuisse renouatam,*

Haec doctrina ex regula V. sponte profluit. Nam si ex eo, quod intra eundem annum Iulianum geminus occurrat tribunatus, suapte sequitur, trib. potestatem ab eo imperatore, cuius sunt ii numi, intra annum fuisse iteratam, necessario sequetur etiam, si in cuiuspiam imperatoris numis intra eundem annum Iulianum nunquam duo va-

rii tribunatus occurrant, sed semper unus idemque, ab eo imperatore trib. potestatem Kal. Ian. iterari solitam. Ejus exempla ut obvia sunt in numis principum, qui inde ab Antonino Pio imperium tenuerunt, sic in nullo luculentiora, quam in Elagabalo, ut in hoc intuebimur.

Exposui regulas, quas secutus tutissime mihi videbar de hoc iterationis negotio posse arbitrari, et evitare errores, horumque pericula, ad quae, dum incautius agunt, vulgo offendisse majores nostros, ipsae eorum lucubrationes affatim docent. At jam nunc producenda monumenta ipsa, eaque, ut proposueram, certae auctoritatis, quae instruant, quam Augusti singuli in iterando tribunatu rationem sint secuti, et ex quibus comprobem denique, quod iam me susceperam, trib. potestatem ab Augusto usque ad Antoninum Pium iterari solitam eo die, quo accepta est, inde ab Antonino Pio usque ad Gallienum singulis Kalendis Ianuariis. Quibus peractis addam nonnulla, quae doctrinam hanc partim efficient probabilem, partim, quae ejus sint commoda, exponent.

AVGVSTVS.

Probavimus in hujus principis mone-
ta, cum V. C. 731 trib. potestate a senatu donatum, atque, ut verisimile est, die XXVII. Iunii. Ergo si singulis annis hoc die eam iteravit, inivit tribunatum XXXVII. eodem die V. C. 767, neque addere alium amplius potuit, cum excesserit die XIX. Augusti ejusdem anni. Eundem numerum vete-

ra testimonia confirmant. Tacito dicitur ab Augusto *continuata per septem et triginta annos tribunicia potestas*, ^{a)} et idem numerus legitur in celebri epigrammate pontis Ariminensis, quod saepenumero a se lectum studiose Norisius monet propterea, quod hactenus a viris praestantissimis mendose editum fuerat. ^{b)} Numi huc nihil conferunt; nam quos tribunatu XXXVII. insignes memorari video, Goltziani sunt. Quare postrema haec ejus potestas duorum tantum mensium fuit.

Iteratam ab Augusto trib. potestatem intra anni spatium, testantur monumenta vetera. Cum numi ipsi non instruant (nam raro Augusti numis inscribuntur tribunatus numeri) rem agam marmoribus, sed his certis, et quorum fidem ac lectionem viri summi approbavere.

In Cenotaphio Pisano jungitur IIII. NON. APRIL. TRIB. POT. XXVI. cum consulibus Aelio Cato, C. Sentio Saturnino. Processere hi Kal. Ian. V. C. 757. At si Augustus renovasset tribunatum Kal. Ian., aut cum Mazzoleno X. Dec. anni praecedentis, IIII. Non. April. jam fuisset trib. pot. XXVII., ut computanti patebit.

Augustus in fastis Capitolinis apud Gruterum ^{c)} Kalendis Ianuariis, quibus C. Silius, et Munatius Plancus consulatum inivere, seu V. C. 766, dicitur TR. POT. XXXV., ergo Kal. Ian. V. C. 767 fuit TR. POT. XXXVI. At cum Augustum eodem anno mortuum conflet, et quidem in tribunatu XXXVII.,

necesse est, intra annum ab eo iteratam trib. potestatem. Idem docet marmor Narbonense editum a Maffeo, ^{d)} in quo Augustus dicitur COS. XII. COS. DESIGNAT. XIII. IMP. XIII. TRIBVNITIA. POTESSTATE. XX. Sunt hae notae anni V. C. 751. In sententia Mazzoleni jam tum currebat tribunatus XXI.

Augustus in marmore Ancyrano se ipsum profitetur TR. POT. XVIII. COS. XII. Processit is consul XII. Kal. Ian. V. C. 749. At vero in utraque memorata doctrina Augustus post Kal. Ian. hujus anni non amplius dici potuisset trib. pot. XVIII. sed XIX., ergo is tribunatum intra annum, et alia lege renovavit.

Atqui et ex celebri marmore Narbonensi, quod proposuit Gruterus, ^{e)} eruit Norisius, ^{f)} Augustum trib. potestatem intra annum iterasse; nam in eo marmore intra spatium ejusdem anni 764 leguntur binj ejus tribunatus XXXIV. et XXXV.

Ex his ergo monumentis satis elucet, Augustum medio quodam tempore, quod inter binas Kalendas Ian. fluxit, trib. potestatem iterasse, et quidem haud dubie illo die, quo eam illi primum delatam diximus. At Mazzolenus, quo sententiam suam de iterato X. Decembris tribunatu juvet, probare conatur, Augustum non XXVII. Iunii V. C. 731, quae communis est opinio, suscepisse trib. potestatem, sed circa Kal. Nov. ejusdem anni. ^{g)} Quam infirma ejus sint argumenta, potes ipse

a) Ann. I. 9. b) Cenot. Pis. diff. II. c. 17. c) Pag. 295. d) Ant. Gall. pag. 34. e) Pag. 220. f) Cenot. Pis. diff. II. c. 15. g) Pag. 102 seq.

experiri. Quin et ipse, cum se a nonnullis, quae hic citavi, marmoribus ad incitas redactum videret, ad solitam suam aram, duplicem nempe, quem diximus, numerandi modum confugit, ^{a)} quod effugium in desperatis omnibus causis semper sibi repositum, saepe videbimus.

TIBERIVS.

¶ Diximus in Tiberii annalibus, ei procurante Augusto trib. potestatem V. C. 748 in quinquennium delatam, atque hoc elapso ad privatam rursus conditionem redactum, subinde mortuis Cajo et Lucio Agrippae filiis eam illi iterum, et quidem die XXVII. Iunii V. C. 757 concessam, eamque ad obitum usque continuatam. Coepit ergo ejus trib. potestas VI., nimirum additis tribunatibus quinque, quos antea obiverat, dicto die XXVII. Iunii, cumque mortuus sit mense Martio V. C. 790, si hoc die singulis annis tribunatum iteravit, necesse est, postremum ei fuisse XXXVIII., quem etiam adducunt numi copiosi, neque posteriorem alium. Monumenta, quae docent, Tiberium quoque intra annum renovasse trib. potestatem, sunt sequentia:

In fastis Capitolinis apud Gruterum ^{b)} Kalendis Ian. V. C. 761 dicitur Augustus TR. P. XXX., Tiberius IX., Kal. Ian. V. C. 762 Augustus TR. P. XXXI., Tiberius X., Kal. Ian. V. C. 763 Augustus TR. P. XXXII., Tiberius XI., Kal. Ian. V. C. 766 Augustus TR. P. XXXV., Tiberius XIV. Item in epi-

grammate pontis Ariminensis apud Gruterum ^{c)} dicitur Tiberius TR. P. XXII. COS. III. Iam vero si Tiberius, quem constat V. C. 757 die XXVII. Iunii invisse tribunatum VI., eum iterasset X. Decembris, aut proximis Kal. Ian., in omnibus his memoratis ejus tribunatibus addenda fuisset unitas, et pro IX. scribendum X., et sic in reliquis, et ex hac lege postremus ejus tribunatus fuisset XXXIX., qui tamen nusquam comparet. Ex quo sequitur, tribunatus Tiberii intra annum fuisse repetitos, et ut dubitari vix potest, a die collati tribunatus VI.

Numi, quibus ducibus Mazzolenus Tiberii tribunatum die X. Decembris iteratum contendit, ex Goltzio et Mediobarbo capti sunt, quos, quod alibi nusquam editos invenio, ex meo instituto non audio. At ex eadem causa neque ego Mazzoleno numos, et marmora opponam, quae a Mediobarbo et Muratorio producta ejus causae sunt inimica, et favent meae; nam quod institueram, non volo causam meam tueri, et impugnare causam adversarii, nisi monumentis certis, et de quorum integritate dubitari nequit.

CALIGULA, CLAUDIVS, NERO.

Possum in his tribus causam meam solis numis, quod sane maxime consultum, iisque obviis propugnare. In singulis videas sub eodem consulatu binos varios memorari tribunatus. Sic in numis Caligulae anni V. C. 793 legas: COS. III. TR. POT. III. et COS. III.

a) Pag. 104.

b) Pag. 295.

c) Pag. 160.

TR. POT. III., ex quo duplici caractere ille non potest esse anni praecedentis 792, quia tum Caligula fuit COS. II., hic esse non potest anni sequentis 794, quia tum fuit COS. IV. Atqui si tribunatus statuatur Kal. Ian. renovatus, labente eodem anno Iuliano duplex tribunatus occurrere nequit. Sed et Mazzoleni sententia a similibus numis plane evertitur; nam ut solos Caligulae numos memorem, ei adversantur omnes, qui inscribuntur TR. P. III. COS. III., qui duo characteres in ejus doctrina stare simul non possunt, tum et TR. P. III. COS. III., nam, cum consul IV. processisset, secundum Mazzolenum jam numerare debuerat tribunatum V., quem tamen in vetere quopiam monumento Caligulae tributum nondum vidimus. Eodem modo virum eruditum impugnant numi Claudii, et Neronis. Non fugerunt hi scopuli virum perspicacem, et est volupe videre, quibus eos artibus vitaverit. Occurrunt quidem, ait primum, in eis *aliquot* numi, in quibus consulatus cum trib. potestate nostro modo computata non concordant. Siccinè vir bone, numos *aliquot* dicis, qui in omnibus museis magno numero habentur? Vel, inquit, hujusmodi consulatus sic explicari possunt, ut dicantur designati tantum, non vero initi, quod quidem effugium saepe arcessit, at quam sit inauspicatum, facile intelligimus. Vel, inquit, cusa credi possunt similia numismata ab iis, qui trib. imperatorum potestatem die anniversario renovabant. Papae! commodam, atque habilè sententiam, quae et ini-

micissimis facile hospitium praebet, et Aristippi more jam prandet olus, jam fastidit, quo sane pacto quam sit proclive, quod arduum semper est habitum, struere doctrinae cujuscumque leges, pronum est perspicere. Stomachatur Mazzolenus sententiam, quae die susceptae trib. potestatis eam iteratam statuit, cui tamen numi omnes, et monumenta certae fidei facile sese adcommo-
dant, et importat aliam, cui omnia adversantur. Etenim in tribus his imperatoribus nullum reperit causae suae faventem numum, et nonnisi unicum marmor, nimirum inscriptionem fratrum Arvalium, quae est apud Gruterum, ^{a)} in qua Nero Kal. Ian. V. C. 813 dicitur TRIB. POT. VII. COS. IV., cum tamen in adversa sententia hoc die esset TRIB. POT. VI. Sed et imbelles hic lapis fulcrum praebet. Secundum aliam in praecedentibus regulam ob causas ibi memoratas non facile audienda sunt marmora singularia, praecipue cum diversum a numis docent. Praeterquam quod in hoc lapide idem evenit, licebit nobis suspicari, inique in eo lectum TRIB. POT. VII. pro VI., quia in eodem marmore in legendo quoque imperii numero semel est peccatum. Nam ejus priore loco Nero Kalendis Ian. V. C. 813 dicitur IMP. III., et paullo infra ad III. Nonas Ian. ejusdem anni IMP. VII. Vtrum autem verisimile, Neronem intra biduum ex IMP. III. dictum IMP. VII.? Ergo si errari potuit in scalpendo, vel legendo uno numero, potuit et in altero. Sic argumentabar hactenus, cum solum Gruteri exemplar

a) Pag. 118.

ob oculos haberem Verum testatus est, proxime illustris Marinius, in hoc marmore Romae adhuc exstante, et quod ipse adcurate contulit, utroque loco sine dubio legi IMP. VII. ^{a)} Vtrum tamen causa inscripti tribunatus VII. pro VI. necessario sequenda sit doctrina Mazzoleni, quod hoc loco exigere videtur vir eruditissimus, ipse perlectis his meis arbitretur.

Denique dissimulare non possum insigne monumentum Mazzoleno plane inimicum. Est illud tabula, ut ajunt, honestae missionis edita in praefatione ad Tom. V. Antiq. Herculan., in qua A. D. III. IDVS. DECEMBR. Claudius dicitur TR. P. XII. IMP. XXVII. COS. V. Fausto Cornelio Sulla Felice, L. Salvidieno Rufo Salviano cos., quae sunt notae anni V. C. 805. Secundum Mazzolenum Claudius V. C. 805 die X. Decembris inchoare debuit tribunatum XIII., at praefens tabula eum adhuc die XI. Decembris dicit TR. P. XII. Addo marmor illustre vulgatum Budae a cl. Schönwisnero communicatum secum ab em. Card. Garampio, ^{b)} quod quia minus cognitum, totum appono:

TI CLAVDIVS DRVSI F.
CAESAR AVGVSTVS GERMA
NICVS PONTIFEX MAXV
MVS TRIBVNICA POTESTA
TE VI COS IV IMP XI PP
CENSOR VIAM CLAVDIAM
AVGVSTAM QVAM DRVSVS
PATER ALPIBVS BELLO PATE
FACTIS DERIVAVIT MVNIT AB

ALTINO VSQVE AD FLVMEN DANVVIVM MI . . . CCCL

Processit Claudius consul IV. anno V. C. 800, et una dicitur in marmore TR. P. VI. Volente Mazzoleno tribunatum VII. inivit die X. Dec. anni praecedentis. Qua ergo ratione Claudius post Kal. Ian. anni 800 dici potuit TR. POT. VI.?

GALBA.

In hujus numis legitur tantum TR. P. nullo unquam addito numero. Atqui cum septem tantum mensibus imperaverit, in mea sententia neque iterare tribunatum potuit. At potuisset is iterari in sententia Mazzoleni; nam Galba diem X. Decembris imperando excessit, at nescio quomodo, nullus exstat ejus numus. inscriptus TR. P. II., quin habetur insignis Galbae numus aureus olim musei d'Ennery, in cujus averfa scriptum legitur: TIBERIS. P. M. TR. P. COS. II. Processit is consul II. Kal. Ian. diem X. Dec. proxime consequentibus, et tamen simplex tantum tribunatus in hoc numo proditur. Hoc solatio destitutus Mazzolenus provocat ad numos Galbae Graecos inscriptos L. B., additque, facile se hunc numerum explicare in sententia sua, quae tribunatum die X. Dec. renovandum docet. At enim observandum, omnes hos numos esse Alexandrinos, in quibus imperatorum annos die XXIX. Augusti solitos augeri inter omnes constat. Verum an simili aliqua lege tribunatus etiam

^{a)} de Frat. Arv. p. 102, et in Addendis p. 815.

^{b)} Antiq. Sabariae p. 95.

augeri sint soliti, hoc illud est, de quo quaeritur, et quod peregrini hi numi non docent.

VESPASIANVS, TITVS, DOMITIANVS.

Docuimus in Vespasiano ex Tacito, et Suetonio, ab eo Kalendas Iul. anni V. C. 822 tanquam imperii primum diem semper fuisse celebratas, quia hoc die exercitus Alexandrinus ei imperium detulit. At verisimile, Vespasianum interea *imperatoris, Caesaris, Augusti* appellationibus contentum non involasse suapte in trib. potestatem a senatu decerni solitam, sed quae, quoad Vitellius superstes fuit, decerni non potuit; quo circa diem XX. Decembris caeso, continuo, ut testatur Tacitus, ^{a)} *Romae senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit*, quae inter fuisse trib. potestatem, dubitari nequit. Istud si verum, ut sane valde est probabile, quia fere ad ipsas Kalendas Ian. delatum fuit imperium, non possunt varii, de quibus agimus, tribunatus numerandi modi divergere, sed et in singulis ejus iterati initium fere ab ipsis Kal. Ian. ducendum erit, sic ut Kalendis Ian. V. C. 823 adfigendus sit tribunatus I., et Kalendis Ian. V. C. 832 tribunatus X., qui docentibus numis ejus fuit postremus, nam eodem anno et tribunatu labente mortuus est mense Iunio. Dubium istud numi non expediunt, qui perraro tribunatus numerum addunt, et quod hucusque norim, non-

nisi IIII. et X. At expediatur dubium, si forte detegentur numi, qui duplicem sub eodem consulatu tribunatum prodent, et magis adhuc certi erimus, si aliquando reviviscent monumenta, quae praeter trib. potestatem diem Kalendis Iul. posteriorem memorabunt. Exstat quidem in praefatione ad Tomum V. Antiq. Herculan. tabula honestae missionis, in qua Vespasianus nonis Martiis dicitur TR. POT. COS. II. Vespasiano II. et Tito cos., qui sunt characteres anni V. C. 823, verum si Vespasianus fingatur suscepisse tribunatum Kalendis Iul. V. C. 822, siue circa Kal. Ian. V. C. 823, utrobique nonis Martii currebat ejus tribunatus I. Tantundem docet similis tabula apud Gruterum, ^{b)} in qua Vespasianus nonis April. dicitur TR. POT. II. COS. III. DES. IIII. IMP. VI., qui sunt characteres anni V. C. 824. At si fingamus, reperiri monumentum, in quo Vespasianus v. g. Kalendis Aug. dicatur TR. POT. III. COS. III., cogemur confiteri, eum trib. potestatem suscepisse Kalendis Iul. V. C. 822, et tertiam coepisse iisdem Kalendis V. C. 824. Sed haec tranquille permittamus tempori.

Titi trib. potestatem copiosius illustrant numi, et quidem illi, qui ex mentione consulatus VII. anno V. C. 832 debentur. Horum alii inscribuntur: TR. P. VIII. COS. VII. solo Caesaris titulo. Hi esse nequeunt anni praecedentis, nam tum fuit COS. VI., neque post mensem Iunium signari potuerunt, nam hoc exeunte Titus jam fuit

^{a)} Hist. IV. 3. ^{b)} Pag. 573.
(Vol. VIII.)

Augustus. Rursum numi alii ejusdem anni 832 inscribuntur: TR. P. VIII. COS. VII. cum omnibus Titi jam Augusti titulis. Ex dictis patet, eos a primo semestri arcendos; sed neque exire iis ex altero semestri licet, nam proximis Kal. Ian. Titus jam fuit COS. VIII. Ab his ergo duplicis naturae numis docemur, quoniam sub eodem hoc consulatu bini varii tribunatus occurrunt, eum Kalendis Ian. iteratum non fuisse. Docemur deinde contra Mazzolenum, non fuisse renovatum X. Dec. In hac enim sententia necesse erit statuere, tribunatum VIII. coepisse X. Dec. V. C. 831, et tribunatum IX. eodem die V. C. 832. Exstant numi copiosi, et ubique obvii in auro, et argento, inscripti: TR. P. VIII. IMP. XIV. COS. VII. addito in plerisque P. P. vel: TR. P. VIII. IMP. XV. COS. VII. P. P. In hac ergo doctrina necesse erit statuere, hos omnes signatos X. Decembris V. C. 832 usque ad proximas Kal. Ian. Non prius, nam tum in hac sententia fluxit tribunatus VIII., non serius, nam tum Titus fuit COS. VIII. Ex quo hercle duo sequuntur absurda, primum, a die XXIII. Iunii V. C. 832, quo Titus Augustus dictus est, usque ad X. Decembris ejusdem anni nullum ejus cusum numum; nam nullus exstat Titi AVGVSTI inscriptus TR. P. VIII. COS. VII.; alterum, intra exiguum XXI. dierum spatium totum, atque incredibilem eorum numerum, qui TR. P. VIII. COS. VII. inscribuntur, signatum esse, ac praeterea intra exiguum illud tempus illi *Patris Patriae*, et IM-

Peratonis XV. titulos accessisse. Ex quibus numis aperte quoque discimus, Titum eodem fore tempore, quo Augusti titulum suscepit, tribunatum iterasse; nam si eum multo ante renovasset, exstarent utique ejus *Caesaris* numi inscripti TR. POT. VIII., si multo serius, haberemus ejus *Augusti* numos cum epigraphe TR. POT. VIII. Quapropter plus quam verisimile, Vespasianum Kal. Iul. V. C. 824 filio Tito tribunatiam potestatem detulisse, atque istud propterea, quod eadem Kalendae imperii sui natalis fuere, ex qua lege Titi tribunatus VIII. initus est Kalendis Iul. V. C. 832, seu die VII., ex quo Augustus appellatus est, intra quod arctum tempus aut nulli ejus numi cum mentione tribunatus VIII. cusi sunt, aut non nisi paucissimi, quorum adeo nullus ad nos pervenerit. Quod si ita habet, certum etiam, Titum Kalendis Iul. V. C. 834 tribunatum XI. inivisse, quo labente mortuus est idib. Septembris. In numis tribunatum postremum habemus IX., at in celebri inscriptione portae majoris Romae legitur TR. POT. X. ^{a)}

In Domitiano expedita omnia, quia VII. consulatus continuavit, quorum singuli cum binos diversos tribunatus offerant, sequitur, trib. potestatem Kalendis Ian. iteratam non fuisse. Mazzolenus in hoc quoque veterem suam sententiam tueri perrexit; at cum sic consulatus cum tribunatibus non conspicerent, caute coniecit, Domitianum non mox idib. Septembris, quibus fratri successit, suscepisse trib. potestatem, sed serius X. Decembris cum reliquis

a) Gruter pag. 176. 1.

tribunis plebis. At enim praeterquam quod haec conjectura inanis est, et tantum advocata, ut sententiae suae patrocinaretur, nequaquam ipse difficilis veniam fecit etiam adhibendi duplex trib. potestatis principium. Verum non egemus his auxiliis, si in renovata die natali trib. potestate acquiescamus, qua in sententia proclivia omnia, demptis numis non paucis, sed qui cuicumque sententiae adversantur, neque istud in Domitiano solum, sed et Tito, et Vespasiano. At constat etiam, Flaviorum monetam plus quam credi possit confusam propter magnam subaeratorum copiam, ut musea omnia docent, sed quibus a sana critica submotis inoffenso fere pede incedimus. Exemplum duplicis sub eodem Domitiani consulatu trib. potestatis dedi supra in regula V. Exemplum aliud illustre suppeditat tabula aenea honestae missionis, quam edidit Sanclementius. ^{a)} In hac Domitianus ad diem XIII. Kal. Mart. dicitur TR. P. V. COS. XII. IMP. XI. Fuere hi Domitiani tituli inde a Kal. Ian. V. C. 839. At exeunte anno praecedente ejus tituli fuere TR. P. V. COS. XI. IMP. XI. Idem ergo tribunatus V. currebat cum parte consulatus XI. et parte XII. In mea ergo sententia Domitiani postremus tribunatus fuit XVI., quem inivit XIII. Septembris V. C. 849, sed quinto post die a conjurationis caesus.

NERVA.

Fuere viri illustres, qui ex testimonio veterum monumentorum tertium Nervae tribunatum largiendum censuere. At quoniam aliorum satis constat, Nervam XVI. tantum mensibus praefuisse imperio, incredibile, quantum ea res chronologorum vexaverit ingenia, et quae ad conciliandam cum monumentis historiam effugia necesse fuerit comminisci, ut videre est apud Tillemontium. ^{b)} Ante omnia in horum monumentorum fidem inquiramus. Citantur ex Goltzio, ^{c)} et qui hunc exscripsit, Occone numi Nervae, in quorum uno legitur: TR. P. III. COS. III. in alio: ΔΗ. ΕΞ. Γ. ΤΗΑΤΟ. ΤΟ. Δ. in alio: ΕΤΟΤC. ΤΡΙΤΟΤ. Tum marmor Gruteri: ^{d)} TRIB. POTEST. III. IMP. II. aliud Muratorii: ^{e)} TRIB. POTEST. III. COS. III. Alia monumenta, quae istud adferrent, non suppetunt. Nemini mirum videbitur, ea Mazzolenum cupide amplexum, quod ejus se sententiae in speciem praeclare adcommodat, et refellunt alteram, quae tribunatus iterationem a natali imperii ducit. At cum viro erudito obstarent numi Nervae certae fidei, qui cum consulatu IV. conjungunt trib. potestatem II., cum tamen secundum ejus doctrinam constanter cum consulatu IV. jungendus esset tribunatus III., hunc nodum ut solveret, ait primum: *sunt quidem aliquot numi Latini cum* TR. P. II. *et* COS. III. Sed enim non *aliquot*, sed quam pluri-

^{a)} de vulg. aera pag. 155.
185. ^{e)} Pag. 448. 4.

^{b)} Note V. sur Nerva.

^{c)} Thesaur. pag. 63.

^{d)} Pag.

mi sunt numi sic inscripti, et in solo museo Caesareo, non adnumeratis duplicibus, novem ejus generis, variis omnes typis, adservantur, et multo major est numerus penes Mediobarbum. Ait inde: *posse intelligi consulatum IV. non initum, sed designatum, veteri nimirum infirmæ causæ præsidio*. Quod ad citata monumenta attinet, satis esto, omnes hos numos esse Goltzianos, atque hos jam ita suspectos viros Mediobarbo cetera minime moroso, ut ne recipiendos quidem in suum catalogum putaret, falsumque nimio est, quod adserit Pagius, ^{a)} *in cimeliis principum complures numos Latinos existere, in quibus Nerva dicitur* TR. P. III. COS. III. Male etiam ejus causa nititur binis marmoribus, in quibus vel scalpendis quadratarius, vel exscribendis lector potuit peccare. Enimvero si Nervæ omnino tribuendus est tribunatus III., quoniam bina marmora eum jactant, nihil obstat, quo minus ei tribuamus quoque X., quia eodem loco apud Muratorium bini proponuntur lapides, in quibus Nervæ trib. potestas X. adfingitur. Sed et alteram sententiam everunt numi, quæ Kalendis Ian. iterationem tribunatus volet adfigere; nam labente eodem consulatu II. legitur TR. P., et TR. P. II. Quare certum est, Nervam majorum exemplo trib. potestatem natali imperii renovasse.

TRAIANVS.

Trajani numi ad quamcunque sententiam parum conferunt, quia raro in

his trib. potestati sui adduntur numeri. Mazzolenus ad causam suam advocat numos inscriptos: TR. P. VII. COS. III. DES. V., quibus doceremur, Trajanum, exeunte Octobri V. C. 850 tribunatu a Nerva donatum, eum proximo die X. Dec. iterasse, quos ille numos tanto jactat confidentius, quod præterea cum falsis præclare conspirant. Verum quo pacto hi sint numi explicandi, abunde disputavi in moneta Trajani ad annum V. C. 856. Labet solum monere, Mazzolenum hoc loco præferre numis falsos, quod hi præsentis causæ favere videntur. Non meminerat, se alibi contrarium sanxisse, *in falsis potius consularibus*, ait, *timere errata poterimus, quippe quæ manifesta, nec infrequentia in iis prostant*. Marmorum testimonium ejus sunt idolis, ut alia pro more ejus doctrinam juvent, alia ipso fatente interimant, ut adeo rursum ipse cogere ad duplex numerandi tribunatus principium, aut ad consulatus designatos tantum, non initos confugere. Ceterum quæ ad rationes chronologicas imperii Trajani admodum implexas pertinent, operose per varias ejus monetæ stationes expedire conatus sum, quæ sane difficultates evanescerent, si, quod et in successore Hadriano neglectum, tribunatus numeri adcuratius fuissent adjecti. Exstant numi complures Antiocheni, qui Trajano tribunatum XXI. palam adserunt, ut et marmor in Hispania repertum, cum tamen hactenus de XX. tantum ejus tribunatibus constet, quæ quidem omnia vide enarrata in titulis Trajani. Ex quo patet,

a) Crit. Bar. ad ann. Chr. 103.

pluribus nobis adhuc monumentis ad confirmandam Trajani chronologiam opus esse.

HADRIANVS.

Quod in Trajani moneta molestum esse dixi, neglectos plerumque trib. potestatis numeros, illud in Hadriano multo molestissimum, ex cujus numerum prodigioso agmine unicum hucusque novi, qui ejus numerum addit, promulgatum a Vaillantio, et inscriptum: TR. P. II., ^{a)} sed et hoc indicio inutili, quia non additur consularius. Aliae igitur ad inveniendam Hadriani rationem tentandae viae, at quae? Eas quidem facile reperit Mazzolenus, sed, ut verum fatear, caenofas, et quae a scopo certissime averunt. Argumentum primum ducit a numis Alexandrinis Hadriani, qui ejus annum KB sistunt. Recte istud pro Alexandrinorum calculo, cujus lege annus Hadriani XXII. coepit die XXXIX. Augusti V. C. 890, et duravit usque ad X. Iulii anni sequentis, quo die Hadrianus obiit. At vero an idem fuit modus numerandae trib. potestatis, qui Alexandrinis numerandorum imperii annorum? Rem deinceps marmoribus agit, sed provide, nam ea, quae causae suae adversantur, dissimulat. Quin ex variantibus marmorum lectionibus eas adoptat, quae causae suae patrocinantur. Nimirum cum famigeratam inscriptionem recitat, qua Hadrianus populo reliqua vetera remisisse perhibetur, recipit lectionem Baronii, et Ma-

billonii, quibus auctoribus is dicitur TR. POT. II. COS., qua admissa revera cadit sententia eorum, qui tribunatum natali imperii renovatum statuunt, quia quo tempore Hadrianus coepit dici TR. POT. II., jam fuit COS. II., at in Grutero, qui idem marmor recitat, ^{b)} Hadrianus revera dicitur TR. POT. II. COS. II. Ex quo iterum apparet, quanta sit marmoribus, prout ea vulgata reperimus, tribuenda fides. Et sane in Hadriani monumentis corruptos passim esse numeros, ipse experientia edoctus sum. Atque post similia enarrata argumenta arguere denique vir praestans poterat, Hadrianum X. Decembris trib. potestatem iterasse. In tabula aenea honestae missionis, quae est apud Gruterum, ^{c)} Hadrianus ad diem XI. Kal. Mart. dicitur TR. POT. XII. Adduntur consules P. Iuventius Celsus II. et Q. Iulius Balbus, qui sunt anni V. C. 882. At si valeret sententia Mazzoleni, Hadrianus dicto die dicendus fuerat TR. POT. XIII., et sic dicendus fuerat etiam, si tribunatum Kal. Ian. iterasset. Recte tamen stabilit sententiam eorum, qui tribunatus iterationem a natali imperii ducunt. Ceterum etsi his tabulis plus generatim tribuam, quam marmoribus, quo modo ea promulgata habentur, nolo tamen vel his nimium tribui, nam in simili tabula musei Caesarei, quam edidi in mea Sylloge I., Antonino adfingitur trib. potestas, quae sententiis omnibus palam adversatur. Est ergo trib. potestas XXI. postrema, quam Hadrianus in sententia ejus die natali iteratae numerare potuit.

a) Num. praef. Tom. III. pag. 116.

b) Pag. 10.

c) Pag. 573.

Vide de hoc plura in nota Reimari 171 ad Dionis librum LXIX., et in dissertatione Belleyi. ^{a)} Non possum hoc loco praeterire marmora duo apud Muratorium ex Donio hausta, ^{b)} in quorum uno Hadrianus dicitur TRIB. POT. II. COS. II. in altero TRIB. POT. II. COS. III. Priores notae indicant annum V. C. 871, posteriores annum 872. Hae si non fallunt, (nam marmora ipsa ignota sunt Marino, qui ea restituit, conjicitque, a Donio illa ex MS. quopiam fuisse capta) ^{c)} suapte sequitur, quoniam eadem trib. potestas II. binos annos occupat, eam imperante Hadriano intra annum Iulianum, atque haud dubie die natali imperii fuisse renovatam. Quam eadem perniciofa sint sententiae Mazzoleni, nemo non videt. Marmora bina, quae Hadriano tribunatus XXII. adsignant, etsi ex lege ordinaria ei tantum XXI. debeantur, utut viro erudito plurimum favent, audienda tamen non sunt propterea, quia non ob hanc solum causam, sed alias quoque a viris praeclaris in falsorum numerum sunt relata. Vide cl. Zachariae *Istituzione lapid.* p. 512.

Hactenus vidimus, monumenta vetera favere sententiae, quae trib. potestatem die natali imperii iteratam docet, et repugnare quibuscunque aliis. At eadem docent, deinceps tribunatum incomplete primo anno proximis Kalendis Ian. fuisse renovatam. Istud adserendi sub Antonino Pio, M. Aurelio, et L. Vero non tot causae praesto sunt, quot deinde istud sub Commodio, et sequentibus exigunt, sed tamen sunt ali-

quae, quae istud suadeant, nullae, quae repugnent, sic ut plane verisimile sit, hunc iterandi modum Antonino imperante invecum.

ANTONINVS PIVS.

Numi hujus imperatoris ad juvandam quamcunque sententiam nihil opis praestant, quia nonnisi inde a trib. potestate XI. numeros addere ineipiunt. At quoniam Antoninus ab hoc tempore usque ad vitae exitum consulatum non amplius iteravit, sublata consulatus cum tribunatibus contendendi occasione, quo uno iterationis principium potest reperiri, inutiles sunt ad finem, quem cupimus, adscripti tribunatus numeri. Soli numi aliquid suggerunt, qui Antonini tribunatum XXIV., qui fuit ejus postremus, inscriptum gestant. In eorum opinione, qui tribunatum die natali imperii renovari jubent, coepit Antonini tribunatus XXIV. die 25 Februarii V. C. 914, fuitque paucorum tantum dierum: nam mortuus statuitur die VII. Martii proxime sequentis, aut certe paullo post, ut diximus in ejus moneta. At vero tantus superest numerus numerorum, qui hunc tribunatum memorant, atque in his tam varii typi, ut plane necesse videatur, postremi hujus tribunatus fines ampliare, quod fiet, si trib. potestatem XXIII. ab elapsis proxime Kalendis Ian. ordiemur, quem morem circa hanc aetatem invecum ex sequentibus manifestius patebit. Aliam conjecturam suppeditat numus M. Aurelii adhuc Caesaris, in cujus averfa legitur TR. POT.

a) B. L. Mem. Tom. XXIV. pag. 96.

b) Pag. 188. 4. 5.

c) Frat. arv. pag. 218.

VII. TR. POT. VIII., de quo agam sub finem in conclusione hujus doctrinae § II.

M. AVRELIVS, L. VERVS.

Certiora jam uterque praebet indicia renovatae Kalendis Ian. trib. potestatis. Ab Aurelio ordiamur. De dignitate hac ei adhuc Caesari delata diserte Capitolinus: ^{a)} *Post haec Faustina duxit uxorem, et suscepta filia tribunicia potestate donatus est.* Ex marmoribus, et numis, in quibus juxta numerum tribunatus etiam numerus consulatum notatur, tum etiam ex tribunatu XXXIV., qui ejus postremus fuit, liquet, eum anno V. C. 900 ab Antonino hoc honore adfectum. At dies controvertitur. Conjicit Tillemontius, delatam illi hanc potestatem die 25 Februarii, quoniam Antoninus quoque eam hoc die ab Hadriano accepit. Non repugno huic conjecturae, etsi parum solidae; at repugnare cogor sententiae ejusdem viri celeberrimi, et plerorumque aliorum, qui Aurelii tribunatum eodem die repetitum statuunt. Negant nempe istud numi anni V. C. 914 P. X. 161. Processit Aurelius Kalendis Ian. hujus anni consul III., et hinc usque ad 25 Februarii secundum Tillemontium cucurrit ejus tribunatus XIV. Coeptum deinde tribunatum XV. decem solis diebus titulo Caesaris tenuit; nam Pio paullo post die VII. Martii e vivis erepto Augusti titulum suscepit. Ex quo sequitur, si exstant numi Aurelii Caesaris signati a Kal. Ian., quo die consulatum III. ini-

vit, usque ad diem VII. Martii, majorem horum partem inscriptam esse debere: AVRELIVS. CAESAR. TR. P. XIII. COS. III., quoniam ex sententia Tillemontii duobus integris fere mensibus hi ejus tituli fuere, at eorum minorem partem exhibituram epigraphen: AVRELIVS. CAESAR. TR. P. XV. COS. III., quoniam hi tituli decem tantum diebus duravere. Verum contra evenit. In copiosis hujus intervalli numis nunquam leges: TR. P. XIII. COS. III., sed constanter: TR. P. XV. COS. III. Vtrum verisimile, inde a Kal. Ian. usque 25 Februarii aut nullos Aurelii signatos numos, aut si signati fuere, hoc illos fuisse fato, ut ad unum omnes interirent? contra, quos sequens dierum X. spatium procudit, eos solos, et magno quidem numero exitium evasisse? Quapropter cum simul cum consulatu III. videamus exortum tribunatum XV., necesse est etiam statuere, eum a Kal. Ian. ductum, cumque istud ex numis his manifeste appareat, et verisimile praeterea sit, Aurelium non alio modo numerasse tribunatus, quam quo eos numeravit pater Antoninus, confirmatur, quod jam supra conjeci, jam Antoninum Kalendis Ian. tribunatum iterare solitum, praecipue quod continuo visuri sumus, L. Verum quoque sic tribunatus suos computasse. Atque iidem etiam numi Mazzoleni sententiam impetunt, secundum quam Aurelius tribunatum XV. inivit die X. Decembris V. C. 913 proximis Kal. Ian. processurus consul III. Ex hac ergo doctrina fuit Aurelius intra hoc interval-

a) in Aurel. cap. 6.

lum TR. P. XV. COS. II. DES. III. , et si vera est ejus doctrina , necesse est exstare aliquem numum sic inscriptum ; at vero non legitur in ejus moneta tribunatus XV. nisi junctus cum consulatu III. , neque consulatus II. def. III. nisi junctus cum tribunatu XIV.

Eodem modo causam meam ex L. Veri numis propugno. Is mortuo circiter VII. Martii V. C. 914 Antonino Pio mox a M. Aurelio adsumptus collega, et trib. potestate donatus est, quam deinde, si Panvinium, et sequaces audias, singulis annis eodem die VII. Martii renovavit. At istud iterum negant numi. Etenim si tribunatum sic iteravit, necesse est, a Kal. Ian. V. C. 920, quo anno processit consul III., usque ad dictum diem Martii fluxisse residuum tribunatus VI., et deinceps coeptum tribunatum VII. Quare numos hoc intervallo cufos necesse fuit inscribi TR. P. VI. COS. III. Sed enim nullus hactenus repertus est sic inscriptus, at omnes, et quidem magno numero: TR. P. VII. COS. III. Sed et iidem numi Mazzolenum feriunt, secundum quem Verus inde a X. Decembris V. C. 919 usque ad proximas Kalendas Ian. fuit TR. P. VII. COS. II. Verum ne unus quidem numus sic reperitur inscriptus ; omnes ejus tribunatum VII. jungunt cum consulatu III., et consulatum II. cum tribunatu VI. et praecedentibus. Quare confiteri oportet, ipsis Kal. Ian. trib. potestatem iteratam.

At urget Panvinianae sententiae pa-

tronos gravissima alia difficultas. Certum est I., mortuum L. Verum V. C. 922 P. X. 169 teste Eusebio, et numis. Certum II. teste Galeno synchrono, eum mortuum media hyeme. ^{a)} Certum III., ejus postremam trib. potestatem fuisse IX. Haec tria ut concilient Panviniani, misere laborant. Non possunt Veri mortem adfigere medio Ianuario hujus anni 922, quod est fere mediae hyemis tempus, nam tum non inivisset tribunatum IX., qui in eorum sententia nonnisi die VII. Martii ejus anni coeplit. Coacti ergo fuere Tillemontius, ^{b)} Norisius ^{c)} aliique, ut et tribunatum IX. et mediam hyemen salvam praesent, Veri mortem in Decembrem ejus anni differre. Verum an mensis December media hyems unquam est habitus, et non potius hyemis initium? Sane in Calendario rustico Farnesiano notatur in Decembri: HIEMPS. INITIVM. SILVE. TROPAE. CHIMERIN., et item in alio Calendario, quod fuit olim in aedibus Bernardini della Valle, ad eundem mensem: HIEMIS. INIT. TROPAEAE. CHIMER., tum vero mediam hyemem in Ianuarius aperte conjiciunt Ovidius, ^{d)} et vetus Calendarium, quod ejus fastis praefigitur, tum et Columella. ^{e)} Necesse ergo erit viris praestantibus, aut Galenum synchronum, et tum Romae, atque in ipsa aula degentem, et insignis ab arte medica virum nominis, arguere mendacii, aut adferere, aliter ab eo anni tempora computata, aut ad medium circiter Ia-

a) *περί των ιδίων ελληνων* cap. 2. et de Praecognit.
e) *Epoch. Syrem. diss. IV. pag. 304.* d) *Fast. I. v. 459.*

b) *Note XII. sur M. Aurel.*
e) *de re rust. L. XI.*

nuarium hujus anni revocare Veri mortem, sed et tum mecum confiteri, Veri trib. potestatem IX. a Kalendis Ian. ejus anni ducendam. Sed et alium habent nodam, quem expédiant, qui Veri mortem in finem Decembris differunt. Mortuus est Verus in M. Aurelii trib. potestate XXIII., et ea adhuc labente peractam ejus consecrationem, docet numus cum epigraphe DIVVS. VERYS, in cujus averfa est caput Aurelii cum mentione dicti tribunatus XXIII., quem correctum exhibui in numis D. Veri. Ad haec eo adhuc labente Aurelium dedisse congiarium, et mox iterum in Germaniam profectum docent insignes ejus numi a me in ejus moneta ad annum V. C. 922 descripti, in quibus habetur eadem trib. potestas XXIII., et in averfa PROPECTIO. AVG., et LIBERAL. AVG. V. Iam igitur si exeunte Decembri mortuus est Verus, necesse est, quoniam Aurelii tribunatus XXIII. die 25 Februarii exivit, funebrem ejus pompam ab Altino Venetorum, ubi decessit, Romam usque, consecrationis solennia, congiarii procurationem, apparatus ad novum bellum, atque ipsam profectionem angustis duorum mensium spatiis circumscribere. At si mortuus statuatur Verus circa medium Ianuarium anni V. C. 922, inde usque ad proximas Kalendas Ian. tot rebus expediendis tempus non deficit. Verum omnis haec lis erit decisa, si reperiatur numus Alexandrinus L. Veri inscriptus L. I. Nam annus Veri X. in Alexandrinorum calculo coepisset die 29 Augusti V. C. 922,

quo posito necesse omnino foret, L. Verum in Decembri mortuum statuere. Vnum sane sic inscriptum offert catalogus Theupoli, sed de cujus fide dubito, ut dixi in L. Veri moneta Alexandrina, neque etiam solertissimus Zoëga, qui omnia monetae Alexandrinae scrinia impigre excussit, posteriorem aliquem anno Θ invenit.

COMMODVS.

Nullius imperatoris trib. potestas adeo implexam rationem, tamque in se recurrentes nodos offert, quam Commodiana, quos extricare conati quidem sunt praestantissimi philologi, at irritò sane conatu. Cumque post horum tentamina ipse quoque de exitu desperem, aliud mihi in praesens propositum non est, quam ut ostendam, nullam sententiam, quam praeclari hi viri attulere, posse cum certis monumentis componi.

Lampridius, qui singulos Commodò delatos honores tam anxie commemorat, ut ne consules quidem ac diem omittat, nihil tamen de collata trib. potestate, quod mirum sane, memoriae prodidit. Capitolinus postquam narrasset, ^{a)} Aurelium, ut Romam venit, triumphasse, quod accidit 23 Decem. V. C. 929, continuo subjicit: *Exinde Lanuvium profectus est. Commodum deinde sibi collegam in trib. potestatem junxit.* Quo testimonio, nisi fallax forte est, istud saltem docemur, ei tribunatum nonnisi post hunc triumphum, et memoratum tempus accessisse. Cum Capito-

a) in Aurel. cap. 27.

lino conspirant quoque numi anni V. C. 930, quorum alii cum inscribantur TR. P., alii TR. P. II., indicare videntur, Commodo hanc potestatem anno praecedente delatam.

Praeciendum adhuc, certum esse, a Commodio initam ipsam trib. potestatem XVIII. Istud certum est I. ex numis, quos in Commodi moneta adhuc tribunatum omnes studiose collegi, et additis testibus accurate descripsi, quique omnes hanc numero potestatem exhibent. II. Certum ex epigrammate non dubiae iterum auctoritatis, quod inferum moli Hadriani, et ipsi Commodi, ut creditur, sepulchro sic binis locis recitatur a Grutero: ^{a)} *L. Aëlio Aurelio Commodio Augusto — — — trib. pot. XVIII. imperat. VIII. consuli VII. P. P.* Idem tribunatus legitur in lapide Muratorii. ^{b)} Denique III. Dio quoque, cum literas a Commodio ad senatum datas commemorat, his eum praeter alios titulis usum refert: *trib. pot. XVIII. imp. VIII. cof. VII. P. P.* ^{c)} Qui sibi ipse trib. potestatem XVIII. tribuit, illam certe inivit, ut adeo frustra sit Harduinus, qui numos ex aere maximo tribunatum XVIII. praefereutes adulterinos adfirmare non dubitat, praesertim cum hic, ut ait, in nullo appareat omnino numismate aureo, argenteo, aereo trium solitarum formarum. ^{d)} Quod falsum esse, in hujus tribunatus numis manifeste comprobavimus. Idem cum Harduino perperam sensisse Argelatum, in adjecta ad similem Mediobarbi numum

nota video.

His occupatis eruditorum super exordio trib. potestatis sententiae expendendae.

Sententia I. eorum, qui ejus initium adfigunt anno V. C. 928 P. X. 175, quae fuit sententia Norisii et Pagii, quorum ille Capitolino dicam impingit, eo quod perhibeat, ^{e)} Marcum Romam ex Oriente reducem triumphasse, quod factum V. C. 929 die 23 Dec., deinde profectum Lanuvium, ac tum demum Commodum sibi in tribunatu collegam junxisse, cum tamen probari ex numis posse putet, eum illo donatum V. C. 928, et, ut conjicit, 27 Februarii. ^{f)} Serius tamen delatam hanc Commodio dignitatem circiter mense Augusto est opinatus. ^{g)} Quoad annum consentit etiam Tillemontius. ^{h)}

Non agam patronum Capitolini toties rerum ordinem sus deque miscntis, nihilque hujus auctoritas in causa praesente valeat. Numis rem agam. In hac virorum eruditorum sententia anni V. C. 929 partem priorem occupavit tribunatus I., partem alteram tribunatus II., ac demum partem priorem anni 945, cujus postrema die caesus est Commodus, tribunatus XVII., partem alteram tribunatus XVIII., et, quod sequitur, fuit Commodus

V. C. 930. COS. TR. P. II. III.
931. COS. TR. P. III. IV.
932. COS. II. TR. P. IV. V.
933. COS. II. TR. P. V. VI.

a) Pag. 253. 2. et 262. 6. b) Pag. 242. 5.
c) I. c. d) Vot. decenn. pag. 115.
e) I. c. f) Vot. decenn. pag. 115.
g) Epist. conf. pag. 120. h) in Aurelio.
pag. 676.

c) L. LXXII. § 15. d) Hist. Aug. pag.
g) Epist. conf. pag. 120. h) in Aurelio.

- V. C. 934. COS. III. TR. P. VI. VII.
 935. COS. III. TR. P. VII.
 VIII.
 936. COS. IV. TR. P. VIII.
 IX.
 937. COS. IV. TR. P. IX. X.
 938. COS. IV. TR. P. X. XI.
 939. COS. V. TR. P. XI. XII.
 940. COS. V. TR. P. XII. XIII.
 941. COS. V. TR. P. XIII.
 XIV.
 942. COS. V. TR. P. XIV.
 XV.
 943. COS. VI. TR. P. XV.
 XVI.
 944. COS. VI. TR. P. XVI.
 XVII.
 945. COS. VII. TR. P. XVII.
 XVIII.

Ex hoc ergo calculo sequitur, tribunatum Commodi IV. parte sui priore decurrere cum anno 931, quo consul I. fuit, et posteriore cum anno 932. At nusquam legitur: TR. P. IV. COS., sed semper TR. P. IV. COS. II. Ergo anno V. C. 931 nondum habuit trib. potestatem IV.

Tribunatus VI. incidit in annos 933 et 934, quorum priore fuit COS. II., posteriore III., sed nullibi reperies TR. P. VI. COS. II., constanter TR. P. VI. COS. III. Ergo anno 933 nondum habuit tribunatum VI.

Tribunatus VIII. occupat partem annorum 935 et 936, quorum illo fuit COS. III. hoc COS. IV., nusquam tamen scribitur: TR. P. VIII. COS. III., semper TR. P. VIII. COS. IIII., ergo anno 935 nondum praeditus fuit tribu-

natu VIII.

Tribunatus XI. incidit in annos 938 et 939. Fuit Commodus illo COS. IV. hoc COS. V., sed non reperies usquam TR. P. XI. COS. IIII., semper TR. P. XI. COS. V. Quare anno 938 nondum habuit tribunatum XI.

Tribunatus XV. currit cum annis 942 et 943, quorum illo fuit COS. V., hoc COS. VI., nunquam tamen legitur TR. P. XV. COS. V., at constanter TR. P. XV. COS. VI. Ergo V. C. 942 nondum accessit tribunatus XV.

Denique tribunatus XVII. incidit in annos 944 et 945, quorum illo fuit COS. VI., hoc COS. VII. At non leges TR. P. XVII. COS. VI. (dempto unico, quem sic citari video inter numos max. mod. reg. Gall. Tab. XV. n. 4, nisi mendum subest) sed semper TR. P. XVII. COS. VII. Ergo V. C. 944 trib. potestas XVII. nondum obtigit.

Animadversa constante hac lege per omnes Commodi consulatus deducta fieri necesse erit, aut nimis maturo initio adfixum ab antiquariis primum ejus tribunatum, aut priore singulorum tribunatum parte, quae Kalendas Ian. proxime praecedat, per omnes hos annos monetam signari solitam non fuisse, quod an ullo modo verisimile? At multo acerbius eam sententiam ferit animadversio alia, quam item ex numis expositum est.

Secundum hujus sententiae patronos parte priore anni V. C. 942, ut ex allata tabella patet, currebat Commodi tribunatus XIV, posteriore tribunatus XV. Certum est, Commodum proximis Kalendis Ian. processisse consulem

VI. Numis igitur per praecedentes proxime menses, sive in hac sententia in tribunatu XV. signatis ex vetere more inscribendum fuerat TR. P. XV. COS. V. DES. VI. Sed enim nequaquam istud hujus temporis numi offerunt, sed TR. P. XIII. COS. V. DES. VI. obijciunt omnes, iique obvii; ex quo apparet, trib. potestatem XIV. non XV. fuisse in exitu anni, et proxime cum Kalendis Ian. conjunctam.

Sententia II. eruditi Mazzoleni. Secundum hanc Commodus trib. potestatem accepit 27 Nov. V. C. 929, eamque post exiguum 12 dierum intervallum die X. Dec. iteravit.^{a)} Quare Commodi tribunatus I. duravit a die 27 Nov. 929 usque ad proximum diem X. Decembris, quo coepit tribunatus II. exiturus X. Dec. anni 930, et ita porro. Quam *avertata* ex hac doctrina suapte profluant, binis tantum argumentis, nam diutius immorari piget, comprobabo.

V. C. 930 Commodus processit COS. I. Ex lege a Mazzoleno lata Kalendis Ian. fluxit tribunatus III. usque ad X. Dec., quo coepit IV. Sed enim miseret me longi numerum agminis, in quorum fronte scriptum: TR. P. II. COS., et qui modo post Mazzoleni oraculum, ubi pedem ponant, non habent. Verterint sese ad annum praecedentem, negabitur civitas, quia tum consul nondum fuit Commodus; sin ad praesentem, fastidientur quoque, quoniam hoc anno jam fluxit tribunatus III., subinde IV. Ex eadem lege extorres sunt omnes, qui inscribuntur TR. P. III. COS. II.

Processit consul II. V. C. 932, at hoc anno dictante Mazzoleno valuit tribunatus V., mox VI. Serpit eadem contagio ad numos omnes, qui subinde iteratum a Commodio consulatum offerunt, quanta adeo civium optimorum jactura, nemo non videt.

Alterum argumentum paucis persequar. Fuere, quibus Commodi tribunatus XVIII. jam numero nimius est visus, ut supra diximus. En tibi Mazzolenum, qui nunc praefectio suo ipsum XIX. tribunatum invehit; nam secundum istud coepit tribunatus XVIII. die X. Dec. V. C. 944, duravit usque ad eundem diem anni 945, et incepit tum tribunatus XIX., quo labente caesus est Commodus postremo anni die. Atque haec de Mazzoleni doctrina non improbabili modo, sed aperte falsa dicta sufficiant.

At vero eorum quoque sententias, qui duplicem in Commodio numerandi tribunatus modum stabilire conati sunt, ut videre est apud Valsechium,^{b)} plane succumbere facile intelliges, si eas cum numis a me descriptis, iisque sinceris et integris contendas.

Ergo cum repertum hactenus nihil sit, quo verum tempus iterationis trib. potestatis in Commodio posset definiri, etsi satis certum sit, ei initium factum exeunte anno 929 cum ex manifesto testimonio Capitolini, tum numis, aliud opportunius facere non poteram, quam ut describerem numos eo ordine, quem juncti cum consulatibus tribunatus efficiunt, ut jam monui in hujus Augusti moneta ad annum V. C. 930. Atque

a) de trib. pot. pag. 123.

b) de init. imp. Alex. pag. 216. seq.

secundum hanc legem videmus in numis anni 930 duplicem tribunatum, nempe I. et II., et duplicem item in numis anni postremi 945, nempe XVII. et XVIII. In reliquis numis simplicem tantum per singulos annos tribunatum reperias, sic ut eum Kalendis Ian. instar consulatus iterasse patris exemplo plane appareat. Quae vero causa sit, cur solis annis primo, et postremo duplex occurrat tribunatus, nulla me ratione adsequi posse candide profiteor; sed certus sum etiam, aliquam idoneam neque in alia quapiam sententia posse adferri.

SEVERVS.

Major, meliorque chronologorum pars Severum ineunte Iunio V. C. 946 trib. potestate donatum adfirmat, ut dixi in hujus numis. Pagius idus Apriles ejusdem anni praefert, sed quod ad praesentem causam perinde est. Demonstrandum ergo, dictam potestatem non fuisse iteratam recurrente Iunio, ac praeterea praemonendum, postremum Severi tribunatum fuisse XVIII., eumque legi in numis copiosis, et obviis. En argumenta:

I. Si tribunatus Severi captus initio Iunii V. C. 946 eodem semper tempore anno revoluto esset iteratus, ex legis hujus tenore tribunatus XVIII. coepisset initio Iunii V. C. 964. At Severi vita ad hoc usque tempus non duravit jam die IV. Febr. ejusdem anni e vivis erepti. Mirum enimvero. qui factum, ut viri eruditi, qui Severi tribunatus per annos digessere, ad hunc lapidem,

quem objectum sibi oculis videre, malent offendere, quam ab eo declinare. Sane Occo et Mediobarbus extremo Severi anno non paucos numos cum trib. potestate XVIII. recitant, tamen eam in ejus anni titulo dissimulant memorato solo tribunatu XVIII., nimirum quod hic sese illorum calculo adcommodat, non item ille. Eandem etiam dissimulat, tanquam non existeret, egregius Tillemontius, imperiumque Severi cum tribunatu XVIII. concludit, etsi Mediobarbi catalogo assidue est usus, nisi forte in horum numorum descriptione mendum suspicari maluit. Sane vel unum hoc argumentum satis per se valet ad evertendam sententiam de iterato sub Iunii initium tribunatu. Quae absurda Pagius ad explicandum hunc tribunatum coactus fuerit comminisci, vide apud auctorem ipsum. ^{a)} Nuper. cl. Sanclementius, ut objectam difficultatem leniret, magnopere collaudavit sententiam cl. Zoëgae, cujus conjectura fuit, Severum, quem constat, in Antoninorum gentem se violenter intrussisse, initium suae trib. potestatis fieri jussisse ab ea die, qua Commodus vivendi finem fecit, nulla habita ratione imperiorum Pertinacis, et Iuliani. ^{b)} Non inficior, hoc pacto Severi tribunatum XIX. commodissime explicari. Nam cum in hac sententia imperium Severi ducatur a Kal. Ian. V. C. 946, non modo is tribunatus facile emergit, sed etiam consulatus cum tribunatibus suapte conciliantur. At enim quis sibi persuadeat, neglectum a Severo Pertinacis tanquam intrusi imperium, qui non mo-

a) Crit. Bar. ad ann. Chr. 211.

b) de vulg. aera pag. 287.

dō divinos caelo honores decrevit, et iustum adeo Caesarem agnovit, sed etiam ex singulari in optimum hunc principem adfectu ab ejus nomine Pertinacem se dici voluit, ut ostendimus in Severo sub titulo *Pertinax*, ejusque caeli vindicem se palam tulit? Non ergo isthoc effugio sublatam possumus statuere difficultatem.

II. Severus Kal. Ian. V. C. 955 processit consul III., et secundum praetensum hoc iterationis tempus initio Iunii V. C. 954 inivit tribunatum IX. expiraturum eodem mense anni 955, quo decimus occiperet, atque adeo necesse foret in numis a dictis Kalendis usque ad Iunium signatis jungi trib. potestatem IX. cum COS. III. Nunquam tamen istud, at constanter legere est TR. P. X. COS. III. Ergo Severus jam anni principio habuit tribunatum X.

III. Exhibet Muratorius inscriptionem insignem repertam Romae, in qua omisissis reliquis legitur: *L. Sept. Severi Pii Pert. Aug. Arabic. Adjah. Pont. et Part. Max. Tr. P. VIII. Imp. XI. Cof. II. Procos. P. P. et M. Aur. Antonini Pii Felicis Aug. Tr. P. III. Procos. et Iulias Aug. M. K — — — Dedicata Kal. April. Severo et Victorino cos. a)* Horum consulatus incidit in annum V. C. 953. Admissa tribunatus iteratione mense Iunio Severus tribunatum VIII. nonnisi principio Iunii hujus anni 953 adivit. Verum ex praeconio marmoris propositi jam Kal. April. hujus anni tribunatu VIII. praeditus fuit. Igitur ea iteratio necessario anticipanda. Exstat

apud Muratorium marmor dedicatum Severo, in quo is dicitur TRIB. POT. III. IMP. IIII. COS. II. ^{b)} Hae notae Muratorio indicant annos V. C. 948. 949 P. X. 195. 196. Contra arguit Marinius, ^{c)} verum istud quidem esse spectato tribunatu III., at non spectato titulo IMP. IIII., qui monumentum istud potius ad annum P. X. 194 retraheret, ac propterea marmoris hujus notas corrigendas suadet. Admitte mecum, Severum trib. potestatem III. inivisse Kal. Ian. V. C. 948, ac tum tituli omnes recto stabunt talo, et salva erit marmoris hujus auctoritas.

Quam accurate in Severo cum consulatibus conspirent tribunatus, si horum iterationem a Kalendis Ian. ducas, ex ejus moneta ipse facile intelligas.

CARACALLA

Acre inter eruditos est dissidium, quo anno aut mense Caracalla tribunatu donatus fuerit. Norisius primum id factum censuit paullo post Kalendas Iun. V. C. 951 P. X. 198. ipso nimirum patris Severi natali imperii, ^{d)} Serius mutavit sententiam, et dignitatis hujus exordium ante Kal. Apriles ejus anni retrahit praeter varia numorum et lapidum testimonia motus auctoritate marmoris Gruteriani, in quo Caracallae pridie non. April. V. C. 953 jam tribunatus III. tribuitur. ^{e)} Addo, lapidem post Norisii mortem detectum, quem supra in Severo citavi, Caracallae ipsi jam Kal. April. V. C. 953 eundem tri-

a) Pag. 347. 2.
e) Pag. 269. 2.

b) Pag. 243. 7.

c) Frat. arv. pag. 719.

d) Vot. decenn. cap. 4.

bunatum III. largiri, ut adeo initium collatae hujus potestatis magis adhuc foret anticipandum. Causam implexam reddunt marmora varia, quae dum Severi, et Caracallae tribunatus componunt, inter utrumque jam quatuor, jam quinque, jam sex tribunatus collocant, sic ut necesse sit, si modo his monumentis fides habeatur, exordium tribunatus Caracalliani in ancipiti versari. Ex hoc labyrintho ut evaderent viri eruditi, duplex iis statuendum initium visum delati Caracallae tribunatus, prius ab anno V. C. 950, quo destinatus ad imperium fuit, alterum ab anno 951, quo revera Augustus dictus est, aliis hoc, aliis alio principio in tribunatum computo usis. In hanc se etiam sententiam inclinare, sed coactus utique ipse profitetur Tillemontius, ^{a)} quem in hac lite praecipue adi, aut Mazzolenum. ^{b)}

Tamen in universa hac causa parum est laborandum. Ad annum quidem quod attinet, certe annus V. C. 951 ejus potestatis exordio est adsignandus suffragantibus tam numis, quam marmoribus. Numi sane intervallum quinque tribunatum constanter inter patrem,

filiumque collocant, quod apparet ex ludis saecularibus in utriusque moneta una cum utriusque tribunatu expressis, aut ex titulis bellicis uno eodemque tempore ab utroque captis, ut vidimus. Igitur quo tempore currebat tribunatus VI. Severi, fluxit tribunatus I. Caracallae, atque adeo V. C. 951. Sed obturbant marmora. At quando haec non obturbavere? Esto, in compluribus horum reperiri intervallum modo arctius, modo laxius, at certum est etiam, maximam eorum partem tribunatus quinque, perinde ac numos, inter utrumque ponere. An non igitur praestabit, pauciores deviantes inscriptiones a pluribus corrigi, praecipue cum et numi hoc remedium non suadeant, sed imperent? Quis ignorat vitia, quae saepe obtulere ii, qui marmorum epigrammata exscribere? At enim patroni duplicis in Caracalla exordii fiduciam maximam habent repositam in inscriptione, quae hodieque legitur in fronte templi Romani, quod Pantheon veteribus dictum est. Lubet totum istud epigramma, quippe ad plures causas profuturum, ex adcuratis auctoribus huc transferre:

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS. SEVERVS. PIVS. PERTINAX. ARABICVS. ADIABENICVS. PARTHICVS. MAXIMVS. PONTIF. MAX. TRIB. POTES. X. IMP. XI. COS. III. P. P. PROCOS. ET. IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVG. TRIB. POTES. V. COS. PROCOS. PANTHEVM. VETVSTATE. CORRVP. TVM. CVM. OMNI. CVLTV. RESTITVERVNT.

Gruterus, atque tot alii, qui inscriptionis hujus meminere, omnes in Severi titulis legerunt TRIB. POTES. XI.,

non, ut revera est, X., ac post tot tandem viros eruditos, ac post tot inter eos lites prodivit Vignolius, qui veram

^{a)} Note XIX. sur Severe.

^{b)} in Animadv. I. de trib. pot. pag. 126.

lectionem TRIB. POTEST. X. restituit, ^{a)} quam et nuper auctoritate sua comprobant Georgius Zoëga, ^{b)} et Carolus Fea, ^{c)} ex quo epigramma illud restitui, qui et infra mirari se magnopere proficitur, ^{d)} cum tot hac super inscriptione inter eruditos essent dissidia, diu neminem omnino repertum, qui eam in examen revocasset. Hujus epigrammatis memini supra in regula III., quo comprobarem, quam parum fidere possimus notis chronologicis, quales nobis ex marmoribus in catalogis exhibentur, cum in describendo monumento publico, eoque nitido, facilisque quotidie omnibus aditus, tam graviter sit peccatum. Adhibe praeterea inscriptionem arcus Severi, quam dedi in Caracalla ad V. C. 957, et alias publicas idem docentes, quas collegit cl. Sanclementius. ^{e)} Certum ergo est, quod dixi, quinque tribunatus inter patrem et filium intercedere, et Caracallae tribunatum ab anno V. C. 951 exordium sumere. Atque haec de anno exordii controverso. Mensis implicatus examen, aliis, ut dixi, initium Aprilis, aliis initium Iunii pro trib. potestatis principio statuentibus. Historicis, et monumentis nihil in hac causa decidentibus sperabant se ex mentione tribunatum anni tempus proxime adsequi posse. Ita cum ex marmore supra citato viderent, Caracallam nonis April. V. C. 953 habuisse trib. potestatem III., arguerunt continuo, primum ejus tribunatum coepisse ante Aprilem anni

951, nam certum, ac indubitatum iis visum est, imperatores trib. potestatem semper die natali imperii iterare consuevisse. Sed enim hanc legem ut in praecedentibus proxime Augustis, sic et in Caracalla longe fallere, invictis modo argumentis demonstratum eo.

I. Statuatur, quod praeclari hi viri constitutum volebant, Caracallam ineunte Aprili V. C. 951 trib. potestate donatum, eamque die anniversaria renovatam. Consulatum II. inivit V. C. 958. Currebat ergo secundum patronos hujus sententiae a Kal. Ian. hujus anni usque ad Aprilem trib. potestas VII., deinceps VIII. Verum in nullo ejus anni numo legitur COS. II. TR. POT. VII., sed constanter COS. II. TR. P. VIII. Eodem modo cum anno V. C. 961 procederet consul III., nunquam legitur COS. III. TR. P. X., sed semper XI., denique in consulatu IV. anni 966 nunquam COS. IIII. TR. P. XV., sed semper XVI. Ex quo consequitur, per priores annorum horum mentes aut sigatos non esse numos, aut eos omnes deperditos; quod cum verisimile non sit, certum etiam, posteriorem tribunatus numerum jam anni principio valuisse, atque adeo eodem modo, ut in Severo dixeram, trib. potestatem die anniversaria non fuisse augeri solitam.

II. In eorum sententia Caracalla V. C. 964 a Kal. Ian. usque ad Kal. Apriles circiter numeravit tribunatum XIII. Intra hoc tempus Severus Eboraci moritur, nimirum die IV. Februarii, ac

a) Diss. II. de anno I Alexandri Sev. pag. 200. Tomi I. opp. S. Hippolyti edit. Hamburg.
b) Num. Aegypt. pag. 262. c) Storia di Winckelmann Tom. III. pag. 294. d) Ibid. p. 604.
e) de vulg. aera pag. 289.

tum continuo, et antequam tribunatus XIII. expiraret, Caracalla pro simplice PONTIF. dici coepit P. M. P. P. At vero nullus ejus habetur numus inscriptus P. M. TR. P. XIII. P. P., e contra plurimi exstant inscripti PONTIF. TR. P. XIII., unde tenemus, Caracallam jam ineunte hoc anno habuisse tribunatum XIV., neque illum in Aprilem usque distulisse.

Ex his suapte consequitur, incassum se torquere viros eruditos, dum ex tribunatum consequentium numero mensem, vel diem, quo primum Caracallae trib. potestas data fuit, se confecturos sperant, cum certum plane videatur, cum patris, et praecedentium proxime Caesarum exemplo ineunte semper anno iterare consuevisse, in quam sententiam ipsum etiam Tillemontium, etiam timide, propendere video. ^{a)}

Nolo dissimulare difficultatem non leuem, quae sententiae meae adversatur, quam obijciunt numi inscripti: PART. MAX. PONT. TR. P. III. COS., quos descriptos vide ad annum V. C. 955. Hoc anno Caracalla consul I. processit, at tum ex doctrinae a me statutae lege jam habuit tribunatum V. Et tamen in his numis monetariorum lapsus nequaquam suspicandus; nam eorum similes plures exstant, neque argentei modo, sed et aurei. Sitne id numorum genus per se satis validum ad evertendam contrariam meam sententiam, non modo solidis per ipsam Caracallae monetam argumentis stabilitam, sed cui analogia quoque ex superiorum Augu-

storum numis petita suffragatur, eruditus lector dijudicet. Non raro ars nostra obijcit numos nequaquam subaeratos, et maligni commatis, sed probos, eosque obvios, quos domare nullo ingenio possis, et quorum indicibus chronologicis fidem habere nequeas, nisi totum, et ab reliquo agmine tuto stabilitum ordinem invertas. Ejus canora exempla suppeditabit moneta utriusque Philippi. Habeantur igitur id genus numi eo loco, quo in rerum natura monstra biformia ex illegitimo coitu prognata, neque in commune reliquorum, quos justus thorus edidit, concilium admittantur. Vide, quae supra in regula IV. monui. Ceterum verisimile videtur, in his numis monetarios veterem ritum, trib. potestatem die natali ejus acceptae iterandi, secutos, de quo agam plura infra in conclusione hujus doctrinae articulo IV.

Nulla est sententia qualicunque auctoritate nixa, quae non interdum per solitarios quosdam numos laboret, sed quos praestabit monetarii vitio luxatos opinari. Quare si quis obijcere mihi volet numum AE. I. formae musei Caesarei inscriptum TR. P. XV. COS. III., cum juxta meam doctrinam scribendum fuisset vel TR. P. XVI., vel COS. II., huic opponam argenteum ejusdem Caracallae ex eodem museo, in quo legitur: TR. P. XVI. COS. III., quae epigraphe omnes sententias impugnat, cum is in tribunatu XVI. jam certo fuerit COS. III.

a) Note XIX. sur Severe.
(Vol. VIII.)

G E T A.

Duplex eodem tempore peragemus examen, primum, quo anno Getae accesserit una cum Augusti titulo trib. potestas, alterum, quo illa modo fuerit iterata, quod utrumque eruditorum sententias distinxit. Panvinus, Mediobarbus, Tillemontius et plerique chronologi alii Getam V. C. 961, P. X. 208 dictum Augustum, et trib. potestate donatum, et quidem antequam Severus pater ad bellum Britannicum cum filiis exiret, adseruerunt. Cum auctores veteres, qui res gestas Getae memoriae prodidere, neque annum, neque diem,

quibus Augustus dici coepit, testatum reliquerint, ipsi vero viri eruditi solis conjecturis sententiam suam tueantur, licebit re curatius certorum monumentorum ope expensa aliter sentire, et quod probare continuo aggrediar, collatum Augusti honorem in annum sequentem V. C. 962, P. X. 209 differre. Rem ut clarius ob oculos ponam, sequens diagramma concinnavi, cujus pars prior sententiam Mediobarbi tam spectato principio collatae ejus dignitatis, quam modo repetiti sub natalem imperii tribunatus, pars altera sententiam meam, quae ineunte anno repetitum tribunatum docet, proponit.

*Sententia Mediobarbi.**Sententia auctoris.*

A.		B.		C.		D.	
V.C. 961.	P. X. 208.	TR. P.			TR. P.		
		I.			I.		
962.	209.	I. II.	TR. P.		II.	TR. P.	
			I.			I.	
963.	210. II. III.	I. II.	Dieitur Britannicus.		III.	II.	
964.	211. III. IV.	II. III.	Moritur Severus IV. Febr.		IV.	III.	
965.	212.	IV.	III.	Geta caeditur.	V.	IV.	

Litera A Mediobarbi, aliorumque sententiam exhibet. Secundum hanc tribunatus iteratur die natali imperii, quod collatum ipse statuit nonis Martii V. C. 961. At facile Mediobarbus a numis ipsis refellitur. Ex ejus enim calculo Getae tribunatus IV. coepit nonis Martiis V. C. 964, et duravit usque ad V. Kal. Martias anni 965, qua

caesum eum adserit. Ergo demptis paucis diebus annum integrum. At si tamdiu duravit IV. hic tribunatus, cur ejus vix unus, alterve superat numus, ut in moneta Getae ad annum V. C. 965 monui, cum tamen aliorum tribunatum numi abundant? Deinde constat, Severum die IV. Februarii Eboraci mortuum. Currebat tum Getae tribunatus

III. exiturus paullo post, nempe nonis Martiis proximis. Geta parte hujus anni, qua in vivis adhuc pater erat, dicitur in numis simpliciter: PONTIF. TR. P. III., et mox ab ejus morte in numis obviis, et copiosis: TR. P. III. P. P. An credibile, intra tam paucos dies, qui a Severi morte usque ad Getae tribunatum IV. intercesserant, potuisse nuncium Severi mortui Eboraco Romam perferri, praeparari matrices, et tam copiosos numos adhuc trib. potestate III. notatos, et tam variis typis emitti? Ex quo efficitur, Getae trib. potestatem nondum fuisse delatam V. C. 961.

Sed etiam sententia delatae V. C. 961 trib. potestatis meae doctrinae adversatur, qui ex lege praecedentium imperatorum non die natali imperii, sed ineunte anno Iuliano iteratum a Geta tribunatum ajo. Nam tum, ut littera C exhibet, Getae tribuendus adhuc esset tribunatus V., cum tamen numi vix quartum jam memorent.

Quare cum numi in utraque sententia annum 961 pro principio trib. potestatis fastidiant, in examen vocetur annus 962, et cum utraque sententia contendatur.

Si Geta V. C. 962, et quidem nonis Martiis trib. potestatem abstulit, in sententia Mediobarbi, qui eam natali imperii iterare solet, ne quidem tribunatum IV. attigit, quoniam ex ejus ipsius opinione caesus est exeunte Februario. Et tamen ipse numos tribunatu IV. notatos recitat. Ceterum opus non est,

refutandae huic iterationi multum iterum immorari, cum dubium non sit, eandem in hac legem, quam tenere pater et frater, secutum quoque Getam; at illos tribunatum ineunte anno iterare solitos, supra comprobavimus.

Restat igitur modus sub littera D expressus, quo Geta adeptus imperium V. C. 962 statuitur, sic ut, quocunque anni die accepisse trib. potestatem dicatur, eam ineunte anno sequente duplicaverit. Secundum hanc legem plana omnia, nihilque historiae, aut numis adversum, quod, ne longior sim jam dicta relegendo, facile patebit, descriptos a me Getae annales cum numis, et synchronos Severi et Caracallae numos cum Getae moneta synchrona contendenti. Facile etiam in hac doctrina expeditur ratio, cur vix ulli Getae numi cum tribunatu IV. supersint, nam caesus est paullo post hunc initum. Deinde cum Caracalla teste Dione *) statim post caedem Getae monetam hujus imagine insignem consari jussit, certum est, saevisse eum in istam, quam tum praeparatam in domo monetaria, et tribunatu IV. notatam reperit; in eam enim, quae erogata jam fuit, animadvertere non potuit. Denique maturius forte adhuc, quam vulgo creditur, caesus est Geta; nam factum istud fuisse exeunte Februario, disertum veterum testimonium non habemus, ut dixi in annalibus ad annum V. C. 965. Id solum constat ex Dione, b) eum adhuc fuisse superstitem mense Decembri anni praecedentis 964; nam illi Caracalla

a) L. LXXVII. § 12.

b) L. LXXVII. § 2.

insidias struxit, tempore Saturnalium, qui hoc mense agebantur.

At litem mihi intentari video ab iis, qui Getam ante profectionem in Britanniam Augustum in urbe dictum contendunt, quam ex numis Caracallae certum est institutam anno V. C. 961. Fateor, Britannicum istud iter in hunc annum cadere; nam id me credere iubent numi. At nonnisi arbitrarie, et nullo certo argumento adseritur, eum jam ante hoc iter Augustum esse proclamatum; quia certum est ex numo Getae inscripto: *LIBERALITAS. VI.*, quem ad eundem annum recitavi, eum tum, cum congiarium istud erogatum fuit, quod factum paullo ante dictum iter, Caesarem adhuc, Augustum nondum fuisse. Quare cum nullum certum argumentum praesto sit, quod Getam ante expeditionem Britannicam Augustum adfirmet, sic ut ne ipsi quidem Petavius, et Tillemontius istud tuto adserere audeant, standum hercle iudicio numorum, annum sequentem potius stabilientium. Dictus ergo est Augustus in Britannia, ut olim dictus est Caesar in Oriente, et ut Caracalla Viminacii Caesar, in Oriente Augustus.

Cum igitur persuadentibus monumentis certum sit, Getam anno demum V. C. 962 imperatorem, et Augustum dictum, patet, quale iudicium ferendum sit de inscriptionibus, quas columnae quatuor milliares in agro Augustano effossae exhibent, in quibus labente Severi trib. potestate IX., seu anno V. C. 954 Geta dicitur IMP. P. SEPTIM. GETA. AN-

TON. ^{a)} quo iterum decemur, nihil esse tam a vera historia alienum, quod non monumenta a remotis provinciis petita obtrudant.

MACRINVS.

Macrinus imperium, quod XI. Aprilis V. C. 970 arripuit, ^{b)} nonnisi usque ad diem VIII. Iunii anni sequentis, quo victus est, retinuit. Imperavit adeo annum unum, menses duos, demptis diebus tribus, ut Dio ipse diserte computat. ^{c)} Igitur quacunque sententia utare, numerabis tribunatus duos. At enim non parum laborat illa, quae renovatam hanc potestatem die natali imperii constituit. Secundum hanc coepit tribunatus II. die XI. Aprilis V. C. 971. At aequo fere numero habentur numi alterutro tribunatu notati. Quis vero non videt, multo minorem esse numerum debere numorum, qui spatio duorum mensium, et nonnihil amplius, quam qui annuo percussi sunt? Confer nunc, si lubet, sententiam alteram, quae initio anni Iuliani eam duplicatam arguit, et habebis pro eo numero annum dimidium et amplius, nempe donec in urbe victum primum Macrinum, ac deinde nulla evadendi spe hostibus proditum constabat.

Ad consulatus quod attinet, constat, eum ante arreptum imperium consulem non fuisse; at postquam imperator agnitus est, mox ei decreta ornamenta consularia, ut diserte Dio. ^{d)} Valuisse haec instar consulatus veri, non modo doce-

^{a)} Gruter pag. 157. 2 — 5. LXXVIII. § 13.

^{b)} Dio L. LXXVIII. § 11.

^{c)} ibid. § 41.

^{d)} L.

mur auctoritate Dionis docentis eodem loco, coeptum sub Severo morem, retentumque sub Caracalla, ut, qui ornamenta consularia adeptus fuerat, cum subinde re ipsa consul procederet, consul iterum diceretur, sed etiam invicto testimonio numorum, qui eum frequenter adhuc in tribunatu simplice consulem appellant. At Macrinum anno sequente 971 revera processisse consulem, praeter Dionem, qui ejus pariter conlegam Adventum prodit, testantur etiam numi copiosi, in quibus consul II. proditur. Quod si in plerisque fastis consules hujus anni memorantur Antoninus, et Adventus, istud cum Tillemontio, aliisque facile ex Dione explicabitur, asserente, Elagabalum erafo ex fastis Macrini nomine suum ipsius nomen ad notandum anni hujus consulatum inseruisse, ut dicetur in Elagabalo.

Haec, quae de tribunatibus, et consulatibus seorsim sumptis memoravi, ut belle se habent, tamen utrique secum, ut oportet, contenti non exiguum creant molestiam, et qualemcunque sententiam exercent. Nam cum consul processerit Kal. Ian. V. C. 971, atque

ex eo die, ornamentis consularibus pro vero, ut dixi, consulatu habitis, dictus fuerit consul II., necesse est, deinceps consulatum simplicem locum habere non posse. Verum omnium manibus teruntur numi inscripti: TR. P. II. COS. Sive trib. potestatem natali imperii, si ve anni principio iteratam statuas, semper, ut vides, repugnabit COS. simplex cum tribunatu II. conjunctum. Factum tenemus, atque istud non modo numis obviis, sed et binis Muratorii marmoribus ^{a)} confirmatum, in quibus omnibus suspicari monetarii, vel quadratarii lapsus, temerarium sane foret. Necessario igitur quaerendum effugium, cum res ipsa imperat. Quare cum videam in numis anni V. C. 971 promiscue scribi TR. P. II. COS., et TR. P. II. COS. II., alia, credo, variationis hujus causa adferri nequit, quam, ab aliis monetariis ornamenta consularia pro vero consulatu habita fuisse, non item ab aliis. Video enim vero, istud ipsum jam anno praecedente a monetariis fuisse observatum, quod ut plane intelligatur, ex schema numorum utriusque anni. Legitur

In numis V. C. 970 — — TR. P. P. P. vel: TR. P. COS. P. P.

V. C. 971 — — TR. P. II. COS. P. P. vel: TR. P. II. COS. II. P. P.

Atque haec ratio non in aliquibus solum numis, iisque rarioribus obtinet, sed promiscue, et aequo fere numero. En, jam anno priore in aliis omissum COS., in aliis additum. Nimirum hi dicta ornamenta in consulatus calculum recepere, illi neglexere, et quod sequi-

tur, his a Kalendis Ian. anni 971 scribendum fuit COS. II., illis COS. simplex. Et vero valuisse tum varium istud institutum, non modo numis evincitur, sed et insigni testimonio Dionis, ^{b)} cujus partem paullo supra recitavi: καὶ τοὶ μὴ θελησας, δευτερον δὲ τῷ ἐπιοντι

a) Pag. 459. 1, et pag. 1993. 7.

b) L. LXXVIII. § 13.

ἐτέι *) ὑπάτευεν δοῦναι, ὅτι τῶν ὑπατευόντων τιμὰς ἐσχέκει, ὅπερ ἐπὶ τῇ Σεβήρῃ ἀρξαμένου καὶ ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐπέποικει, *quam ipse (Macrinus) nolebat anno sequente consul iterum videri, propterea quod ornamenta consularia adeptus est, quod quidem coeptum sub Severo ejus quoque filius retinuit.* Iam vero et multo ante idem Dio observaverat, primum Severum, cum Plautiano honores consulares tribuisset, eumque deinde consulem designasset, consulem *iterum* renunciari iussisse, quod postea, ait, ab aliis quoque factum fuit. *) Ex hoc oraculo bina colligimus, I. valuisse tum ex instituto Severi ornamenta consularia pro ipso consulatu, II. Macrinum hunc morem in se observari noluisse. Atque hinc certum est, monetarios hos receptum morem, alios imperantis voluntatem secutos, quae fortasse praecepti rigorem non habuerit, ipsis etiam consularibus eam adimplere tergiversantibus, quorum ambitioni Macrinus novo hoc suo instituto male consuluit.

In numo Antiocheno Macrinus dicitur ΤΡΙΑΤΟ. Γ. (Mus. Caes. Vaill.) Sed verisimile est, matricem, quae Caracallae fuerat, numo Macrini applicatam, quod ipsum apertius docent numi Diadumeniani.

ELAGABALVS.

Consulatus Elagabali quatuor in monumentis memorantur. Primus anni V. C. 971 verus non fuit, sed nullo hactenus exemplo per vim intrusus. Nam cum annum hunc aperuissent consules Macrinus et Adventus, illi subinde acie victo consulatum abrogavit, nomenque suum nulla senatus auctoritate in fastos intrusit, perinde ac si Kalendis Ian. consulatum suscepisset. b) Quare annus hic in fastis *Antonino et Advento cos.* notatus reperitur. Quod cum non satis expenderent Panvinus, et Pagius, ille nomine Antonini intelligi Diadumenianum, hic Macrinum perperam credere. V. C. 972 consulatum II. adivit Nicomediae, 973 consulatum III. Romae, annus V. C. 974 vacavit, at designatus in annum sequentem 975 consul IV. conlega Alexandro Caesare consobрино apertis jam in hunc odiis, cum tempus jam adesset, procedere renuit, et perseverasset, nisi metum iniecissent milites. c)

Trib. potestatem V. Elagabalo obtigisse, indubitatum, adferentibus eam non modo numis copiosis, sed et marmoribus. Sed id ipsum erat, quod summorum virorum ingenia graviter ex-

a) L. XLVI. § 46.

b) Dio L. LXXIX. § 8.

c) Lamprid. in Elagab. c. 15.

*) Non possum hoc loco non et summe laudare, et amplecti praecelsam conjecturam Fabricii, qui in corrupta hoc Dionis loco legendum censet τῶ ἐποῦτι ἐτέι, sensu pronissimo, et nunc numis etiam comprobato, contra quam in codicibus legatur τῶ ἐποῦτι ἐτί, nullo sane sensu, et quae lectio jam pridem criticis suspecta visa fuit. Vide notam 72 ad Dionis librum LXXVIII.

ercuit, cum rationem non reperirent, qua arrogare sibi tribunatum V. potuerit, qui ne quatuor quidem annos imperando explevit. Si Philippum Arge-latum, novissimum Mediobarbi restitorem, audias, momento citius ea lis finita. Nam in animadversione ad ultimum Elagabali annum edicere non veretur, numos cum TR. P. V. COS. IIII. vel mendosos, vel adulterinos putari. Ergo illi, qui novam Mediobarbi editionem procuraverat, aditus ad musea numismatica, quae contrarium docuissent, aut non fuit permixtus, aut non quaesitus.

Antequam eruditorum varias sententias in examen vocamus, figenda necessario est duratio imperii Elagabali. Receptum a militibus in castra, et pro Macrino acclamatum imperatorem die XVI. Maji V. C. 971, diserte tradit Dio.^{a)} Haud multo post, videlicet VIII. Iunii, victum Macrinum idem testatur, b) ac deinceps a die hujus victoriae imperasse annos III. menses IX. dies IV. c) Quo calculo conficitur, Elagabalum caesum circiter XI. Martii V. C. 975. Cum Dione conspirat Zonaras, et ex cathedra marmorea S. Hippolyti, quae servatur in bibliotheca Vaticana, et ad quam propter ejus monumenti fidem provocant omnes, qui de annis Elagabali scripsere, certum sit, idib. April. V. C. 975 jam caesum fuisse Elagabalum, et imperasse Alexandrum. Igitur dies XVI. Maji V. C. 971, quo Augustum se proclamari passus est Elagabalus, et dies XI. Martii V. C. 975,

quo is caesus est, duo sunt cardines, intra quos ejus imperium concluditur, atque hi propter citatas auctoritates tantum valent apud eruditos, ut neque testimonio Lampridii eos arctantis, d) neque marmoris Panviniani eos laxantis, e) neque aliorum scriptorum variam durationem adsignantium adcurati, et coaevi Dionis fidem infringi patiantur. Ea, quae hic compendio memoravi, fusius proposita vide in Valsechii Dissert. de Elagab. trib. pot. V, Philippi a Turre de annis imperii Elagabali, Tillemont Nota VI. in Elagab. Mazzoleni Animadv. de trib. potest. p. 131, Vignoli de anno I. imp. Alex.

Tota ergo duratio imperii Elagabali, his cardinibus comprehensa, est annorum III. mensium IX. dierum circiter XXVI. Verum istud si obtinet, qua ratione, ajunt chronologi, Elagabalus tribunatum V. potuit adsequi? Statuatur dies XVI. Maji V. C. 971 natalis imperii, quo coepit tribunatus I. Hic si quotannis eodem die iteretur, incipiet quintus die XVI. Maji V. C. 975. At Elagabalus caesus jam fuit praecedentis Martii die XI. Igitur ad explicandos tot numos tribunatu V. insignitos reperiendum erat effugium tanto magis impeditum, quanto certius iis visum, tribunatus imperatorum omnium nonnisi die natali imperii iterari solitos. Operae pretium videtur, praecipuas eruditorum sententias in examen vocare, quibus facile refutatis tanto luculentius doctrina mea juvetur, quae anni Iuliani principio iterationem imperat,

a) L. LXXVIII. § 30. cap. 6.

b) L. LXXVIII. § 39.

c) L. LXXIX. § 3.

d) in Alex.

e) Gruter pag. 1082. p.

cuique stabiliendae Elagabali numi ante omnes alios cumprimis serviunt.

Sententia I. Valsechii. * Ea in pugnum contracta haec praecipit. Constat, Elagabalum Macrini memoriae fuisse infensum, quem aiebat nullo jure per Caracallae necem usurpasse imperium. Quare cum istud jure natalium (nam Caracallae se filium palam professus est) mox a patris morte sibi fuerit debitum, jus sibi natum existimavit, quo totum illud tempus, quod imperando Macrinus exegit, ad se raperet. Quemadmodum ergo ex Dione, ut vidimus,

constat, Elagabalum involasse in Macrini consulatum, eumque jussisse aboleri, ita involasse etiam in ejus trib. potestatem, et quod consequitur, cum Caracalla caesus fuerit V. C. 970 die VIII. Aprilis, ab eodem die tanquam natali imperii sui Elagabalum tribunatus suos dinumerasse, secundum quam legem tribunatus ejus V. coeptus VIII. Aprilis V. C. 974. Haec uberius exposita vide in viri eruditi dissertatione de Elagabali trib. pot. V. pag. 97. Quam infirma sit haec doctrina, et a numis ipsis continuo evertatur, comprobare aggredior.

Diagramma sententiae Valsechii.

V. C.	P. X.	TR. P. I.		Die VIII. Aprilis caeso Caracalla.
970	217			
971	218	TR. P. I. II.	COS.	
972	219	TR. P. II. III.	COS. II.	
973	220	TR. P. III. IV.	COS. III.	
974	221	TR. P. IV. V.	COS. III.	
975	222	TR. P. V.	COS. IV.	Die XI. Martii caeditur Elagabalus.

Adversus hanc doctrinam sequentes animadversiones propalam pugnant.

I. Si Elagabalus dicto modo trib. potestatem anticipasset, tribunatus simplex locum in numis habere non posset. Nam cum hic ex hypothesi coeperit VIII. Aprilis V. C. 970, tum eodem die anni 971 coeperit tribunatus II., ipse vero non nisi post diem VIII. Iunii, nempe post victoriam agnitus fuerit imperator, liquet, numos cum tribunatu simplice, qui jam expiravit, feriri non

potuisse. At qua ratione Valsechius explicabit numos obvios inscriptos TR. P. COS.? Audio: suppressa est nota II. tribunatum II. indicans, neque raro istud in imperatorum numis exemplo. Verum istud esto in aliquorum hactenus imperatorum numis, at in plerorumque, praecipue hujus aetatis, certo falsum, et cumprimis Elagabali, in cujus moneta, ex quo trib. potestas iterata est, ejus numerus nunquam omittitur, ut inspecta musea, et sinceri catalogi mani-

festant. Ex quo consequitur, aut numos hos signatos Romae vivo adhuc Macrino, quod absurdum, aut Valsechii doctrinam vel propter hanc unam causam repudiandam.

II. In hac hypothese coepit tribunatus II. die VIII. Aprilis V. C. 971, ergo deinceps IX. fere mensibus, nempe usque ad diem postremum Decembris, fuit TR. POT. II. COS. At nunquam cum tribunatu II. copulatur consulatus simplex, sed semper consulatus II., quod probatur tam numis, quam marmoribus. Aut ergo Valsechius verisimile efficiat, intra maiorem hanc anni partem nullos cufos fuisse Elagabali numos, aut sententiam suam fateatur obtinere non posse. Et vero difficultas haec non tantum ad hunc annum urget, sed perinde in sequentibus; nam ex eadem lege oporteret existere numos anni 972 inscriptos TR. POT. III. COS. II., et numos anni 974 inscriptos TR. POT. V. COS. III., sed quos omnes mihi ignotos profiteor.

III. In eadem doctrina tribunatus V. coepit VIII. Aprilis anni 974, et exspiravit XI. Martii anni sequentis, nimirum cum ipsa morte Elagabali. Ergo is annuo fere spatio duravit. Quod si verum, qui factum, ut tam pauci existant Elagabali numi tribunatu V. insignes, cum tamen tribunatuum aliorum numi abundant? Istud criterium in re numismatica nequaquam aspernandum, et adhibitum, cum opus est, non parum lucis suppeditat. Ergo postremo huic tribunatui arctiores cardines desi-

niendi.

Abstineo, cum haec sufficere queant, argumentis aliis, quorum plura congestit Philippus a Turre in dissertatione citata, qua Valsechii doctrinam omnibus machinis impugnat. Tamen exstitit nuper Pinkertonus, qui sententiam hanc jam plane derelictam amplexus est. ^{a)} Nolim, Frölichium quoque nostrum ad explicandum annum V., nempe E. T. E., in numo Caesareae Cappadociae cum capite Alexandri Sev. adhuc Caesariis eodem cum Valsechii effugio usum. ^{b)}

*Sententia II.** Pagii, quam amplexus etiam est, et novis argumentis contra Valsechium stabilivit Philippus a Turre in Dissert. de anno Elag. inde a p. 68. Nimirum quemadmodum Elagabalus invalit consulatum Macrini, et initia anni 971, quae huic debebantur, per anticipationem sibi vindicavit, tanquam si eo tempore consul processisset, ita videtur conjici posse, illum ab eodem quoque tempore, nimirum a Kalendis Ian. ejusdem anni depulso velut Macrino, et simili anticipatione usum, exordia sui principatus repetiisse, ut unum idemque consulatus et imperii principium esset. Haec illi. Doctrina haec eo priore praestat, quod consulatus rite cum tribunatibus, ut numi postulant, componuntur. Ceterum omni veri specie destituitur. Certe ratio ducta a raptu Macrini consulatu tantum abest, ut Pagii sententiam juvet, ut etiam vehementer impediatur. Nam quemadmodum E-

a) Essay on medals Vol. I. pag. 19.
(Vol. VIII.)

b) IV. Tent. pag. 306.

lagabalus, cum erasum e fastis Macrinum vellet, rapuit totum consulatum, nimirum a Kalendis Ian., eodem certe exemplo, si rapere etiam trib. potestatis honorem voluisset, non rapuisset partem, nimirum quae fluxit inde ab iisdem Kalendis, sed totam, nempe a die XI. Aprilis V. C. 970, quo tribunatum Macrinus adivit; nam secundum ipsum Pagium Kalendae Ianuariae non fuerunt cardo trib. potestatis, ut fuerunt consulatus. Sin istud, en redivivam sententiam Valsechii, quam tamen omnibus copiis eversum ivit Turrius. Ceterum si eruditis his viris necessarium visum, effugium istud comminisci, quoniam modus alius non supererat Elagabali consulatus cum tribunatibus componendi, illud ipsum applicandum etiam fuerat imperatoribus praecedentibus, quorum, ut vidimus, consulatus tam parum, ac Elagabali, cum tribunatibus cohaerent, si natalis imperii iterationi tribunatus servivit. Quare et hi in praecedentium proxime Augustorum dignitatem, seu in Macrini Elagabalus, involasse dicendi erunt.

Sententia III. * Haec * item Pagii in-

ventum, cui subinde, quoniam nodos ostentabat, proxime superiorem substituit, quam tamen postremo Turrius velut minus impeditam reliquis praeferre videtur, ut ex Addendis in dissertatione de annis Elag. p. 193, et ibidem altius p. 67 et 68 patescit. Ecam: refert initium trib. potestatis Elagabali ad diem adclamationis a militibus factae. Verum cum Xiphilinus hunc prodat diem XVI. Maji, in hoc mendum suspicatur, et pro hoc reponendum XVI. Martii. Quare si hoc die V. C. 971 coepit numerari Elagabali tribunatus I., initium tribunatus V. incidet in diem XVI. Martii anni 975. At cum Elagabalus paucis ante hunc terminum diebus morte adfectus sit, dicendum, numos tribunatu V. insignes jam antea percussos, ut in promptu essent die ipso natali. Hoc constituto, ait Turrius, *) sublatas esse omnes difficultates, quibus viae aliae ab aliis indicatae obstruebantur. At non advertit vir eruditus, se in alios laqueos incidisse, ex quibus cum sese explicaverit, erit mihi magnus Proteus. Quod ut demonstrem, en tibi hujus quoque doctrinae diagramma.

*) Pag. 197.

Diagramma sententiae Pagii.

V. C.	P. X.			
971	218	TR. P. I.	COS.	XVI. Martii acclamatur imperator.
972	219	TR. P. I. II.	COS. II.	
973	220	TR. P. II. III.	COS. III.	
974	221	TR. P. III. IV.	COS. III.	
975	222	TR. P. IV.	COS. IV.	Caeditur paullo ante inchoatum tribuna- tum V.

Nolo in sententiae meae gratiam infensor vidēri Turrio Pagianae hujus doctrinae patrono. Ipse enim Turrius ad illam evertendam arma suppeditat. En ejus verba: *) *In omnibus numis Elagabali numerus annorum trib. potestatis concurrit cum numero consulatum, neque unquam in uno anno, seu eodem consulatu duplex trib. potestas observatur, ut percurrenti seriem numismatum hujus Augusti apud Mediobarbum statim patebit* — — — *Ita omnes numi anni 219 signantur TR. P. II. COS. II., anni 220 TR. P. III. COS. III., et anni 222 TR. P. V. COS. IIII. Quod argumento est, ipsis Kalendis Ian. quotannis cum consulatu susceptam, seu insauratam fuisse trib. potestatem* — — — *Secus ab Ianuario ad Majum, vel Iunium mensem nullum omnino numisma Elagabali percussum fuisset, vel ad nos pervenisset. Cujusmodi argumentationis genere alias etiam usus sum.* Nonne vides, Turrium eorum, quae hoc loco ad stabiliendam superiorem Pagii sententiam dixerat, oblitum hac argumentatione

alteram hanc suam doctrinam penitus evertere? An non perinde in hac sub eodem consulatu occurrit duplex trib. potestas? An non perinde sequeretur, ab Ianuario usque ad XVI. Martii nullum omnino numisma Elagabali percussum fuisse, vel ad nos pervenisse? Multo gravius absurdum ex numis anni 975 in hac doctrina consequeretur, nimirum: numi omnes inscripti TR. P. IV. COS. IIII., quales nempe a Kalendis Ian. ejus anni usque ad XVI. Martii feriri decuit, interierunt, dum interea inscripti TR. P. V. COS. IIII., qui pro die XVI. Martii praeparati tantum fuere, non pauci ad nos pervenere. Sententia haec auctoritate numorum, et ab ipso Turrio aliud agente enervata istud boni praestat, quod illaesus potest constare Xiphilini locus, et praeterea necessitatem nemo non sibi impositam sentiat, iterationem tribunatus etiam aliorum imperatorum, quae mea est doctrina, a principio Ianuarii repetendi.

Suam etiam sententiam habuit Ioan-

a) in dissert. cit. pag. 76.

nes Vignolius, ^{a)} qui Elagabalum non ante Iulium morte adfectum censuit, nimirum ut tribunatui V. consularet. Eodem consilio Mediobarbus ejus necem in ipsum Septembrem differt. Vignolii argumenta aut infirma sunt, aut, quoniam ejus explicandi multo opportunior superest ratio, omnino inutilia. At Mediobarbus ad fastos suos provocat, quos hodieque nobis debet. Denique et tabula aenea ante annos non multos Romae reperta est, et edita a cl. Morcello, ^{b)} in qua legas: IMP. CAES. M. AVR. SEVERO. ALEXANDRO. COS. EIDIB. APRILIBVS. Ergo cum in hac omittatur consulatus conlega Elagabalus, certum est, eum idib. April. jam fuisse caesum, eraso, quod constat, ex fastis ejus nomine. Mazzenus veterem suam cantilenam de iterata die X. Dec. trib. potestate recinit. Quaero ex viro erudito, quae causa sit, cur per omnes Elagabali annos nullus exisset numus, qui a dicto die X. Decembris per reliquos saltem XX. ejus anni dies signatus esset. Nam in hujus sententia oporteret superesse saltem aliquos numos inscriptos TR. P. II. COS, vel TR. P. III. COS. II. vel TR. P. III. COS. III. vel TR. P. V. COS. III, quorum tamen similem in nullo aut museo, aut fido catalogo hactenus reperi.

Sententia IV.^{*}, quae est mea, secundum quam Elagabalus trib. potestatem captam die XVI. Maji V. C. 971 proximis Kalendis Ian. iteravit, et deinceps eodem die eodem modo, quo in praecedentibus Augustis vidimus, ite-

rare perrexit. Necesse non est, hujus doctrinae diagramma proponere, nam videri potest in ipsis ejus annalibus. Omnia in hoc plana sunt et aperta, nihil, quod non a superioribus jam principibus fuisset observatum, in quorum moneta examinanda si eadem contentione usi essent viri hi praestantissimi, quam ad numorum Elagabali crisin contulerunt, easdem sibi in iis, quas in Elagabalo, objectas difficultates vidissent, ac tum coacti fuissent confiteri, nisi a principio Ianuarii tribunatus iteratio petatur, Augustorum inde ab Antonino Pio tribunatus cum consulatibus componi nullo pacto posse, ac tum omissae sane fuissent acres illae dimicationes, quae ad evolvendos Elagabali annos justae molis volumina parturivere. Ceterum, quod alias etiam monui, nolim mihi opponi numos solitarios, qui diversum a meis praeceptis docere videntur. Nam jure quaeram, an ii, qui numos hos describere, vel etiam monetarii veteres, qui eos scalpere, eo loco supra humanam conditionem fuerint, ut nulla possit esse lapsus suspicio? In museo Caesareo, quod Elagabali numos commatis Romani CLXX. plures continet, ne unus quidem est, qui sese non ultro traditae a me doctrinae adcommode.

ALEXANDER.

Ab hujus quoque Augusti numis sententia mea insigniter comprobatur, quod continuo patebit consulatus cum tribunatibus componenti. Illi, qui eos die natali imperii renovatos statuunt, cau-

a) de anno I. Alex. Sev.

b) de Stilo infer. pag. 178.

sam quaeſo edifferant, cur anno V. C. 979, quo ineunte Alexander proceſſit conſul II., et quo labente per tres fere integros menſes tribunatum adhuc IV. tenuit, nunquam legatur in numis TR. P. IV. COS. II., ſed conſtanter TR. P. V. COS. II., atque eadem ratione in numis anni V. C. 982 non TR. P. VII. COS. III. demptis numis aliquot, de quibus infra, ſed ſemper TR. P. VIII. COS. III. ? Quanto gravius ea difficultas premat Mediobarbum, qui natalem imperii Alexandri in ipſum Septembrem differt, nemo non videt.

At habentur Alexandri numi reſtractarii, qui nulli ſeſe ſententiae applicari patiuntur, uti:

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput laureatum.* X PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P. *Roma galeata ſedens d. Victoriolam, ſ. haſtam, humi clypeus.* AR.

Hi numi neque ſubaerati ſunt, neque infrequentes; nam in ſolo muſeo Caſareo horum quatuor adſervantur. Quamcunque ſententiam amplectare, tribunatus II. cum conſulatu II. Alexandri ſociari nequit. At cum videamus, in numis Elagabali eandem omnino exhiberi partem averſam, quam praeſentes numi offerunt, docebimur continuo, quod et alias factum novimus, monetarios, cum Alexandri recens ad imperium evecti numos deproperarent, veteres Elagabali matrices Alexandri capiti applicaſſe. Revera huius facies, quam hi numi oſtendant, ejusmodi eſt, qualis in numis certis primo ejus anno ſignatis conſpicitur.

Multo his moleſtiores ſunt numi bini muſei Caſarei:

IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput laureatum.* X P. M. TR. P. VII. COS. III. P. P. *Miles gradiens d. ramum, ſ. haſtam.* In alio; *Miles ſtans d. haſtam, ſ. clypeum.* AR.

Hi numi favent ſententiae eorum, qui tribunatum die natali imperii iterant, adverſantur meae. Videntur nimirum monetarii quidam veterem numerandi tribunatus modum reſuscitaſſe, quod tentatum nonnunquam videtur, ut alias veriſimile diximus, et monebimus infra in conſeſſione huius doctrinae § IV.

MAXIMINVS.

Expoſuimus in huius moneta litem, quae eruditorum ſententias de annis imperii Maximini diſtraxit, item quam in doctrina eorum, qui tribunatus die natali imperii iterant, conſici non poſſit ejus trib. poteſtas IV. in numis exarata, quae, quoniam ſententiae ſuae ſe non adcommodat, maluere, eos ſuſpectos pronunciare, irritum ſane conatu, quod certae ſunt fidei, neque infrequentes. Sed et alio modo numi huic ſententiae adverſantur. Adiit Maximinus imperium circiter medio anno V. C. 988, et proximis Kalendis Ian. 989 proceſſit conſul, ergo is uſque ad dimidium poſterioris huius anni ſecundum dictae ſententiae patronos fuerat TR. P. COS. At enim conſulatus in ejus numis nunquam cum tribunatu ſimplice jungitur. Vnde ſequitur, ſimul eum proceſſiſſe conſulem, ſimul tribunatum duplicaſſe. Mazzoleno tum habebo fidem, cum mihi oſtenderit numos cum TR. P. II. nulla adjecta conſulatus jam initi mentione, ex quo pateat, eos cuſos a die X. De-

cembris V. C. 988 usque ad proximas Kalendas, quibus consul processit.

GORDIANVS III.

Vidimus in hujus moneta ad annum V. C. 993, sub eodem tribunatu III. occurrere jam COS. simplex, jam COS. II., quod praeceptis meis plane adversatur, at eximie iuvat sententiam eorum, qui ejus iterationem a die natali imperii repetunt. Nam si Gordianus principio ejus anni 993 usque ad Kal. Ian. 994 fuit TR. P. III., cum hoc tribunatu consulatus II. conjungi non potuit, quia Gordianus conspirantibus omnibus factis nonnisi V. C. 994 processit consul II. conlega Civica Pompejano. At si statuatur iterasse tribunatum exeunte Iulio, omnis sublata est difficultas; nam ab exeunte Iulio anni 993 fuisset TR. P. III. COS., et mox a Kal. Ian. 994 TR. P. III. COS. II. Non advertit ad hunc nodum eruditus Mazzolenus, ^{a)} etsi non pauci numi hoc modo inscripti essent apud Mediobarbum; nam ejus perinde sententia ac mea his numis adfligitur. Hunc obicem quo amoliar, non habeo, nisi forte dici possit, monetarios alios veterem iterandi modum, alios novum in numis usurpasse, de quo vide, quae uberius dicam in conclusione hujus doctrinae § IV.

At nequaquam ea propter pacana carent adversarii, nam eorum sententiae iidem Gordiani numi duplex vulnus, cujus alterum est immedicabile, infligunt. En primum: processit Gordianus consul I. Kalendis Ian. V. C. 992.

Deinceps usque ad exeuntem Iulium in eorum doctrina fuit TR. POT., deinceps TR. POT. II. Obvii sunt Gordiani numi inscripti TR. P. II. COS., qui essent alterius semestris; at nulli essant cum epigraphe TR. P. COS., qui essent prioris. An hoc semestri nullos placuit ferire numos cum mentione tribunatus, et consulatus, eamque omnem monetarii in alterum semestre distulere? Non dissimulo, exstare numum, quem ad annum V. C. 991 ex museo Caesareo recitavi, cum epigraphe P. M. TRI. P. CON. P. P., qui consulatum I. cum tribunatu I. conjungit, quod in mea sententia, tum et Mazzoleni fieri nequit. Verum hujus numi sermonem audiendum non puto, primum, quia binis modis consuetum morem infringit, scripto TRI. pro TR., et CON. pro COS. Deinde si exleges hos numos velimus audire, audiamus et alium Gordiani, cujus duplex exemplum integerrimum est in museo Caesareo cum epigraphe: P. M. TR. P. XVII. COS. II. N. P. P. Videtur igitur in numo prior nota chronologica omissa, quod incommodum jam nunc irrepsisse, in proximo Philippo intuebimur. At vulnus alterum multo gravius. Certum est, existere complures Gordiani numos cum tribunatu VII. Huic ut hospitium praebent, necesse illis est, aliquot mensibus maturius, quam historiae series permittit, ordiri imperium Gordiani, et rursus serius finire. Quas istud molestias eruditis his viris faceat, videre potes apud Mazzolenum, ^{b)} et Tillemontium. ^{c)} Quare nihil aptius visum.

a) Animadv. ad trib. pot. pag. 159.

b) l. c.

c) Nota I. in Gordian.

Tillemontio, quam horum numerum fidem elevare. At enim hi ante meos, aliorumque oculos versantur. In mea doctrina, in quodcumque anni tempus initium, finemque Gordiani reponas, facile tribunatus VII. exit, cujus tamen modicam eum partem degustasse, vel ipsa numerum sic inscriptorum paucitas comprobare videtur. Ex legum subscriptionibus chronologi ejus mortem ante diem XIV. Martii V. C. 997 collocant, ut videre licet apud auctores citatos. Addo argumentum illustre ex tabula honestae missionis haud ita pridem reperta, quae Gordianum A. D. VII. ID. IAN. dicit TR. POT. VI. COS. II. additis consulibus Arriano et Papo. ^{a)} Sunt hae notae anni V. C. 996 P. X. 243. Si tum iteratio tribunatus ducta fuisset a die natali, Gordianus mense Ianuario ejus anni dici non potuisset

TR. POT. VI. sed V.

Numi Alexandrini in accuratis catalogis annum VII. ostendant, nempe L. Z., et recte istud secundum Aegyptiorum cognitum calculum. At vero anni H et Θ, quos museum Theopolitae citat, cum Gordiani historia componi non possunt. Sed neque similes adcuratus Zoega aliis in museis reperit. Iure igitur eorum numerum H et Θ in A et E corrigi jubet. Etiam numi Caesareae Cappadociae annum VII. offerunt.

PHILIPPVS PATER.

Hujus tribunatus egregie illustrant duae tabulae aeneae, ut vocamus, honestae missionis,

Prima, quae effossa est prope Mutinam, et edita primum a Maffeo, ^{b)} deinde Muratorio; ^{c)} sic habet:

IMP. CAES. M. IVLIVS. PHILIPPVS. PIVS. FEL. AVG. PONT. MAX.
TR. POT. V. COS. III. P. P. PROCOS.

IMP. CAES. M. IVLIVS. PHILIPPVS. PIVS. FEL. AVG. PONT. MAX.
TR. POT. II. COS. II. P. P. *Nomina militum, qui militaverunt etc.*

AD. VII. ID. IAN.

IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FEL. AVG. III. ET
IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FEL. AVG. II. COS.

Secunda, tabula aenea Neapolitana edita a Sponio: ^{d)}

IMP. CAESAR. M. IVLIVS. PHILIPPVS. PIVS. FELIX. AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. IIII. COS. III. DES. P. P. PROC. ET.

IMP. CAES. M. IVLIVS. PHILIPPVS. PIVS. FELIX. AVG. PONT. MAX.
TR. POT. IIII. COS. II. DESIGNAT. ^{e)} P. P.

its, qui militantes sunt etc.

a) Marini Frat. arv. p. 466.

b) Ant. Gall. p. 5.

c) Pag. 362. 1.

d) Mife. p. 244.

^{e)} Male hoc loco Fabrettus, qui tabulam hanc bis edidit, (Column. Traj. p. 70, et Inscr. dom.

AD V. KAL. IAN.

IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FELICE. AVG. COS. DES. III. ET.
 IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FEL. AVG. COS. II. DES. COS.

Vtrumque epigramma nonnihil differamus, donec consueto hactenus modo comprobaverimus, etiam in Philippo eorum sententiam claudicare, qui trib. potestatem a natali imperii iterant. Secundum eos fuit Philippus V. C. 1000 inde a Kalendis Ian. usque fere ad initium veris TR. P. III. COS. II., reliquo huius anni tempore TR. P. IIII. COS. II. At cur nunquam in ejus numis legimus priorem modum, semper secundum? nimirum quia tribunatus non a natali imperii, sed principio anni iteratus est. Eodem modo jure quaeritur, cur in numis anni V. C. 1001 nunquam legatur TR. P. IIII. COS. III., semper TR. P. V. COS. III.

At tabula ex propositis prior eorum sententiam internecione ferit. Ea ex notis chronologicis inscriptam se proficitur die VII. Ianuarii V. C. 1001. Currebat tum in eorum sententia Philippi tribunatus IV., et tamen tabula proficitur tribunatum V. An certius quoddam argumentum desiderabimus ad figendam sub anni principium tribunatus iterationem?

Neque minus altera tabula doctrinae cl. Mazzoleni feralis est, tribunatum quotannis X. Dec. iteratum statuentis. Conceptum est id epigramma die XXVIII. Dec. V. C. 1000. Ex ejus mente Philippus tum inde a X. Decembris fuit

trib. potestatis V., at tabula illi nonnisi tribunatum IV. largitur.

Quare cum ex tabula utraque certum fiat, Philippum die XXVIII. Decembris V. C. 1000 praeditum fuisse tribunatu IV., continuo interpositis paucis diebus, nempe die VII. Ianuarii V. C. 1001 tribunatu V., suapte consequitur, iterationem trib. potestatis principio anni factam.

Video, ab adversariis laqueum mihi injici ex numis anni V. C. 998 inscriptis: P. M. TR. P. COS. P. P. Renovato sub ejus anni initium tribunatu scribendum in sententia mea fuerat TR. P. II. COS.; at cum simplex tantum TR. P. scribatur, sequitur, principio anni valuisse adhuc tribunatum simplicem, cumque nonnisi ineunte vere, redeunte nimirum natali, iteratum. At vero facile est ab his me insidiis expedire. Ajo, in his numis numerum II. suppressum, cujus frequentia habemus in numis imperatorum exempla. Responderi mihi video, inde a M. Aurelii aetate trib. potestatis numerum non amplius suppressum. Victas do manus, at ea lege, ut adversarii epigraphen numorum anni 1000: P. M. TR. P. IIII. COS. P. P., vel anni 1002: TR. P. VI. COS. P. P. expediant. Verum qua istud ratione praestabunt, nisi fateantur ipsi, scriptum COS. pro COS. II. et

p. 687.) numerum consulatus II. omisit, et post eum Marinus quoque, Fabretti forte exemplari usus. Eum, ut oportuit, posuit Sponius, et legitur paullo infra in eadem tabula versu 16.

COS. III., suppressumque esse utrumque numerum? Illud si de consulatus numero fatebuntur, qui tamen neque ab iis imperatoribus omitti consuevit, qui passim trib. potestatis numeros neglexere, cur incredibile videbitur, omisam hanc notam in numerando tribunatu, quod passim antea factum?

PHILIPPVS FILIVS.

Ordo, quo princeps hic in numeranda trib. potestate testibus certis, et indubitatae fidei monumentis usus est, tam male cohaeret, ut ejus nodos, nisi Alexandri gladio utare, posse expedire desperes. De universa lite ut iudicium certius ferri possit, juvat monumenta omnia compendio describere:

- A. PONT. MAX. TR. P. III. COS. II. DESIGNAT. P. P. Sic dicitur in tabula aenea Neapolitana exarata XXVIII. Dec. V. C. 1000, quam descripsi supra in patre.
- B. PONT. MAX. TR. POT. II. COS. II. Sic dicitur in tabula aenea Mutinensi exarata VII. Ian. V. C. 1001, quam ibidem descripsi.
- C. P. M. TR. P. III. COS. P. P. in numis certis, quos dedi in ejus mone-
ta ad annum V. C. 1000.
- D. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. in numis certis. (ibidem.)
- E. PONTIFEX. MAX. TR. P. V. COS. III. in numo, sed cujus lectio varie proditur. Vide dicta ad numos anni V. C. 1001.
- F. P. M. TR. P. VI. COS. P. P. in numis certis. Vide numos anni V. C. 1002.

Numi Goltziani.

CAES. PONTIF. COS. PRINC. IVVENT.
AVG. PONTIF. TR. P. COS.
AVG. PONTIF. TR. P. II. COS. II.
AVG. PONTIF. TR. P. III. COS. II.

Sed noveris, horum nullum hactenus vel in locupletissimis museis conspectum, omnes ex uno Goltzii *Thesauro-huberri-*mo cognitos, qui liber quam fidem mereatur, alibi abunde disputavimus. Illud tamen praemittere necesse duxi, quia praestantissimi aetatis nostrae chronolo-

gi eorum testimoniis inconsultius usi sunt. Ad certa monumenta quod attinet, videmus, variis annis varios illi tribu-
natus adfingi, in aliis auctiorem esse numerum, quam qui curto ejus imperio possit competere. Audiamus eruditorum de his judicia.

Harduinus, ^{a)} et Tillemontius ^{b)} numos literis C et D descriptos vel propter solum pontificatus maximi additum titulum condemnant. Perperam; nam, ut docebimus in Tractatu de pontifice maximo, inde a Balbino et Pupieno tot eodem tempore fuere pontifices maximi, quot Augusti. De initio trib. potestatis mirus est dissensus, ut patet ex ipso Mediobarbo in numis utriusque Philippi. Alii tributam filio hanc potestatem adferunt, antequam Augustus diceretur, sic ut secundum hos illa ornatus fuerit uno anno antea, secundum illos statim postquam Caesar appellatus est. ^{c)} Longius his variorum sententiis et conjecturis immorari piget, quoniam ad verum nihil conferunt, lubetque excitatis documentis, quorum plura magni momenti eruditis his viris ignota fuere, arbitrari.

Certum est, Philippi filii, quamdiu Caesar tantum erat, non exstare numos trib. potestate notatos, ut adeo ab hac parte confici non possit, utrum intra id tempus ea insignis jam fuerit. Primi numi illam jactantes eum Augustum jam sistunt, ac tum primus ejus tribunatus, quem ex numis novimus, est TR. P. II. COS. addito in aliis COS. II. Quaeritur, ad quem annum hi numi referendi sint. Eam quaestionem me iudice plene decidunt numi literis E et F descripti, in quibus Philippus noster dicitur: TR. P. V. COS. III. et TR. P. VI. COS. Vt igitur hi sine dubio ad annos V. C. 1001 et 1002 pertinent, ita illi ad annum 1000. Ergo, inquit

et aliquis, Philippum jam inde a principio Caesarei honoris trib. potestate praeditum praestabis? et, quod sequitur, contra fastorum omnium auctoritatem eum in tribunatu IV., qui secundum hanc doctrinam in annum V. C. 1000. cadit, consulem II. facies, cum tamen tum nonnisi consul I. fuerit? At enim cur moleste feremus parachonismum consulatus II., cum in numis litera E descriptis, si modo rite promulgati sunt, idem dicatur COS. III., qui tamen ter consul nunquam processit? Paucis igitur rem absolvo. Ajo, Philippo filio, ex quo Augustus dictus est, demptis quibusdam ludorum saecularium numis, communes cum patre numorum averse fuisse, quo factum necessario, ut tribuendo consulatus filio, qui fuere patris, perverteretur veritas historica, et ordo fastorum. At an verisimilis tanta perversio in moneta publica? Verisimile sane, quoniam factum videmus. Neque vero in his Philippi numis, quod visum Pagio, ^{d)} recurri potest ad errores monetariorum matrices temere permutantium; nam tanta est copia numorum tam patris, quam filii cum epigraphe una eademque P. M. TR. P. VI. COS. P. P., ut, quod jam monuit Frölichius, ^{e)} ejus lapsus suspicio nulla esse possit. Quo magis mirum, numos usque eo obvios ad nostra usque tempora fuisse ignotos, neque eorum unum se obtulisse vel Occoni, vel hujus ampliatori Mediobarbo, vel hujus Argelato. Quod si eruditus saeculi prioris philologus haec monu-

a) Hist. Aug.

b) Nota V. in Philip.

d) Crit. Baron. ad ann. 253 num. 14.

e) Thillemont ad ann. 247, et nota V. in Philip. IV. Tent. pag. 425.

menta fuissent cognita, in extricanda filii trib. potestate minus laborassent, coactique fuissent idem nobiscum sentire. Amplius quid ausi Antiocheni, qui non modo Philippo filio dederunt consulatus, qui fuere patris, sed et Otaciliae, et Etruscillae trib. potestatem et consulatus, qui fuere maritorum, et istud in obviis, et elegantibus suis tetradrachmis. Quae causa fuerit, cur monetarii tam abnorme institutum sibi permixtum putaverint, non inquiri, neque existimo, probabile quidquam in hac causa, nisi per inanes conjecturas posse adferri. Ceterum haec consilio, quae observatur in his numis, nequaquam monumenta alia adflavit. In citata tabula Neapolitana jungitur titulus filii TR. P. III. COS. II. DESIGNAT. cum titulo patris TR. P. III. COS. III. DES., ex quo apparet, a scalptore exemplo ex numis petito aequatum quidem tribunatum numerum, at non consulatum. Nisi me omnia fallunt, legem dictabit tabula Mutinensis, in qua cum TR. P. II. COS. II. filii conjungitur TR. P. V. COS. III. patris, quam si recipiemus, ratio nulla erit anticipandae in filio ante titulum Augusteum contra ejus aetatis morem trib. potestatis. Quae ratio fuit, cur eam distributionem in annalibus sequendam putaverim. Quanquam a vero non abhorret, duplicem a veteribus in filio numerandi tribunatus modum fuisse observatum, sic ut alii eum ab indito Caesaris titulo, alii a principio honoris Augustei ducerent, quod

non modo verisimile sit ex contentione utriusque tabulae, sed etiam ab exemplo Macrini, in quo duplicem quoque numerandi consulatus morem placuisse demonstravimus. Argumentum, quo Tillemontius tabulae auctoritatem elevare nititur, nimirum opponendo numos Goltzii, propter hujus infirmam fidem suapte corrui. Etiam infra in Volusiano videbimus, huic quoque, etsi Caesar antea fuerit, tamen ex quo Augustus dictus est, eandem numero cum patre fuisse trib. potestatem.

DECIVS.

Monui in ejus numis ad annum V.C. 1004, non exstare certum Decii numum cum mentione tribunatus. At eum memorant complura marmora, nimirum TR. P. II. COS. II. ^{a)} et TR. P. III. COS. II. ^{b)} Posterior haec ratio et meae, et adversariorum sententiae repugnat; nam in utraque tribunatus III. incidit in annum V. C. 1004, sed quo Decius fuit consul III. Tanto magis per haec marmora triumphat Mazzolenus; nam ea ait exarata inde a die X. Decembris V. C. 1003 usque ad proximas Kal. Ian., quo tempore ex ejus sententia fuit TR. P. III. COS. II. ^{c)} Verum an etiam sinceram horum marmorum lectionem praestabit, etsi marmora demus sincera? Imperasse Decium saltem usque ad exeuntem annum V.C. 1004, probatur primum ex numis Alexandrinis L. F., qui tertius annus coe-

a) Gruter pag. 1021. Murat. pag. 460. 4 et 1101. 3. Mus. Veron. pag. CII. 3. b) Murat. pag. 252. 5. Gruter pag. 273. 6. Spon. Mil. pag. 202. c) de trib. pot. pag. 172.

pit die XXIX. Augusti ejus anni, deinde ex Trebellio, qui senatusconsultum refert de Valeriano deligendo cenfore factum duobus Deciiis col. VI. Kal. Novemb., missumque Decio adhuc vivo.^{a)} At duo Decii fuere consules V.C. 1004, qui annus fuit Decii postremus. Cum ergo in Decio deficiant numi, nihil certum de modo iteratae trib. potestatis possumus adfirmare.

TREBONIANVS.

Quam arctos hujus imperio fines praescripserint historici veteres, abunde in ejus moneta diximus, et tamen in obviis ejus et Volusiani numis legitur trib. potestas IV., quam tam parum expedire possunt sententiae Panvinianae patroni, ut ipse etiam Petavius statuendum putaverit, Treboniani tribunatus, quae mea est doctrina, fuisse Kalendis Ian. iterari solitos. ^{b)} Monumenta ipsa, quibus ejus tribunatum calculus nititur, exposuimus in hujus Augusti moneta, quo illa loco proferre oportuit, quia ad illustrandam durationem ejus imperii tot disidiis agitatam plurimum conferunt. Eodem loco Mazzoleni quoque sententiam refutavimus.

VOLVSIANVS.

Vidimus in patre Treboniano, quam graviter eruditorum non paucos offenderit notata in hujus numis trib. potestas IV., ad quam eum nunquam pervenisse, plerisque indubitatum visum. Tanto gravius ferire eos debuit idem

numero tribunatus, quem impertiunt Volusiano non modo numi obvii ad postremum hujus annum a me indicati, sed etiam marmor optimae fidei a Barthemyo vulgatum, et a me in Volusiani moneta restitutum. Etenim, ajunt, si tribunatus IV. jam nimius est in Treboniano, qua is ratione poterit competere Volusiano, qui aliquanto tempore Caesar fuit, antequam Augusti titulum, et conjunctam cum hoc trib. potestatem adipisceretur? Esset hic nodus ex praecipuis unus, nisi exemplum jam praeivisset Philippus junior, qui et ipse aequatam numero cum patre trib. potestatem habuit. Ex quo colligimus, eam adhuc Caesari fuisse delatam, et deinceps per singulos annos repetitam, quod idem factum jam in Tiberio, Tito, M. Aurelio, aliisque observavimus.

VALERIANVS.

Ejus trib. potestas alias quidem facilem se ad doctrinam meam praestat, sed fallit in consulatu IV., qui in numis tribunatum IV. et V. conjungit, cum tamen in sententia mea quarto esse locus non possit, qui sese in Panvinii doctrina rite accommodat. Verum expediat is quaeso bina marmora Gruteriana, quae cum consulatu II. tribunatum III. conjungunt. Continuo in Gallieno videbimus, quam perturbata omnia, et velut cardine mota hoc aere fuerint.

GALLIENVS.

Valerianum et Gallienum V. C. 1006

a) in Valer. sub init.

b) Doctr. temp. L. XI. c. 28.

P. X. 253 arripuisse imperium, conspirant chronologorum peritissimi, et nos cum illis, ut diximus in moneta Treboniani. Contingere istud serius mense Augusto non potuisse, docet Tillemontius, ^{a)} nos in annum exeuntem distulimus. Fuisse Gallienum jam eodem hoc anno trib. potestate perinde ac patrem praeditum, praeter tribunatum XVI., qui ejus postremus fuit, et necessario in annum V. C. 1021 cadit, probat etiam marmor Muratorii, in quo idem tribunatus VII. tribuitur tam Valeriano, quam Gallieno. ^{b)} Eundem annum V. C. 1021 fuisse postremum Gallieni, et primum Claudii, patet etiam ex eo, quod anno proximo Claudius more plerumque recepto consul processit. Caesum Gallienum mense Martio, tenemus ex Trebellio, qui nono Kal. April. allatum in urbem Claudii ad imperium eVecti nuncium significat. ^{c)} Vt numi Romani Gallieno tribuunt tribunatus XVI., sic Alexandrini annos 15.

Ex his, quae modo commemoravimus, patet, etiam in Gallieno fallere eorum sententiam, qui natali imperii iteratam trib. potestatem docent. Nam si natalis hic fuit mense Augusto V. C. 1006 P. X. 253, trib. potestas XVI., quam Gallieni numi offerunt, coepit eodem mense V. C. 1021 P. X. 268. Verum Gallienus mortuus jam erat mense Martio ejusdem anni, quo tempore secundum eos currebat ejus tribunatus XV. Ergo ut eorum doctrina consistat, necesse est, aut imperium Gallieni, aut ejus mortem longius differre, quod ipsi

nolunt, aut mecum confiteri, hanc potestatem ante exitum natalis fuisse iteratam anni principio.

Ceterum nolim hujus meae doctrinae fidem ad numos Gallieni, et inscriptos his tribunatus explorari. Nam sunt horum non pauci, in quibus juncti cum illis consulatus eam aperte evertunt. Quid igitur? an cessabis fallacem tuam aspernari sententiam, et amplecti alteram? Imo vero a malleo, ut ajunt, ad incudem. Etenim altera quoque sententia cum in modum iisdem nodis implicatur, ut ejus patronus Bandurius profiteri non raro cogatur, hos illosve numos fastis aperte repugnare. Ergo et ipsi numi, nimirum male sinceri ejus aevi testes, experimentum praebent, quam nullus ordo, nulla ratio in levioribus etiam rebus imperante Gallieno consisterit. Quare cum dissidentibus aliis alii legem meam facile sequantur, et eorum iniquo calculo qualiscunque alia sententia aequae laboret, non patiar a meo me instituto, praecedentium imperatorum numis tam nitide comprobato dimoveri, praecipue cum adversariis nulla ratio praesto sit, tribunatum XVI. cum doctrina sua conciliandi. Ceterum necesse non est repetere, qui numi singulis sententiis aut obstant, aut favent. Eos ego loco suo summa cum fide, et adcuracione ex catalogo, qui sinceriores visi sunt, congessi, ut adeo cuivis facile sit, eos cum quacunque libitum fuerit sententia contendere. Non videtur hoc loco reticendum, Chamillardum in dissertatione, quae est in *Memoiriis Trevoltiensibus* Novemb. 1719 pag.

a) in Trebonian. nota III.

b) Pag. 460. 5.

c) in Claud. c. 4.

111, adferre catalogum numerum Gallieni, in quo tribunatus, et consulatus certo quodam ordine procedunt. Quibus ille numis usus sit, ignoro. Sane numi Bandurii, musei Caesarei, aliorumque illud nobis beneficii non indulgent. Quantum in eadem hac area defudaverit Norisius, in aperto est, *) an feliciter, inquirere taedet, quia certos nos esse ante omnia oporteret, furesta ejus aevi monumenta verum eloqui.

Conclusio totius doctrinae.

Quisquis haec legerat, lubens credo testimonium dabit, me in monumentorum delectu, iisque recitandis fuisse religiosum, fidelem, adcuratum, et quod in re critica praecipuum est, diffusum monumentis iis, quae ob causas varias possunt videri suspecta, neque tamen subdole reticuisse monumenta certae auctoritatis, quae causae meae aut minus sunt propitia, aut etiam adversantur. At spero etiam, his perlectis consensuros mecum viros eruditos, demptis paucis monumentis, quae repugnant, reliqua omnia nitide, et adcurate testari, quod probandum susceperam, ab Augusto usque ad Antoninum Pium trib. potestatis iterationem peractam ipso die, quo collata fuit; ab hoc usque ad Gallienum Kalendis Ian., atque hoc admissio maximam earum difficultatum partem suapte evanescere, quae in quacunque alia sententia aut nullo pacto levare, aut nonnisi violente, et per in-

anes plerumque conjecturas; et effugia possunt. Quapropter ut aliis in causis, sic in hac cumprimis valere debet illud Aristotelis: *sic bene, aliter non bene, ergo sic optime*. Habeo tamen adhuc nonnulla, quae ad praesens argumentum sive illustrandum, sive confirmandum non parum poterunt copferre, quae sequentibus articulis declarabo.

I. Non unus ego sum, cui haec trib. potestatis ipsis Kal. Ian. iteratio probabilis est visa. Nam video viros summe eruditos jam ante me in hanc inclinavisse sententiam, hoc uno discrimine, quod ego institutum istud in omnibus inde ab Antonino Pio Augustis agnosco, at illi in nonnullis tantum. Agmen ducat vir admirabilis ingenii Dionysius Petavius, qui cum trib. potestatem IV., quae in Volusiani numis legitur, componere non posset cum ejus imperio, quod duorum tantum annorum, et aliquot mensium fuit, his verbis nodum solvere tentat: *quod ipsum chronologiae nostrae consentaneum est, ut cum novo anno Iuliano nova trib. potestas inchoata sit, adeoque quater instaurari potuerit.* b) Eandem necessitatem in explicandis quoque Elagabali numis sibi impositam vidit Philippus a Turre, ut diximus supra in hujus principis trib. potestate. Eam confessus est Harduinus in Antonino Pio, et M. Aurelio, c) et suspicatus in Caracalla Tillemontius. d) Nuperrime cl. Sanclementius urgentibus iisdem causis coactus est confiteri, jam inde a Severo exempla peti posse, quae suadeant, veterem tribunatum numerandorum

a) de Votis decenn. c. V.
d) Nota XIX. in Severum.

b) Doctr. temp. L. XI. c. 28.

c) Opp. fell. pag. 682.

methodum peculiari aliqua de causa fuisse immutatam. ^{a)} Idem deinde adfirmare non dubitat, Caracallam, ^{b)} et mox Elagabalum ^{c)} tribunatus suos a Kalendis Ian. iterasse. Alios vide citatos in dissertatione Io. Georgii Graevii pag. 11, et a Mazzoleno pag. 15 seq. Atqui si istud causa sic exigente verisimile visum in nonnullis, cur non etiam videri possit in aliis verisimile, quando istud eadem causae exigunt? Absterruit viros praeclaros primorum imperatorum institutum, quos nonnisi circumacto anno renovasse tribunatum ipsa monumenta docent, quod quia sequentibus etiam imperatoribus applicandum duxerant, non poterant non abhorre a sententia, quae trib. potestatem alio ab ejus natali die repetitam docet.

II. Dixi, videri verisimile, modum tribunatus Kalendis Ian. iterandi sub Antonino Pio coepisse causa ex ipsis numis petita. Sugerit conjecturam aliam numus M. Aurelii, quem post alios exhibet Spanhemius: ^{d)} AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. FIL. *Caput nudum.* ꝯ TR. POT. VII. TR. POT. VIII. S. C. *Mulier galeata sedens d. hastam, humi clypeus.* Singularem hanc partis averse epigraphen varie explicavere eruditi. Harduinus illa duplicem trib. potestatem intelligendam sanxit, unam, quae esset in exercitibus, alteram, quae in provinciis et rebus civilibus, quam absurdam doctrinam, etsi se ipsam refutet, refutandam tamen sibi duxit loco citato Spanhemius suffecta altera sua, nimirum agi in hoc numo de M. Aurelii

trib. potestate intra annum Iulianum iterata, cūsumque adeo hunc numum circa tempus, quo exivit tribunatus VII., et occoept VIII. Verum et hunc explicatum patet esse violentum, neque ullo pacto verisimilem. Neque enim numus hic aut cudi, aut in lucem mitti potuit, nisi in certo aliquo tribunatu, ac propterea nullum video exstare sive in numis, sive marmoribus exemplum, quod contiguos iterati magistratus, vel honoris numeros conjunctos exhiberet. Istud enim si permissum fuisset monetariis, eadem lege in duplicis consulatus confiniis legeremus etiam v. c. COS. III. COS. IIII. in eadem numi superficie conjunctum, cujus tamen exemplum in omni antiquitate non reperias. At en tibi in sententia mea explicationem aliam plane obviam, ac simplicem. Dixi, sub Antonino Pio Kalendas Ian. iterandae trib. potestati destinari coepisse, ipsa vero hujus numi epigraphe, in qua Aurelius tantum Caesar dicitur, docet, eum imperante Antonino Pio signatum. Quare admodum verisimile, nova renovandi tribunatus ratione tum recens constituta, utrumque canonem et veterem, et novum numo inscriptum, nimirum veterem, secundum quem fuit trib. potestatis VII., et novum, secundum quem numeravit trib. potestatem VIII., juxta quam legem numus cūsus est V. C. 908, cujus principio anni ex canone vetere numeravit Aurelius tribunatum VII., ex novo VIII. Ceterum quae causa fuerit, cur Antoninus traditum a majoribus mo-

^{a)} de vulg. aera pag. 287. col. 2. ^{b)} Pag. 288. col. 1. ^{c)} Pag. 291. col. 2. ^{d)} Tom. II. pag. 430.

rem infringeret, ignoramus aequae, ac plura veteris aevi alia, rebus apparentibus, ignotis causis.

III. Ex doctrinae meae praeceptis sequitur, ut initio dixeram, trib. potestatem primam in altero canone semper, aut certe plerumque fuisse incompletam, constantem saepe paucis mensibus, quin et diebus. Nam si v. c. medio Decembri quis eam accepit, secutis paucorum dierum intervallo Kalendis Ian. coepit numerare secundam. Quod quidem institutum nemini credo videbitur absurdum, quando eadem ratio in computandis sive imperatorum, sive epochae annis apud Graecos vulgo valuit, qui utrosque ad anni sui civilis calculum adcommo-^{dare}, incompleto adeo semper anno primo, nisi cum forte initium imperii fuit idem cum initio novi anni civilis. Ejus exempla abunde cognita sunt ex numis Antiochiae Syriae, Caesareae Cappadociae, aliisque, ac praecipue Alexandrinis Aegypti, in quibus de hoc veterum more non pauca, quae praesenti argumento applicari possunt, disputavi.^{a)} Quibus addi praeterea potest, etiam imperatores Germanicos Caroli M. successores proximos sic annos imperii sui computasse, ut, quocunque mense illud essent auspicati, annum secundum semper a proximis Kalendis Ianuariis numerarent, qui mos observatus est in constitutionibus Ludovici Pii, Lotharii I., Henrici I., Othonis M., Henrici II., Conradi II., Henricorum III. et IV., Lotharii II. Vide, quae de hoc argumento ex dissertatio-

ne comitis Garampi tradidit Belleyus.^{b)} Quocirca si variae nationes, et varia quidem aetate annum primum imperii incompletum pro completo accipere poterant, sic ut proximo anni civilis initio inciperet annus secundus, nescio, cur non et Romani eodem exemplo potuerint trib. potestatem ad anni sui civilis, id est: Iuliani modum adcommo-^{dare}, et tribunatu primo incompleto ordiri alterum Kalendis sequentibus Ianuariis, sive initio anni sui civilis, praecipue cum teste Dione imperatores secundum trib. potestatem imperii quoque sui succedentes annos numerare sint soliti,^{c)} sive, quod eodem recidit, unum idemque fuerit, numerare trib. potestates, atque annos imperii.

IV. Dixi, veterem canonem, tributatum die natali ejus accepti renovandi, imperante Antonino extrusum a recentiore, qui eum Kalendis Ian. renovat. At quemadmodum aliis quoque in rebus evenire solet, ut non facile vetus aliquod institutum sic aboleatur, ut non etiam aliqua ejus nonnunquam appareant vestigia, sic mirum non est, si exsint pauca quaedam exempla, etiam constituta nova ratione nonnunquam ad veterem fuisse reditum. Diximus supra articulo II., in uno eodemque numo M. Aurelii Caesaris utriusque rationis trib. potestatem, et veteris et novae, confociatam videri, quod iudicium si non fallit, perspicue docemur, canonis veteris modum stabilitum altero non continue esse abolitum. Sed et nonnulli numi serius perculsi veterem

a) Proleg. ad num. Alex. c. 2. Vol. IV. pag. 42.
c) L. LIII. § 17.

b) B. L. Tom. XXXV. pag. 639.

normam palam respiciunt, quos recitavi supra in Caracalla, Alexandro Sev., Gordiano. Neque tamen propterea duplicem eodem tempore numerandi tribunatus modum in commune valuisse permittam, quod toties in Mazzeno ipse improbavi. Hanc enim discordiam potius privatae monetariorum libidini, quam auctoritati publicae imputandam puto, cujus generis illustre exemplum supra in Macrino proposui. Ad haec tam sunt rara hujus dissensus exempla, ut tuto liceat in hoc iudicio eorum non habere rationem. Vide, quae alia huc pertinentia differui in regula IV. huic examini praefixa.

V. Denique cum ad explicandos tribunatuum numeros auctiores, quam plurium Augustorum imperium capere possit, prorsus non valeat Panvinii sententia, et necesse omnino sit respicere aliam, magis sane commodam, et cum veterum monumentis magis conspirantem prae hac nostra vix reor posse reperiri. Enimvero satis perspeximus, cum quantis difficultatibus conficiendum fuerit iis, qui quaecunque aliam doctrinam aut reperere, aut secuti sunt.

Haec, quae hactenus de iteratione

trib. potestatis disputavi, sola sunt, quae amplissimi ejus muneris doctrinam impeditam reddunt. Reliqua plana sunt, nullique obnoxia difficultati. Cum ejus in Augustis ortum enarraverimus, superest, ut etiam, quando deliverit, memoremus. Postremum reperio Constantinum M., qui eam monetae inscripserit. De epigraphe: TR. P. XXXVII., et XXXXII., qui uterque modus fertur exstare in aureis Theodosii II., dubia mea exposui in hujus moneta. At in marmoribus ejus usus aliquamdiu post Constantinum duravit, nam reperta sunt, quae eam adhuc dignitatem titulis Iuliani, Valentiniani, Gratiani addidere. Infimo aevo pro mentione trib. potestatis aliquamdiu in numis valuit inscriptum ANNO. I. II. III. etc. Vide numos inde a Iustino I.

Cum ex natura trib. potestatis nequaquam ad hanc, ut ad sequentem consulatum, designatione opus esset, mirum sane, repertum fuisse marmor, in quo Severus dicitur: TRIB. POT. III. DES. III. COS. II. *) Ego, qui non facile prodigia in artem nostram recipienda censeo, male lectam epigraphen existimo, et restituendam lectionem: TRIB. POT. III. IMP. III. COS. II.

a) Spon Miscell. pag. 269

CAPVT XI.

De nominibus PATRIS et MATRIS in Augustis.

Patris nomen praeter significationem propriam jam ab urbis conditu alienam quoque nactum est. Sic Romulum sublimem raptum procella *deum deo natum, regem, parentemque urbis Romanae salvere universi jussere.* ^{a)} Sed hoc loco patrens conditorem utique significavit, quo modo et dixit Maro: ^{b)}

*Dardanus Iliacae primus pater urbis,
et auctor.*

Serius, et integra quidem adhuc republica, dicti patres patriae, qui salutem urbi attulere. Primus in urbe libera hoc sibi elogium emeruit Furius Camillus urbe caesis Gallis servata, de quo Livius: ^{c)} *Dictator recuperata ex hostibus patria triumphans in urbem redit, interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac PARENS patriae, conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellatur.* At fuit, qui negata hac Camillo gloria primum Ciceronem post extinctam Catilinae conjurationem hoc elogio ornatum dixit. De eo Plinius: ^{d)} *Salve primus omnium PARENS PATRI-*

AE appellate, primus in toga triumphum linguaeque lauream merite, et facundiae, Latiarumque literarum parens. Cum Plinio consentire videtur Appianus mox citandus.

A Cicerone elogium istud ad imperatores fuisse derivatum, ex aliquorum sententia perhibet Appianus, cujus testimonium paullo infra integrum dabimus. Ejus in principes collati rationem hanc dedit Dio: ^{e)} *Patris autem appellatio, tametsi eis aliquod jus in nos omnes tribuere videtur, quale patribus olim erat in liberos, tamen omnino in hunc finem distributa non est, sed honoris gratia, utque admonitioni esset, ipsis quidem, ut subjectos instar liberorum diligerent, subjectis autem, ut ipsos veluti parentes suos reuererentur.* Eleganter more suo Seneca: ^{f)} *Hoc quod parenti, etiam principi faciendum est, quem appellavimus patrem patriae, non adulatione vana adducti. — Patrem quidem patriae appellavimus, ut sciret datam sibi potestatem patriam, quae est temperatissima, liberis consulens, suaeque post illos ponens.* Tertullianus invecus in eos, qui imperatores

a) Liv. I. 16.
c) L. LIII. § 18.

b) Aen. VIII. 134.
f) de Clementia L. I. c. 14.

e) L. V. c. 49.

d) H. N. L. VII. § 31.

dominos dixere, *qui pater patriae est*, inquit, ^{a)} *quomodo dominus est? Sed et gratius nomen est pietatis, quam potestatis; etiam familiae magis patres, quam domini vocantur.*

Ex imperatoribus primus fuit Caesar dictator, cui senatus populusque amabilem hunc titulum obtulit, deinde, etsi fero, Augusto quoque. In utroque senatus causas habuit veras, iustasque, quas non recoquo, quia in utriusque moneta abunde commendatas. Post hos amisit candorem, quia plerumque ab adulatione, aut obsequio dictatus, et saepe antea delatus principi, quam is potuisset populo paterni sui adfectus experimentum dare. Quare a vero longe aberrat oratio Appiani sic de hujus tituli usu differentis: ^{b)} *και δοκει τισιν ἡδε ἡ εὐφημία ἀπο Κικερωνος ἀρξάμενη περιελθεῖν ἐς τῶν νυν αὐτοκρατορῶν τῆς φαινομένης ἀξίας· ἔδε γὰρ τοιοῦδε, καίπερ ὅσι βασιλευσιν, εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἅμα ταῖς ἀλλαῖς ἐπωνυμίαις, ἀλλὰ συν χρόνῳ μολίς, ἡδε, ὥς ἐντέλης ἐπὶ μεγιστοῖς δὴ μαρτυρία, ψηφίζεται. Et visus est nonnullis is honos in Cicerone coeptus nunc transivisse ad eos imperatores, qui eo digni existimantur; neque enim is illis, etsi regiam habeant potestatem, confestim ab initio cum aliis cognominibus, sed vix fero quidem, et tanquam absolutae virtutis testimonium discernitur.* Labet ex Appiano sciscitari, utrum eo honore dignus fuerit Tiberius, cui illum saepius a populo oblatum, sed recusatum, in ejus numis diximus? an deinde Caligula, Nero, Domitianus? et an hos absolutae virtutis exem-

pla faciet? Ait, vix fero quidem illum decerni solere. Non nego, hunc titulum aliquanto tempore a senatu fuisse dilatum; neque alia est ratio, cur is in Galbae, Othonis, et Vitellii numis non legatur, nisi quia hi paucorum tantum mensium principes fuere. At in reliquis perexiguum fuit inde a Caligula ejus dilati tempus. Eum jam numi Caligulae cum tribunatu I. memorant, et tamen refert Dio, hunc principem aliquamdiu patris patriae nomen recusasse; ex quo patet, quam is mature fuerit delatus. Exemplum plane simile offerunt numi in Nerone. Hadrianum, quo tamen imperante floruit Appianus, illo saltem paullo post imperii aditum fuisse donatum, numi palam docent. Sane longiorem aliquam moram, ac praecipue talem, qualem intulit Appianus, inde a Caligula in nullo Augustorum reperias, et verum adeo est, quod supra adserui, praeclarum istud nomen ab Augusti excessu non fuisse nisi obsequii, et servitii argumentum. Ob servo, in hoc titulo sive deferendo, sive acceptando non bene scriptoribus cum certis monumentis convenire. Narrat Suetonius, ^{c)} Vespasianum eum non nisi fero recepisse, et tamen is passim legitur in ejus numis consulatum II. praeferentibus, quem primo imperii sui anno inivit. Quae a scriptoribus diversa doceant numi Hadriani, in hujus moneta diximus. De Pertinace narrat Capitolinus: *primus omnium ea die, qua Augustus est appellatus, etiam patris patriae nomen recepit*, et de Did. Iuliano

a) Apolog. c. 34.

b) Bell. civ. L. II. c. 7.

c) in Vesp. c. 12.

Spartianus: *Patris patriae quoque nomen recepit*, et tamen neutrius illud numi praeferunt, et si conflet, imperatores usque ad tempora declinantis imperii in eo monetae inscribendo fuisse assiduos.

Ex hactenus expositis vidimus, variam imperatores in recipiendo hoc nomine legem fuisse secutos. De singulis ut pauca dicamus, statim illud admiscere Domitianus, Nerva, Macrinus, Elagabalus, Alexander, Maximinus, Gordianus I., Balbinus, Pupienus, Gordianus III., Philippus uterque, et sequentes. Aliquamdiu distulere Caligula, Claudius, Nero, Titus, Trajanus, Antoninus Pius, Severus. At M. Aurelius illo usque ad annum imperii circiter XV. carere voluit; unde causam tenemus, cur L. Verus constanter patris patriae titulo caruerit, nimirum quia antea mortuus est, quam illo Aurelius ipse uti coepit. Quapropter mirum profecto, Aurelium, qui tot annorum egregie factis nomen tam gloriosum promereri studebat, illud filio Commodus vix annorum XVI. puero una cum Augusti titulo deferri permisisse. Caracallae et Getae vivo patre negatus fuit; verum eo extincto confestim uterque suscepit. Tiberius secutus ingenium suum parum ambitiosum et si saepius oblatum constanter recusavit. Haec omnia in singulorum numis accurate comprobavimus. Produxi seriem tantum usque ad Philippos, quia deinceps imperatoribus una cum Augusti titulo etiam alter patris patriae videtur fuisse decretus, quod quidem jam ex numis

evidenter probari nequit, quia hoc aetate plerique illustres imperatorum tituli in moneta aut raro prodire, aut plane negligi coepere. Tamen cognomentum istud adhuc legitur in certis quibusdam Theodosii II. numis.

Vt viri Augusti passim patres patriae sunt appellati, sic et feminae Augustae nonnunquam in numis *matres patriae*. Exemplum prima vulgavit Livia Augusti uxor, quae in numis, sed commatis tantum peregrini, aliquoties dicitur AVGVSTA. MATER. PATRIAE, quod in hac neutiquam valde mirum, cum in numis Romulae Baeticae dicatur GENETRIX. ORBIS. Vide horum omnium causas in ejus moneta. Post hanc Domna Severi *mater patriae* in numis vocatur.

Praeter patris patriae cognomentum occurrit etiam in numis PATER SENATUS, qualem se primus dixit Commodus, quem secuti sunt Balbinus et Pupienus. Sed et Domna ausa est se in numis MATREM SENATUS profiteri.

Numos inscriptos PATER CASTORVM, vel EXERCITVVM esse obvios dixit Spanhemius, ^{a)} verum unde eos hauscrit, non addit. Mihi sane horum nullus hactenus visus est, aut ex cuiuspiam indicio cognitus. Quod inscribere monetae neglexerunt Augusti, tentaverunt Augustae, quarum prima Faustina M. Aurelii sese intulit offensatis numis suis cum epigraphe MATRI. CASTORVM, quam deinde imitata est Domna, aliaeque. Praeter hos noti sunt numi Alexandrini Augustarum ejus aevi in-

a) Tom. II. pag. 451.

scripti: *μητηρ στρατοπεδων*, *mater castrorum*.

Mortuis quoque principibus nonnumquam additum fuit patris vocabulum. Sic: DIVVS. AVGVSTVS. PATER. — DIVVS. TRAIANVS. PARTH. PATER. — DIVVS. PERT. PIVS. PATER, de cuius causa nominis vide eorum numos,

tum et quae copiose disputat Spanhemius. ^{a)}

Admirabilis uteri Iulia Domna non modo Caracallam et Getam, tum et castra, ut continuo vidimus, in festibus suis numeravit, sed senatum quoque et patriam, superba in numis inscriptione: MAT. AVGG. MAT. SEN. M. PATR.

C A P V T XII.

De nominibus PIVS, et FELIX, tum a victis populis.

Pius a Romanis dicebatur, qui omnia officia, quae diis, parentibus, sanguine junctis, amicis, patriae, principi, civibus debentur, prompte et religiose implevit. — Lege omnes pietatis causas ample explicatas apud Spanhemium. ^{b)} Pro varia hac pietatis significatione jam Roma libera habuit, qui *Pii* cognominati fuere, atque ut intra solos numos sistamus, offerunt illi Q. Caecilium Metellum Pium, L. Antonium cognomine Pietatem, Sex. Pompejum Pium ab Octaviano debellatum, cuius causas in eorum numis dedimus.

Vt olim privatis, sic nunc et principibus idem delatum nomen praeceuntibus pridem Graecis, quorum nonnulli reges eodem nomine, scilicet *Ευσεβης*, fuere ornati, quos inter nobis ex numis cogniti Ariarathes et Ariobarzanes

Cappadociae, et Antiochus X. Syriae reges. Ex imperatoribus omisso Caligula, qui sic vocari voluit, ^{c)} primus fuit Antoninus, cui nomen Pii inditum fuit, et quidem copiose promerito, ut in hoc diximus. Pius deinde, sed ex causa ridenda, dictus Commodus. Vide ejus numos ad V. C. 936. Sibi etiam, filiisque proprium esse voluit Severus. Sequentes Augusti raro solum Pii nomen susceperunt, sed plerumque addidere aliud *Felicitis*, de quo continuo. Tamen infimo Byzantiorum aevo solitarii iterum recurrit in numis Leonis VI., Constantini X. etc. in quibus ii dicuntur EVSEBES. Nonnullis Augustis, qui illo vivi usi non sunt, datum fuit post excessum. Sic in numis Faustinae junioris: DIVA. FAVSTINA. PIA. M. Aurelii: DIVVS. M. ANTONINVS. PIVS.

a) Tom. II. pag. 448.

b) Tom. II. pag. 434.

c) Suet. in Calig. c. 22.

Pertinacis: DIVVS. PERT. PIVS. PATER. *Piae* cognomen tributum in numis etiam fuit Sidoni coloniae Phoenices.

Felicitis etiam cognomen imperatoribus arcessere placuit, etsi exigua est laus jactare bonum fortunae extra potestatem nostram positum, et uni casui debitum. Tamen et fortuitum istud bonum, et plane consilii expers in se praedicavit Sulla dictator, ut in hujus numis exposuimus, et felicitatem cum Pompejo M. semper conjunctam miris laudibus extulit Cicero. ^{a)} Primus eo uti instituit Commodus, quod objectum a militibus metum, qui Perennem praetorio praefectum ad necem postulabant, salvus evasisset. Vide ejus numos ad annum V. C. 938. Probatum fuit exemplum successoribus, sed sic, ut titulum *Felix* fere semper cum titulo *Pius* conjungerent, et praecederet *Pius*, sequeretur *Felix*. Primus post Commodum utroque, sed rarius, usus est Caracalla, frequentissime deinde Elagabalus, denique imperatores plerique ad ipsa inferioris imperii tempora, tantumque valuit conjunctum utrumque istud nomen, ut perinde atque Augusti nomen imperatorum proprium haberetur, et passim ab iis ipsis in aditu imperii adsumeretur, aut a senatu decerneretur, quod jam factum imperantibus Macrino et Elagabalo, in utriusque numis docuimus. Sane nulli unquam, qui Caesar tantum fuisset, permissum legimus, dempto Carino, cujus aliquot numi produntur inscripti: M. AVR. CARINVS. P. F. NOB.

CAES. Sed constat etiam, Carinum cum simplice nomine Caesaris conjunctum etiam habuisse praenomen imperatoris, ut dictum in hujus moneta.

Pii Felicitis nomina etiam cum feminis Augustis fuere communicata. Talis in numis prima proditur Iulia Domna, scilicet: IVLIA. PIA. FELIX. AVG. Eadem etiam tulisse Severinam Aureliani, ait Bimardus, ^{b)} sed ubi exstet is numus, non addit. At obvia sunt in numis Augustarum inde ab Honorio. Falsus igitur est Iobertus, cum dixit, ^{c)} solam iis Domnam fuisse usam, quem adeo jure correxit Bimardus. Contrario errore dixit Bandurius, primam fuisse Eudoxiam Theodosii II. uxorem, quae se Piae Felicitis nominibus induisset, ^{d)} omissa adeo Domna, nisi fortasse numos tantum sui argumenti respexit.

Felicitis cognomen multae quoque urbes recepere, ac praecipue coloniae, quas enumeravimus in tractatu de coloniis. ^{e)}

A victis populis trahere nomina vetus fuit Romae institutum. Noti tempore Romae adhuc liberae Asiatici, Africani, Cretici, Numidici, Balearici etc. Sub Augusto Drusus Tiberii frater a domitis Germanis Germanici sibi nomen emeruit, a quo velut jure hereditario transivit in filios Germanicum et Claudium, ab hoc in Neronem adoptionis lege, more jam reipublicae temporibus constituto. Adscita deinde ab ipsis Augustis honorifica haec cognomi-

^{a)} pro lege Manil.
II. pag. 563, et 566.

^{b)} ad Iobert T. I. pag. 282.
^{c)} Vol. IV. pag. 472.

^{e)} Tom. I. pag. 254.

^{d)} Tom.

na, sive suo ductu, sive auspiciis suis bella gessere. Duravit hic mos in ipsam devexi imperii aetatem, aucta etiam, quod in principatibus adflictis retroque sublapfis fieri consuevit, vanitate, cuius exemplum dedimus in moneta Iustitiani I., nimirum fixo publice populorum a se victorum amplo catalogo. Celerius molestam enumerationem amputavit Constantinus M. cum filiis, qui semetipsos generatim *victores*, vel *exuperatores omnium gentium* ridiculo hiatu appellare non erubuerunt. Nos hoc loco pro instituto nostro ea tantum nomina colligemus, quae in numis sunt conspicua, sed quorum numerus ample excrescet consultis marmoribus, utroque codice, monumentisque aliis.

Adjabenicus, Severus.

Arabicus, Severus.

Armeniacus, M. Aurelius et L. Verus.

Britannicus, forte Claudius. Hujus filius Britannicus instar nominis proprii, Commodus, Severus, Caracalla, Geta.

Carpicus, Philippi I. et II.

Dacicus, Trajanus et Hadrianus. Diximus loco suo, ^{a)} Domitianum quoque dictum fuisse Dacicum, istud tamen tantum colligi ex testimoniis poetarum, nullis aliis monumentis publicis. At fuere viri praestantes, quibus certum visum, Domitiano Dacici nomen non modo fuisse decretum, sed ejus etiam monetae inscriptum, nixi verbis Iuvenalis coaevi: ^{b)}

nec illud,

Quod prima pro nocte datur, cum lance beata

Dacicus, et SCRIPTO radiat Germanicus AVRO.

Dubium non est, poetam hoc loco agere de numis aureis novae nuptae pro primae noctis voluptate in munus datis. At perperam docent viri eruditi, verbis *scripto auro* intelligi numos aureos Domitiani, scilicet qui a Dacis et Germanis devictis Dacicum, et Germanicum sese appellavit. Etenim Iuvenalis, cum de numis utroque hoc titulo notatis loquitur, absque dubio intelligit numos suae aetatis maxime obvios, et vulgo cognitos, at tum mirum profecto foret, si Domitiani monetam haec verba respicerent, nullum hujus Augusti numum cum Dacici inscripto nomine ad nos pervenisse. Redde indicatos hos a poeta numos Trajano, qui Germanicum et Dacicum in omnibus suis numis sese profitetur, sublata est omnis difficultas. Iam vero a viris doctis dudum est observatum, Iuvenalem pleraque sua imperante Trajano scripisse. Vide Fabricium.

Germanicus, Drusus senior, ejusque filius Germanicus instar nominis proprii, Ti. Claudius, Nero, Vitellius, Domitianus, Nerva, Trajanus, Hadrianus, M. Aurelius, Commodus, Caracalla, Maximinus, filiusque Maximus Caesar, Philippus I. et II., Valerianus, Gallienus, et forte Claudius Goth.

Gothicus, Claudius.

Medicus, M. Aurelius, et L. Verus.

Parthicus, Trajanus, Hadrianus, M. Aurelius, L. Verus, Severus, Caracalla, Carus. De Q. Labieno impera-

a) Vol. VI. pag. 398.

b) Sat. VI. v. 202.

tore Parthico actum alibi. ^{a)}
Perficus, Carus.

Sarmaticus, M. Aurelius, Commo-
 dus.

C A P V T XIII.

DE NUMIS CONSECRATIONVM.

Amplam articulus hic continet differendi materiem, cum frequens fuerit vetere aevo, homines, illustre ex quacunque causa nomen adeptos, consecrandi usus. Magnam eorum, quae huc pertinent, partem, praecipue quae Graecorum in hac causa superstitionem contingunt, jam dedimus in tractatu de Heroibus, Conditoribus etc. qui exstat in Volumine IV. pag. 342. Non inquiram hoc loco in sacri hujus ritus originem, variarum gentium caerimonias tum adhiberi solitas, aliasque partes, quae ex scriptoribus theologiae veteris peti possunt. Romana tantum attingam Graecorum exemplis illustrata, et quidem a tempore Caesarum, quos per vulgata adulatio, tum et ambitio supra conditionem humanam extulere, cujus infinita testimonia hujus classis moneta suppeditat. Labet universam disputationem in partes duas dividere, quarum I. aget de consecratione vivorum, II. de consecratione mortuorum.

§ I.

De consecratione vivorum.

Multos prodidit vetus historia, qui aut honores divinos sponte appetivere, aut quos communis vox, suadente plerumque sive obsequio, sive metu, ne morte quidem necessaria exspectata, divinis honoribus adfecit. Habuit haec vivorum consecratio suos veluti gradus, infimum, medium, summum, quo eam ordine nunc considerabimus.

In infimo gradu non diu subsistemus, quia haec consecratio ore tantum et quodam animi impetu peragitur, ut cum quem propter collata beneficia majore studio complectimur, aut propter praeclara facta, quae humanas vires excedere videntur, impensius admiramur. *Amat enim Graecorum levitas*, inquit Firmicus Maternus, ^{b)} *eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio, aut virtute se juverint, divinis appellare nomi-*

a) Vol. V. pag. 145.

b) de error. prof. rel. p. m. 421.

νόμος. De Spartanorum more Aristoteles: ^{a)} ἐπεὶ δὲ σπάρτιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λακωνεὺς εἰωθασὶ προσγορεῦν, ὅταν ἀγασθῶσι σφοδρὰ τῇ, Σείος ἄνθρωπος φασιν. Quia vero raro evenit, ut vir divinus existat, quemadmodum Lacones, cum quem valde admirantur, o virum divinum! ajunt. Eodem exemplo Tullius Lentulum consulem, quod sibi exuli praecipuam ad reditum operam impendit, parentem, *DEVM*, salutem suae vitae, fortunae, memoriae, nominis vocavit. ^{b)} Hujus adeo gradus exempla in re numismatica existare non possunt; quia haec consecratio nulla lege, vel consilio, sed sola animi ὁρμή existit, neque a nobis nostra quoque aetate aliena, majora daturis nomina, si quid divinitate majus posset animus concipere.

In medio gradu colloco nomina, attributa, signa, diis quidem vulgo propria habita, sed quae viri principes sibi addidere, aut addi passi sunt, citra deorum quidem, ut ipsis visum est, contumeliam, sed ut quasdam particulas a diis trahere viderentur, quae privatis essent negatae. Inter nomina memorandum cum primis verbum *Numen*, coelestis potentiae indicium, sed quod passim admiscere principes non modo pagani, sed et postea Christiani. Nota formula: *devotus numini, majestatique ejus*.

Inter attributa divina, quae a diis imperatores mutuati sunt, principem locum postulat AETERNITAS. *Aeter-*

num Romani dixere, quod sine caret, et opponitur mortis conditioni, a qua immune fuit, quidquid divinum. Sed aeternum quoque dictum, quod natura sic est comparatum, ut diu durare possit, qua de causa phoenix fuit aeternitatis symbolum, quia ejus vita non annis, sed saeculis credebatur circumscripta, propterea a Claudiano dicta *aeterna avis*, ^{c)} ac propter eandem causam elephas quoque aeternitatem significat in numis Philippi. Fuere alia aeterna ab instituto, ut ignis Vestae, quem extinguere grande piaculum, et in diis omnibus habitum. Alia ab opinione, ut: ROMA. AETERNA in numis obvium, vel AETERNITAS. *Populi Romani*, ut legitur in singulari numo Vespasiani V. C. 823. Alia a voto, etsi inutili, ut: AETERNITAS. IMPERII. in numo Caracallae. Singulare plane est AETERNITATIBVS in numo Alexandri. Vocabulum istud non modo tribuitur Augustis mortuis, consecratisque, sed vivis etiam, neque in numis modo, mar-moribusque, sed a scriptoribus quoque, quos inter laus esse aenum nominare Plinium juniores, qui in epistolis suis non raro Trajanam aeternitatem suam compellat. Ceteram in viris ferri haec appellatio potuit, quia plerumque aliud non fuit, nisi votum diuturni imperii, aut saltem sic potuit intelligi explicari, quae, juxta illud Horatii de Augusto: ^{d)}

*Strus in caelum reddeas, diuque
Lustris intersis populo Quirini.*

a) Ethic. ad Eudem. L. VI. c. 1.

b) ad Quir. post. red. c. 5.

c) Carm. XLV. v. 63.

d) Carm. L. I. od. II. v. 45.

(Vol. VIII.)

M m m

Quaquam magnum visum in principe intemperantiae argumentum, si is sibi ipse aeternitatem tribuit, quod Constantio II. exprobavit Ammianus, ^{a)} ex quo Athanasius occasionem arripuit, hunc imperatorem oblique perstringendi, cum quereretur, a nonnullis Constantium dici aeternum, cum interim ii ipsi dei filium esse aeternum negarent. ^{b)}

De typis illustrioribus, quibus aeternitatem expressere Romani, jam egimus in numis Trajani per ejus consulatū V. signatis, et in numis Severi. V. C. 955. In numis Alexandrinis Antonini Pii, quos vide, Aeternitas Graece redditur ΑΙΩΝ.

Fuit etiam aliqua divinitatis species *Genius Augusti* in numis perfrequens, sive illo intellecta fuit ipsa Caesaris anima, ejusque numen, aut quidam de plebe deus, qualem hominibus fuisse additum sibi plane persuasit vetus superstitio. Vide haec explicantem Diodorū fatidicam apud Platonem, ^{c)} Senecam, ^{d)} aliosque. Quidquid erit, nihil paullatim in imperio R. hoc genio illustrius, nihil sanctius, nihil vero etiam populo magis metuendum evasit. Iam Caligula morte adfecit eos, qui nunquam per Genium suum dejerassent, ^{e)} neque aliud deinceps iusjurandum magis religiosum habitum, quam impietatem acerbe adeo perstrinxere scriptores Christiani, quos inter Tertullianus *majorē*, inquit, ^{f)} *formidine, et calidiore timiditate Caesarem observatis, quam ipsum de Olympo Iovem.* — — *Sed nec hoc vos*

ratione facitis potius, quam respectu re-praesentaneae potestatis. Adeo et in isto irreligiosi erga deos vestros deprehendimini, qui plus timoris humano dominio dicatis. Citius denique apud vos per omnes deos, quam per unum Genium Caesaris pejeratur. In eandem sententiam Minucius Felix: ^{g)} *Sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est, daemonem ejus, implorant, et est eis tutius per Iovis genium pejerare, quam regis.* Satis constat, ex legum praescripto ad fustem fuisse damnatos, qui per Genium principis pejeraverant, cujus exempla dabunt eruditi, qui in citata Tertulliani, et Minucii verba commentati sunt, tum et Seldenus. ^{h)} Ex quo patet, quanto moderatius de se senserit Trajanus, de quo Plinius: ⁱ⁾ *Simili reverentia, Caesar, non apud Genium tuum bonitati tuae gratias agi, sed apud numen Iovis O. M. patris.* Quare nequaquam mirum, Christianos per Genium Caesaris jurare iustos istud obsequii genus detrectasse, quia tantum tribuere Genio nefas duxere, et quia nomine Genii non innoxium illum, et saepe salutarem Graecorum δαιμόνα, sed malum illum daemonem corpora humana obsidentem, et sacris precibus inde exigendum intellexere, quod ex ejusdem Tertulliani verbis liquido apparet. ^{k)} At apud Romanos, quod loco indicato fatetur quoque Seldenus, non Genius modo, sed et Salus, Vita, Fortuna Caesaris, per quas quoque jurari consuevit, perinde ac serius in Christianis principibus Majestas, Se-

a) L. XV. c. 1. b) in Tract. de synodo Arim. c) in Convivio p. m. 201. d) Epist. CX. e) Sueton. in Cal. c. 27. f) Apolog. c. 28. g) in Octav. c. 29 p. m. 298. h) in marm. II. Oxon. p. m. 172. i) Paneg. c. 52. k) Apolog. c. 32.

renitas, Perennitas, et similia ipsas principum personas respexere, cumque orbis Romanus nihil haberet imperatore majus, et ab ejus metu omnia penderent, facile accessit reverentia, et quaedam divinitatis opinio, eaque non raro a principis impotentia, et vanitate imperata, ex quo factum, ut, quod recte observavit Tertullianus, citius per omnes deos, quam per unum Genium Caesaris esset pejeratum. Ceterum observare Genium principis, et revereri, non fuisse novitium Romanorum inventum, docemur ab Athenaeo narrante, ^{a)} Nicostrotum Argivum quotidie in coena seorsim Genio regis Persarum instructam mensam apposuisse, cum intellexisset, a Persis id fieri, qui in aula regia versantur.

Alia remotiora divinitatis argumenta sunt in viris Augustis *corona radiata*, de ejus significatione egi ad numum Neronis cum epigraphe AVGVSTVS. GERMANICVS, quem dedi in numis vagis. Item *nimbus* in capite Augustorum utriusque sexus, de quo vide tractatum de numis inferioris aevi § II. Item *carpentum a binis mulis tractum*, de quo egi in numis Liviae.

Summum consecrationis vivorum gradum constituo partim in appellationibus divinis, partim honoribus, qui constant ludis solennibus, aris, templis, sacrificiis, quae omnia rursus vel ipsi sibi deferri voluere, vel a populis in obsequium ruentibus decreta fuere. Ejus exemplum jam vetustissima Graecorum aetas in Hercule vulgavit, quando Ar-

eadem Evander praesentem illum, atque adeo vivum, propter caesum Cacus divinis honoribus adfecit, de quo actum in numis Antonini Pii. Recentiora exempla, nam vetustiore copiam praetereo, sunt Alexander M. sua sponte Iuppiter Ammon, iterum Alexander, ac serius Demetrius Antigoni ab Atheniensibus dei appellati, Mithridates VI. dictus ab Asianis Bacchus, varii Aegypti, Syriaeque reges communi vocabulo dicti in numis ipsis $\Theta\epsilon\omicron\iota$, de qua vertigine vide observata in singulorum numis. Iam a vetustis illis Persis reges suos dictos deos, docet Aeschylus. ^{b)} Sed haec ad externos tantum principes valere. Interim facile fuit Graecis servitio aduetis eisdem hos honores transferre primum in magistratus Romanos ex urbe missos, deinde in principes orbis arbitros. Integra adhuc republica proconsulibus, praetoribus, aliisque viris summis sive propter collata illustria beneficia, sive metu constitutos fuisse ludos sacros annuosque, aras, templa, divina nomina, jam variis alibi locis monui, et in praeclara dissertatione exposuit abbas Mongaultius, ^{c)} oblatis copiosis turpis hujus servitii exemplis. Tanto hi honores subinde immoderatus profusi in principes, eorumque domum. Liviam Augusti uxorem numi Graeci appellant $\Theta\epsilon\alpha$. $\Lambda\iota\beta\iota\alpha$, $\Lambda\iota\beta\iota\alpha\iota\alpha$. $\text{H}\text{P}\text{AN}$, (*Liviam Iunonem*) Augusti filiam $\text{I}\text{O}\text{T}\text{A}\text{I}\text{A}\text{N}$. $\text{A}\Phi\text{P}\text{O}\Delta\text{I}\text{T}\text{H}\text{N}$, (*Iuliam Venerem*) Drusus Tiberii F., et Germanicus Graecis fuere $\text{N}\text{E}\text{O}\text{I}$. $\Theta\epsilon\text{O}\text{I}$. $\Phi\iota\lambda\alpha\text{-}\Delta\epsilon\lambda\Phi\text{O}\text{I}$, (*novi dei fratres je mutuo a-*

a) L. VI. p. m. 252.

b) in Pers. v. 157.

c) B. L. Tom. I. Mem. pag. 353.

M m m 2.

mantes) Pauca haec divinarum appellationum exempla, quas Graecorum ingenium excogitavit, possunt hoc loco sufficere. Qui horum plura appetit, adeat numos commatis peregrini, quos singulorum Augustorum monetae, ac praecipue Neronis, subiecimus, tum et Spanhemium ex proposito de hoc abusu differentem. ^{a)} Parcius, ac multo quidem serius moneta urbis divina haec principum suorum nomina admisit. Nam etsi v. g. de Caligula, et Domitiano constet, eos dei nomine appellari voluisse, hoc tamen opprobrium monetae R. majestas averfata est. Nero citharoedus in numis peregrinis dicitur Apollo, tamen hoc Apollinis nomen abest in iis ipsis numis Romanis, in quibus hic imperator citharoedi habitu proponitur. Primus fuit Commodus, qui impudentiam suam in moneta urbis publicavit, cum se *Herculem Romanum* mentiretur, et talem se capite leonis exuviis tecto profiteretur. Neque minus insignita Aureliani protervia, qui se *deum, ac dominum nostrum* in numis inscripsit, cujus deinde exemplum secutus est Carus.

Congruum fuerat, quem deum professi sunt veteres, eum aris quoque, delubris, sacrificiis, et omni superstitionis cluvie venerari. Hujus furoris idem fuit initium, quod imperii. Servius ad versus Virgilio: ^{b)}

*O Meliboe, deus nobis haec otia fecit.
Namque erit ille mihi semper deus, illius
aram*

*Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet
agnus.*

haec notavit: *Augustus templa vivus emernit*, citatque continuo verba Horatii: ^{c)}

*Praesenti tibi maturos largimur honores,
Iurastisque tuum per nomen ponimus
aras.*

Cui ignoti numi inscripti ROMae ET. AVGusto per varias imperii provincias signati typo arae, vel templi, item ara Augusto sacra in numis Tarraconis, vel LVCVS AVGVSTI typo arae inter duas lauros in numo Iubae II. Numidiae regis? At observandum, Augusto vivo nunquam aram templumve in urbe ipsa fuisse dedicatum, neque etiam Caesari dictatori, etsi hunc populus copiosis honoribus quasi divinis obrueret, quo de argumento copiose egi in numis Augusti consecrati, tum in numis cum epigraphe *Romae et Augusto*. At non tam moderati fuere ex successoribus quidam. Narrat Suetonius, ^{d)} Caligulam se *Optimum Maximum* Iovis exemplo vocari voluisse, et se in aede Castoris et Pollucis inter hos medium adeuntibus adorandum exhibuisse. Addit: *Templum etiam numini suo proprium, et sacerdotes, et excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum iconicum, amiciebaturque veste, quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione, et licitatione maxima vicibus comparabant. Hostiae erant phoenicopteri, phoebes, tetraones, Numidicae, Mela-*

a) Tom. I. pag. 434, et Tom. II. pag. 489.
d) in Calig. c. 22.

b) Ecloga I.

c) L. II. epist. I. v. 15.

grides, phasianae, quae generatim per singulos dies immolarentur. De Domitiano, qui et ipse dominus et deus appellari voluit, ^{a)} haec narrat orator Plinius: ^{b)} *Ante quidem ingentes hostiarum greges per Capitolinum iter magna sui parte velut intercepti devertere via cogeantur, cum saevissimi domini atrocissima effigies tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipse humani sanguinis profundebat.* Sed neque haec superstitionis argumenta, si Commodum Herculem, deosque Aurelium et Carum demas, Romanam monetam inquinavere, haud dubie, quod ipsis auctoribus ignominiosum videretur, honores humana conditione majores, eosque sive appetitos, sive decretos per imperii R. provincias circumferri. Atque haec de vivorum consecratione in hunc locum videbantur conferenda, cujus copiosa exempla alia per universum hoc opus sparsa reperies, inter quae eximium locum obtinent honores vere divini, qui a senatu Iulio Caesari adhuc vivo turpi in praepotentem hominem obsequio decreti fuere, quos enarravi loco suo in numis *Divi Iulii* Vol. VI. pag. 11.

§ II.

De consecratione mortuorum.

Thasii Agefilaum in deorum numerum retulere. Miranti huic, quaerentique, possentne homines in deos convertere, responderunt, posse. ^{c)} Non addidere, quo tantam facultatem Olym-

pi scito nacti fuerint, nisi se superioris aetatis, aliorumque populorum exemplis tuiti sunt. Darium Xerxis patrem adhuc vivum ab Aegyptiis dei appellationem nullo antea in regibus exemplo abstulisse, tradidit Diodorus Siculus. ^{d)} Graecorum aliqua exempla in praecedentibus commemoravi. Tanto igitur minus istud in consecratis post mortem Romanorum principibus mirum, quanto hi magis omnes orbis cogniti reges cujuscunque aevi potentia, ac maiestate superavere.

Multo serius haec ἀνορθωσις infamia Romanos inquinavit. Nam si Romulum Quirinum demas, sed cui conditoris conditio pro Graecorum more ad immortalitatem viam stravit, non L. Brutus, non Camillus, non Scipiones, etsi de patria insigniter meriti, coelestes sibi honores emeruerunt. Hic mortalis legis contemptus nonnisi cum monarchia coëpit, primusque fuit Caesar dictator, in quem divi et nomen, et honores jussu populi collati sunt, cujus mirum animos virtutis bellicae prodigia, tum et mentis excelsae ornamenta, novissime ingesta superstitio perculere, sic ut facile sibi persuaderent, animam in eo humana maiorem resedisse. Vulgato exemplo in consecrando Augusto facile deinde omnes consensere, quod non modo diuturnum sub eo imperium, sed et moderatione, et aequitate temperatum experti sunt. Et vero si in hoc consecrandi ritu spectata semper fuisset sincera, et non fucata meritum in genus humanum profectorum recordatio,

a) Suet. cap. 13.
I. cap. 95.

b) Paneg. cap. 52.

c) Plutarch, Apophth. Lacon.

d) Bibl. L.

potuit institutum istud eam saltem praefare utilitatem, ut, qui populis praefunt, hujus saltem vanitatis spe ad recte faciendum incitarentur, quod argumentum auctor libri de Consolatione, quem nonnulli Ciceroni, plerique Carolo Sigonio tribuunt, sub finem eleganter exposuit. *Deus est mortali, inquit Plinius senior, ^{a)} juvare mortalem, et haec ad aeternam gloriam via. Hac proceres iere Romani, hac nunc coelesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis aevi rector Vespasianus Augustus fessis rebus subveniens. Hic est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribant.* Verum tulit sequens aetas corruptos in decernendo hoc honore iudices. Iam Plinius Secundus, etsi magis ex oratoris fastidio, quam ex vero, conquestus est: ^{b)} *Discavit coelo Tiberius Augustum, sed ut majestatis crimen induceret, Claudium Nero, sed ut irrideret, Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille, ut dei filius, hic, ut frater videretur.* Quam ille despisset, si Faustina juniorem, Commodum, Caracallam iisdem caerimoniis illatos coelo vidisset? Pausanias posteaquam narrasset, ^{c)} olim ex causis iustis in coelum receptos homines, scilicet Aristaeum, Britomarten, Herculem, Amphiaräum, Dioscuros, continuo addit, aetate sua, qua fraus et audacia in recte factorum locum succedere, nullos jam homines in deorum numerum recipi, nisi forte ore hominum, et per immoderatam adulationem. Sed permittamus censuram istam Iuliano Augu-

sto, hanc majorum suorum consecrationem in Caesaribus suis false, iusteque irridenti, quin et Plinio seniori, castiganti suorum stuporem *Manes colendo, deumque faciendo, qui jam etiam homo esse desierit.* ^{d)} Denique Iuvenali, Augustos propter hanc ipsam apotheosin *rivales divorum* false appellant. ^{e)}

Imperatoris vita functi consecrationem urgere non desistit princeps successor sive pietatis, gratique animi causa, sive ambitionis, aut alterius cujuspiam sperati emolumenti. Sic fecere pietas, gratusque animus, ut Vespasianum Titus, Nervam Trajanus, hunc Hadrianus, hunc Antoninus, L. Verum M. Aurelius, suum singuli patrem fratremve, in Olympum traducerent. Idem in aliis causae aliae, ut dixi, praestitere, v. c. ut quis deum haberet patrem, aut consanguineum, vel ut suspicionem procuratae mortis evaderet, quo modo Titum consecravit Domitianus. Quae fuerit insolens causa consecrati Commodi, idem cum Sisyphus Tantalisque contubernium promeriti, in hujus numis diximus. Similes causae si abfuerunt, ac praeterea si vivus odio publico flagravat, ut Tiberius, Caligula, Domitianus, privatam inter manes vitam hodieque degunt. Aliis, ut Caracallae, favor militum profuit, de quo proxime. Fuere Augusti, quibus non continuo post excessum, sed serius divinitatis honor accessit. Sic Livia consecrata demum a Claudio, Commodus a Severo, Domna ab Elagabalo. Causas vide in singulorum moneta. At quod singulare

a) N. H. L. II. pag. 72.
VII. § 56.

b) in Paneg. cap. 11.

c) Sat. VI. 115,

e) L. VIII. c. 2.

d) H. N. L.

est, fecit aliquorum pietas filiorum Augustorum, ut parentes etsi privatos, et mortuos antea, quam ipsi ad imperium essent evecti, coelo infunderent. Sic Vespasianus Domitillam matrem, Trajanus Trajanum patrem consecraverunt, numisque delatum hunc honorem intulerunt, nec tanto honore contentus Vespasianus matrem insuper Augustam appellavit.

Ex numis personas Romano ritu consecratas colligimus sequentes :

Iulius Caesar.

Augustus.

Iulia Augusti.

Claudius.

Poppaea Neronis.

Claudia Neronis filia.

Vespasianus.

Domitilla Vespasiani.

Titus.

Iulia Titi filia.

Caesar anonymus Domitiani filius.

Nerva.

Trajanus pater.

Trajanus Aug.

Plotina Trajani.

Marciana Trajani soror.

Matidia Trajani neptis.

Hadrianus.

Sabina Hadriani.

Antoninus Pius.

Faustina Antonini Pii.

M. Aurelius.

Faustina M. Aurelii.

L. Verus.

Commodus.

Pertinax.

Severus.

Iul. Domna Severi.

Caracalla.

Iul. Maesa.

Alexander Sev.

Paulina Maximini I.

Marinus.

Mariniana Valeriani.

Gallienus, incertum quis.

Saloninus.

Victorinus.

Tetricus forte.

Claudius Gothicus.

Carus.

Numerianus.

Nigrinianus.

Maximianus Herculeus.

Constantius Chlorus.

Gal. Maximianus.

Romulus Maxentii filius.

Constantinus M.

Augeri poterit numerus ex testimoniis veterum aliis, ac praecipue Eutropii, in conferendo consecrationis honore perquam liberalis.

Ritus, et caerimonias in principum consecratione usitatas describere non attinet, quia ab ipsis veteribus in iis enarrandis admodum facundis, peti possunt. Vide haec descripta a Dione in consecratione Augusti, ^{a)} deinde Pertinacis procurante Severo, ^{b)} cui adde Herodianum Severi ἀποθεωσις a filiis institutam prolixè enarrantem. ^{c)} Nonnulla etiam typi, qui consecrationum numos distinguunt, et de quibus paulo infra, docebunt.

Consecrationem principum senatus arbitrio fuisse permissam, et ab hoc decerni solitam, et scriptores docuere,

a) L. LVI, § 34 et 42.

b) L. LXXIV, § 5.

c) L. IV. sub init.

et veterum monumenta. Ait Tertullianus: ^{a)} *Vetus erat mos, ne qui deus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu probatus, quod et repetit Oroſius.* ^{b)} Confirmat id ipsum Prudentius: ^{c)}

*Vera ratus, quaecunque fiant auctore
senatu,
Contulit ad simulacra fidem, dominosque
putavit
Aetheris, horrifico qui ſtant ex ordine
vultu.*

Et paullo infra de Augusto: ^{d)}

*Teſtantur tituli, produnt conſulta ſe-
natus,
Caſareum Iouis ad ſpectum ſtatuentia
templum.*

Diximus in numis Divi Hadriani, quamdiu ſenatus reſiſterit Antonino Pio petenti, ut conſecrationis honorem parenti decerneret. Idem a ſenatu flagitaſſe M. Aurelium pro Fauſtina ſua, in hac diximus. Idem aperte comprobant Claudii, et Veſpaſiani numi aurei argenteique cum conſecrationis typis, in quibus ſcriptum legitur EX. S. C., et plenius in numo Marcianae: EX. SENATVS. CONSVLTO. Cui quidem ſuri nihil putamus derogatum propterea, quod nonnunquam imperatores, aut milites conſecrationem per vim a ſenatu extorſere, quo modo teſte Capitolino ad ſenatum ſcripſit Macrinus: ^{e)} *Antonino autem (Caracallae) divinos honores et miles decrevit, et nos decrevimus, et vos P.*

C. ut decernatis, cum poſſimus imperatorio jure praecipere, tamen rogamus etc. quibus ipſis verbis ſenatus jus plenius confirmatur. Diximus in numis Caracallae ex teſtimonio Dionis, et Spartiani, quo furore milites ſenatum ad conſecrandum illud monſtrum adegerint. Gordianum III. a militibus nullo intercedente ſenatus conſulto inter divos fuiſſe relatum, colligo ex Capitolino, ^{f)} et Eutropio.

Habuere conſecrationum numi certas ſuas inſcriptiones, et typos. Intelligo autem hoc nomine eos tantum numos, qui cauſa conſecrationis, ejusque in vulgus promulgandae cuſi ſunt, continentque tum in averſa typos, qui nonniſi ſacrum hunc ritum, animamque coelo receptam enunciant. Nam ſunt numi non pauci, quorum antica imperatorem quidem DIVVM appellat, ſed averſa nihil ad conſecrationem pertinens attulit. Hujus generis eſt v. g. numus D. Auguſti, in cujus altera pagina legitur SIGNIS. RECEPTIS, et ſic in averſa numorum D. Veſpaſiani: CERES. AVGVST. — VICTORIA. AVGVSTI., quibus adde namos Domitillae, Fauſtinarum etc., quos utique numos ad reſtituendam memoriam majorum, parentum, conjugum poſt eorum exceſſum imperavit adfectus. Ergo numorum, quos proprie conſecrationis appello, primum inſcriptiones, deinde typos proferamus.

Primorum imperatorum aevo conſecratio magis typis, quam verborum formulis indicata fuit. Verbum CONSE-

a) Apolog. cap. V. ſub init.

b) L. VII, cap. 4.

c) contra Symmach. L. I. v. 223.

d) v. 249.

e) in Macrine cap. 6.

f) in Gord. cap. 34.

CRATIO, quod numus Alexandrinus Cari vertit ΑΦΙΕΡΩCIC, serius sese intulit, neque ante Plotinam, Marcianam, Matidiam infertum monetae reperio. Dedit quidem Mediobarbus numos Liviae, Domitillae, Domitiani hoc vocabulo notatos, sed hi omnes haud dubie conficti sunt. Quos praeterea addidit, Augusti, Vespasiani, Titi, Nervae, Trajani, genuini quidem sunt, sed non iis, quorum sistunt capita, synchroni, Treboniani scilicet aeo, aut secundum alios Gallieni, signati, quorum infra mentionem faciam. Deinceps hoc vocabulo nihil frequentius. MEMORIAE vocabulum jam recitat Mediobarbus ex numo Hadriani, sed obiter, nulla mentione typi, unde ejus suspecta fides. Primi sunt D. Claudii Gothici numi, qui illud usurpant scripto: MEMORIAE. AETERNAE, quae formula deinceps obvia. Non me fugit, jam multo ante scriptum in numis: MEMORIAE. AGRIPPINAE, et MEMORIAE. DOMITILLAE, nimirum Agrippinae senioris, et Domitillae Vespasiani filiae; at constet, vocabulum MEMORIA non fuisse certam consecrationis notam, sed tantum insignioris in mortuum adfectus. Sane neque Agrippinam, neque hanc Domitillam coelitibus adscriptam novimus. Vide, quae diximus in numis Domitillae. Huc pertinet insigne marmor nuper Gabiis repertum, et cujus jam in numis Domitiae Aug. a me facta mentio, quod incipit: IN. HONOREM. MEMORIAE. DOMVS. DOMITIAE. AVGVSTAE etc. sed quae Do-

motiani uxor neque ipsa consecrata unquam fuit. Atque in hoc piaevenerationis sensu verbum MEMORIA etiam a Christianis fuit acceptum, rationem suggerente D. Augustino: ^{a)} *Non ob aliud vel memoriae vel monumenta dicuntur ea, quae insignita sunt sepulchra mortuorum, nisi quia eos, qui viventium oculis morte subtrahuntur, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant, et admonendo faciunt cogitari.* Quae causa fuit, cur veteribus saepe idem fuerit memoria, et sepulchrum. Vide marmora Gruteri. ^{b)} Non raro apud sanctos patres legitur: *Memoria martyrum*, quibus intelliguntur aut festa horum honori constituta, vel erectum monumentum, vel locus, quo eorum ipsa continentur. Vide huc pertinentia in numis Agrippinae senioris. Sanam etiam significationem habet formula: REQUIES. OPTIMORVM. MERITORVM, quae primum occurrit in numis D. Claudii Gothici, et per plures deinceps Cae-sares continuatur. Singularis est epigrapha in numo Faustinae junioris: SIDERIBVS. RECEPTA, in numo M. Aurelii: AVG. PARENTI. SVO.

Etiam DIVI, DEI, ΘΕΟΤ appellations huc commode vocabimus. Quae ritur, sitne aliquod inter *deum*, et *divum* discrimen? Erit, si Servium audimus haec notantem: ^{c)} *Divum et decorum indifferenter plerumque ponit poeta, quanquam sit discretio, ut deos perpetuos dicamus, divos ex hominibus factos, quasi qui diem obierint, unde divos etiam imperatores vocamus.* Idem alibi iisdem

a) de cura pro mort.
(Vol. VIII.)

b) in indice pag. XC. sub Memoria.

c) ad Aen. L. V. 45.
N n n

paene verbis repetit. ^{a)} Et persuaserit istud Servio perpetuus urbis ipsius usus, in cuius moneta Augusti consecrati nunquam *dei*, semper *divi* appellantur, dempto unico, quod norim, Gallieni numo, in cuius averſa legitur DEO. AVGVSTO, etsi moneta municipalis in conferendo Augustis etiam vivis dei nomine parsimoniam suam non probaverit, sed cuius leges non audimus. Etiam Dio, cum de consecratis Augustis, et ipsa consecratione loquitur, illos plerumque ἡρώας, hanc τιμὰς ἡρώωνας appellat, et constat, non paucos veteres inter deos, semideos, heroes discrevisse. Tamen quoscunque velimus hos inter statuere gradus, non existimo, nomine dei et divi aliquid diversum intelligi. Iam enim ipse Servius contrarias sibi auctoritates opponit, cum eodem loco addit: *Sed Varro, et Attejus contra sentiunt, dicentes divos perpetuos, deos, qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii Manes.* Scriptores veteres si consulamus, promiscue utrumque ab iis adhibitum videmus. Enimvero diserte Plinius alter consecratos hos ipsos imperatores deos vocat. ^{b)} Nota irrifio Vespasiani morituri: *ut puto, deus fio.* ^{c)} Mitto Latinorum scriptorum infinita testimonia alia, utroque vocabulo ὀνόμας uſorum. Accedit, horum DIVVS a Graecis semper fuisse in ΘΕΟΣ verſum, quod est certum Latinorum *deus*. Sic cum hi dixere in numis: DIVVS. AVGVSTVS — DIVO. CARO, illi: ΘΕΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ — ΘΕΩ. ΚΑΡΩ. In numis quidem Graecorum non pau-

cis pro ΘΕΟΣ legitur ΘΕΙΟΣ, quod significat *divinus*, et aliquam adeo cum DIVVS videatur habere adfinitatem, sed noveris numos hos omnes a Goltzio fuisse confictos. Monendum denique, dicere Spartianum, multa alia fuisse decreta Hadriano, *quae ad honorem quasi numinis pertinerent*, ^{d)} ex quo sequeretur, nequaquam creditum Spartiano imperatores consecratos pro perfectis diis fuisse habitos. Verum testatur Casaubonus, vocabulum *quasi* in codice regio desiderari, et videri adjectum a pio aliquo hanc impietatem impatienter ferente. Ceterum inferiore aevo multum detractum fuisse significationi DIVVS, et hoc intellectam altiore aliquam in superiorum principum manes reverentiam nulla divinitatis opinione, inde patet, quod ipsi principes Christiani falsi sunt, maiores suos, etsi in Christi fide mortuos, divos appellari, et ipsi inſcriptis suis M. Aurelium, L. Verum, Caracallam etc. falsim divos appellant, ac praecipue, quod Constantinus M. dicitur divus in ipsis iis numis, quos ob illatum monogramma Christi dubitari non potest a Christianis fuisse imperatos, quo de argumento lege copiosius differentem abbatem Mazzolenum. ^{e)} Quid quod jam apud Senecam Octavia, etsi marito suo Neroni infensa, tamen huius patrem naturalem Domitium *divum* appellat his verbis: ^{f)}

Nero, ipse divo Domitio genitus patre.

Commemoratis variis inscriptionum

a) ad Aen. XII. 139.
c) Animadv. III. pag. 79.

b) in Paneg. c. 11.
f) in Octavia v. 249.

d) Suet. c. 23.

e) in Hadr. c. ult.

modis diversos etiam typos ad significandam consecrationem advocari solitos perlustremus.

Pars adversa caput ejus sinit, cui honos is decretus fuit, sed variat capitis cultus. Iulius Caesar imminens habet capiti suo *astrum*, quo notari comitam in ejus numis satis diximus, quem esse animam Caesaris in coelum recepti sibi persuasit vulgus. Hic ergo typus, quia huic uni proprius, ad successores non transivit. *Caput radiatum* in Augusto certum est consecrationis signum; nam ante Neronem nullus principum vivus corona radiata usus est, de quo vide dicta in numis Neronis vagis. In numis iis, in quibus Trebonianus aut proximorum alius superiorum principum consecrationem restituit, de quibus infra, radiatum semper caput est. *Caput laureatum* habent consecrati Vespasianus, Titus, Nerva, Antoninus Pius, et si et coronam radiatam admiserint. *Caput nudum* cum Nerva incipit, atque hic cultus diu deinceps duravit. D. Salentinus in plerisque radiatus iterum est. D. Claudius Gothicus jam lauream, jam radios jactat, ac praeterea primus is est, in cujus numis *caput velatum* comparet, quod deinde offert etiam Constantius Chlorus, et Gal. Maximianus, et si uterque neque nuditatem, neque lauream abnuat. Velatum etiam est caput D. Constantini M., et saepe una laureatum. Velum sacer habitus vulgo creditum, velati pontifices, cum sacris operati sunt, velati augures, Vestales, cum

velo etiam saepe ab artificibus propositae animae, v. c. cum a Mercurio traduntur. Divarum Augustarum capita nullus saepe peculiaris cultus discernit, ut Domitillae, Iuliae Titi filiae, Plotinae, Marcianae, Matidiae, Sabinae. At Sabina, et utraque Faustina non raro velum ordinario suo capitis cultui superinjecere. Velo deinde usae sunt etiam Maesa, et Mariniana. D. Iulia Augusti uxor ritu Cereris caput habet spicis coronatum.

Pars aversa varios habet typos, ex quibus eos omitto, qui cum consecratione non connectuntur; nam et alienos alios non raro huic fuisse insertos, supra monui.

Aquila obvia in numis divorum Augustorum, et Augustarum. Vide numos Plotinae, Marcianae, Matidiae, Hadriani, Sabinae, M. Aurelii etc. Causa advocati hujus alitis est, quod in consecrationis caerimoniis succenso rogo ex summa ejus compage emitti aquila consuevit, velut animam in coelum latura. *) Haec aquila in restitutis Treboniani aevo consecrationibus potior est typus.

Aquila animam Augusti, vel Augustae sursum evehens, in numis Sabinae, M. Aurelii, Faustinae utriusque, Maesae, Salonini. Causam elegantis hujus typi continuo dedimus. In praeclara basi marmorea columnae Antonini Pii, in qua finguntur Antoninus Pius, et Faustina uxor ab alato gepio in altum evecti, tamen aquila una Antoninum, altera

a) Dio L. LVI. § 42, et L. LXXIV. § 5. Herodian. L. IV. sub init.

Faustinam comitatur. ^{a)} Teste Artemidoro : ^{b)} ἔθος παλαιον ἀποθνησκοντας τετες (de regibus, virisque illustribus agit) πλασσειν τε και γραφειν ἐπ' αὐτω ὀχυμενης, *vetus mos est, mortuos principes ab aquila sursum elatos effingere.*

Pavo, in Augustarum tantum numis, Faustinae utriusque, Domnae, Marinianae. Nosse novas Iunonis aemulas.

Pavo animam Augustae sursum evahens, vide numum Domnae.

Victoria animam Augustae sursum evahens, in numis utriusque Faustinae.

Rogus, inde ab Antonino Pio obuius consecrationis typus in numis Augustorum utriusque sexus. Haec compages Dioni dicitur πυρα πυργοειδης, τροχλος, ελεφαντι και χρυσο μετα ανδριαντων των κεκοσμενη, *rogus in formam turris, cum triplici contignatione, ebor, et auro, et nonnullis statuis ornatus*, ^{c)} in quem deinde imperatoris lectus inferebatur. Herodianus eum describit tanquam suggestum specie quadrangula, inferius aridis fomitibus oppletum, cui deinde alter simili quidem forma et ornatu, sed contractior imminet patentibus portis instructus, quibus impositus est tertius quartusque rursus contractior, sic ut phari speciem tota compages praeferat. Illato deinde in secundam contignationem cadavere, finitisque consuetis caerimoniis adnota face universam molem succendi. Haec, sed latius, Herodianus. ^{d)} Hanc ejus tabulati formam, qualem describere veteres, praeclare ob oculos sistunt numi copiosi, quos inter audio celebrari numum Maesae

haud ita pridem Romae repertum, de quo ejus possessor cl. Ennius Vicecomes, in re antiquaria illustri hodie in urbe fama, ad exc. Garampium sedis apostolicae nuncium Vindobonam scripsit, esse usque adeo pitidum, integrumque, ut, quod in funebribus his rogis nunquam hactenus fuit observatum, in secunda contignatione appareat Augustae cadaver lecto impositum.

Ara, non rarus etiam hic typus, obuius praecipue in numis consecrationum Treboniano forte imperante repositum. Aram ad principem consecratum pertinere, suapte patet.

Thensa a quatuor elephantis tracta, etiam hic typus non infrequens. Vide numos Augusti, Vespasiani, Iuliae Titi, Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, Pertinacis, atque in his typi explicatum.

Thensa a quatuor equis tracta, in numis Claudii et Vespasiani.

Carpentum a binis mulis feminis tractum, in numis Iuliae Titi, typus sacer, et in feminarum numis haud rarus. Eum vide explicatum in numis Liviae, Agrippinae senioris, et Domitillae.

Phoenix, aeternitatis symbolum. Vide numos Trajani.

Lectisternium Iunonis, in numis Faustinae junioris, velut novae nunc Iunonis.

Templum, in numis D. Augusti, Romuli Caesaris. Quanquam et mortuis illustribus non consecratis erecta fuere privatim templa, ut diximus in numis

^{a)} Vignoli de col. Anton. ^{b)} Omeirocr, L. II. c. 20. ^{c)} L. LXXIV. § 5. ^{d)} L. IV. sub init.

Domitiae Aug.

Omitto typos alios ignobiliores. Quibus in consecratione sua usi fuerint principes Christiani, disce ex numis Constantini M.

Egimus hactenus de numis, qui paulo post ipsam principum consecrationem, et hujus quidem promulgandae causa percussi sunt. At superest aliud numorum genus, qui in adversa offerunt caput imperatoris cujuscumque, in averfa epigraphen CONSECratio, typum aquilae, vel arae luculentae, argentei omnes, et qui omnes a posteriore quopiam imperatore uno consilio signati sunt, ut ex subjectis observationibus patebit, quas antequam ordior, lubet eorum omnium, qui hactenus reperti sunt, catalogum apponere.

DIVO. AVGUSTO. *Caput radiatum.* X CONSECratio. *Aquila expansis alis.* (Mus. Caes.) In aliis: *Ara luculenta.* (Mus. Caes.)

DIVO. VESPASIANO. *Caput radiatum.* X *Eadem duplicis generis averfa.* (Mus. Caes.)

DIVO. TITO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

DIVO. NERVAE. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Bimard ad Iobert T. I. pag. 298.)

DIVO. TRAIANO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

DIVO. HADRIANO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

DIVO. PIO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

DIVO. MARCO. *Caput radiatum.* X

Vt in praecedentibus. (Mus. Caes.)

Alius, *sed scriptum*: DIVO. MARCO. ANTONINO, *et solito Aquilae typo.* (Baldin. in Vaill. T. II. p. 374.)

DIVO. COMMODO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

DIVO. SEVERO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

DIVO. ALEXANDRO. *Caput radiatum.* X *Vt in praecedentibus.* (Mus. Caes.)

Ex hoc catalogo tum et horum numorum inspecta natura, sequentia erui-
mus: nonnisi Augustos in hujus communionem honoris fuisse vocatos, praeteritas Augustas, etsi consecratas publice, atque iisdem caerimoniis. Sed etiam ex viris Augustis consecratis desiderari Claudium, L. Verum, Pertinacem, Caracallam, de quo defectu nonnulla adhuc commemorabimus infra. Ex argento quidem esse omnes, sed prave adulterato, qualis nimirum mixturae esse solet argentum inde a Philippo usque ad Gallienum, atque intra hoc ipsum illos temporis intervallum fuisse signatos, ipsos cum hujus aevi moneta comparatos plane persuadere. Atque hae omnes causae collatae suapte evincunt, numos hos omnes non esse coaevos iis, quorum capita offerunt. Quis enim unquam in universa Augusti moneta numum vidit tam prave argenteum, aut tam pravi operis? Evincunt etiam, quia una omnibus species, iidem typi, unum omnium auctorem atque architectum, quocumque istud consilio factum, esse existimandum. At quis hic statuendus? Hactenus omnes artis nostrae magistri, quos inter Bandurius, *)

a) Tom. I. pag. 187.

et hunc secutus Baldinus, ^{a)} Patinus, ^{b)} Havercampus, ^{c)} Iobertus, ^{d)} ejusque commentator Bimardus ^{e)} istud honoris Gallieno tribuerunt, quia fabricae ratio cum hujus moneta communis istud exigere videbatur. Postea Pellerinius ex museo suo argenteum protulit: DI-VO. AVGVSTO. *Caput Augusti radiatum.* X IVNONI. MARTIALI. *Templum, in quo dea sedens adstante pavone.* Ex quo arguit, numos hujus classis omnes Treboniani imperio deberi. Nam cum haec averfa Iunonis Martialis in solorum Treboniani et Volusiani moneta, et quidem perfrequenter, occurrat, forte fortuna acciderit, quod alias saepe, ut monetariorum indiligentia permutarentur matricēs, et pro debito consecrationis typo aliena haec averfa cum Augusti capite jungeretur. Ejus instituti causam Pellerinius in Treboniani pietate posuit, qui cum omnium tum deorum opem propter morborum incommoda imploraret, consecratos etiam Augustos ceu veros deos proposuit observavitque, tanto majore fiducia, quanto magis horum intererat, rem Romanam stare. Haec vir eruditus. ^{f)} Postremus Taninius Philippo adjudicandos censet. ^{g)} Si, inquit, auctorem haberent Gallienum, nescire se, cur praeterire placuisset Gordianum, ac Decium, quorum memoria populo R. gratissima fuit. Alterum argumentum petit ex thesauro numorum in agro Forosemproniano reposito. Horum postremi fuere cum imagine Decii et liberorum, nullus princi-

pis posterioris, et tamen in hoc numorum acervo (fuere autem ducentis plures) nonnulli nostri argumenti reperti sunt. Ex quo arguit, si Gallieni jussu forent signati, haud dubie is thesaurus dedisset aliquos saltem numos Treboniani, Volusiani, Valeriani, Gallieni. Ergo conjicit a Philippo cufos, et in ludis saecularibus in vulgus erogatos. Atque ex eadem causa fallere etiam Pellerinii sententiam existimat, hoc numorum genus Treboniani imperio includentis.

Ex his eruditorum sententiis quae videatur tenenda, arduum est definire. Possunt hercle falli, qui causa fabricae Gallienum praetulere. Difficile enim est, hanc intra paucorum annorum spatium discernere, sic ut hi numi feriri non potuerint ab imperatoribus proxime praecedentibus. Pellerinii argumentum a matricis permutatione captum speciosum magis videatur, quam solidum. An enim, si a Gallieno signatos statuamus, fieri non poterat, ut in partem averfam irreperet matrix ad Treboniani imperium pertinens? An non infinita habemus exempla matricum ex distantium multo amplius imperiorum moneta male compositarum? Neque satis validae videntur omnes Taninii causae. Ait, Gallienum omisurum non fuisse Gordianum ac Decium populo acceptos. Verum non satis apparet, eum, qui hanc monetam imperavit, quisquis is fuit, anxie spectasse, qui principes populo probarentur, qui minus. De-

a) ad Vaill. Tom. II. pag. 373.

b) ad Sueton. in Aug. cap. ult.

c) Impp. Morelli

Tom. I. pag. 333.

d) Tom. I. pag. 261.

e) Ibid. pag. 297.

f) Rec. III. p. XLIX.

g) Suppl. Band. pag. 70.

sunt id genus numi Pertinacis praeclarae ad posteros memoriae viri, et tamen suos habet Commodus imperii R. opprobrium, et cujus consecrati honore sua quidem aetas numos, nisi forte deperditi sunt omnes, signavit. Verum ipse Taninius non dissimulat difficultatem sibi a laudato Pellerinii numo cum typo Iunonis Martialis oblatam. Nam cum typus hic ad imperium Treboniani pertineat, quo pacto numus is signari potuit a Philippo, qui Trebonianum praecepsit? Facile laqueum hunc vitasse existimat vir eruditus, respondendo, non in unius Treboniani, et collegae Volusiani moneta typum Iunonis Martialis observari, sed jam etiam testibus Vaillantio, et Mediobarbo in moneta Augusti et Philippi. Minus commode. Augusti numum a Vaillantio citatum haud dubie esse cum Pelleriniano ejusdem naturae, neque adeo Augusto coevum, jam monui in moneta Treboniani ad hunc ipsum Pellerinii numum. Neque moror numum Philippi, quem Mediobarbus ipse non vidit, sed ex Occone, teste parum idoneo, retinuit. Certum adeo hactenus manet, numos Iunonis Martialis nonnisi imperante Treboniano ex certa lege fuisse signatos. At supererat Taninio alius difficultatem hanc elevandi modus, etiam si hic Iunonis typus Treboniano proprius statuatur. Quid enim vetat post tot exempla adferere, hunc Pellerinii numum signatum quidem Treboniano imperante, sed sive ab incauto monetario, sive, quod pronius credere, falsario cum matrice Iunonis sociatam matricem Augusti consecrati, quae ex Phi-

lippi imperio superfuit?

Quae igitur in universa hac causa armari possunt, haec sunt. I. Eos omnes ab uno eodemque Augusto uno consilio fuisse percussos, cujus supra rationem exposuimus. II. Non ergo nisi post Alexandrum Severum feriri potuisse, quia ejus quoque consecrati in hac serie numi exstant. III. Suadente fabrica et metalli mixtione eorum exortum imperiis Philippi et Gallieni circumscribendum. Propius forte aliquid olim definiri poterit, si aliquoties deinceps detegentur thesauri cum eadem peristasi, qualem de Forosemproniano prodidit Taninius. Quod fuerit imperatoris consilium, cum placuit, praecedentium Augustorum consecrationes restituere, incertum sane. Si Philippum habent auctorem, ansam dederint ludi saeculares. Si successorum aliquem usque ad Gallienum, moverint pium imperatorem gravissima mala, quibus, ut diximus, per haec imperia orbis Romanus vexatus est.

Dixi altius, in hoc elencho ex Augustorum consecratorum numero desiderari Claudium, L. Verum, Pertinacem, Caracallam. In ἀδυνατοῖς putandum non est, horum quidem etiam nomine numos similes fuisse paratos, sed nondum in apricum prolatos. Tamen minus istud videtur verisimile, cum id genus numi, si Nervae demas, parabiles vulgo sint. Ad haec aliorum constat, principes quosdam Augustos, cum divorum majorum placuit memoriam restituere, eorum statuisse numerum, quem suavit adfectus. De Alexandro Severo

narrat Lampridius, ^{a)} eum *in larario suo* habuisse etiam *divos principes, sed optimos electos, et animas sanctiores.* Et de Tacito Aug. Vopiscus: ^{b)} *Divorum templum fieri iussit, in quo essent statuae principum bonorum, ita ut iisdem natalibus suis, et parilibus, et Kal. Ianuariis, et Votis libamina ponerentur.* Augustum illum, quisquis fuit sacrae huius monetae auctor, non respexisse majorum probitatem, inde patet, quod recepit Commodum pessimum, exclusit Pertinacem optimum. In marmore Fratrum arvalium Commodi imperante posito, quod est inter Mariniana loco XXXII., legitur: ITEM ANTECAESAREVM (id est: templum Caesarum, de quo infra) DIVIS Numero XVI. VERBEC. (vervecēs) IMMOLAVIT Numero XVI. In alio arvali imperantis Alexandri Severi, Marini XLIII., legitur: ITEM ANTECAESAREVM DIVIS N. XX. VERBEC. N. XX. Quoniam in marmore priore inde ab Augusto usque ad Commodum vivum memorantur Divi nonnisi XVI. numero, cum tamen multo amplior fuerit eorum numerus, qui solennibus caerimoniis coelo illati fuere, cogitur Marinius profiteri, in hunc catalogum receptos non fuisse, nisi Augustos, eorumque uxores, exclusis adeo filiabus, sororibus, aut aliter sanguine junctis, consecratisque, quales fuere Claudia Neronis et Poppaeae filia, Iulia Titi, Marciana, Matidia etc. In marmore altero enunciantur Divi XX., sed et hic rursus deficit numerus, nam a Commodus usque ad Alexandrum Sev. accessere Divi quinque, Commodus, Pertinax,

Severus, Domna, Caracalla. Vt adeo non satis conflet, quos singulis adsciscere, quos negligere placuerit. Vide haec uberius exposita apud ill. Marinium. ^{c)} Eodem loco idem hic vir ornatissimus argumentis solidis comprobat, in istud Divorum templum, quod in Palatio dedicatum fuit Augusto et cum successoribus deinde communicatum, receptum non fuisse D. Iulium Caesarem. En tibi sententiam hanc isto etiam numorum genere confirmatam; nam ejus dictatoris numus similis adhuc conspectus non est. Addo, in Kalendaris hactenus cognitis neque natalem Iulii Caesaris, neque ludos circenses, quos in memoriam illustrium ejus victoriarum constitui dignum fuisset, memorari, ut adeo ipse a Romanis ex numero principum suorum plane exclusus fuisse videatur.

CAESAREVM in arvalibus his monumentis memoratum est locus sacer uni pluribusve Caesaribus dedicatus, quo modo habemus Scrapeum, Heracleum, Iseum Serapidi, Herculi, Ifigeni sacra. Non in urbe modo, sed et in provinciis fuere Caesarea, et Augusta, Graecis Σεαστεία. Istud divorum Caesarum templum fuisse idem cum templo Augusti, quod aedificare coepit Tiberius, perfecit Caligula, existimant eruditi, sic ut deinde singuli Caesares consecrati suas in eo haberent aediculas, seu cellas. Vide de hoc argumento plura apud Marinium. ^{d)}

Supereſt inquirere, quousque principum Romanorum consecratio duraverit.

a) Cap. 29.

b) Cap. 9.

c) Frat. arv. pag. 385.

d) Frat. arv. pag. 82. 384.

Quamdiu deorum cultus valuit, nequaquam mirum, insanum hunc ritum fuisse continuatum. At magis profecto mirum, principes quoque Christianos paganorum exemplum secutos. Praeter Constantinum M. Eutropius ejus filium Constantium, et Iovianum in deorum numerum relatos scripsit, et adhuc Valentinianum a filio Gratiano consecratum prodidit Ausonius his verbis hujus pietatem depraedicans: ^{a)} *hujus vero laudis locupletissimum testimonium est pater divinis honoribus consecratus.* Interim in

his consecrandis ritum ab eo, qui olim vixit, multum diversum, et qui cum sacris Christianis componi commode possit, fuisse observatum, dubitari nequit. Enimvero, quae Christiani in Constantini M. funere praestiterunt, a Christianae religionis legibus aliena non fuere. Vide haec ab Eusebio enarrata. ^{b)} Neque aliud docent numi ejus mortui honori dedicati, quos suo loco descripsimus. Ceterum et hi postremi sunt, qui in memoriam imperatoris vita functi signati fuere.

C A P V T XIV.

DE NVMIS VOTORVM.

Vt historia omnis aevi, sic veterum quoque monumenta vota publice suscepta solutaque non raro eloquuntur. Ad numos quod attinet, in Graecorum pecunia, quamdiu sui juris fuere, votorum argumenta non reperias, factis historicis non facile in eam admittis. Neque eorum frequens mentio in moneta Romanorum consulari. In solis denariis gentis Noniae legitur SEX. NONIUS PRAETOR LUDOS VOTIVOS PUBLICOS FECISSE. Tamen historia reip. Romanae copiosa offert exempla votorum, sicubi periculum aut imminabat, aut immi-

nere visum, publice privatimque conceptorum, et solutorum. Imperio unus potestati permissio ad vota pro totius civitatis incolumitate suscepta accedere alia pro salute, ac prosperitate Caesarum, domusque Augustae S. C. decreta, quorum numi non pauci servavere memoriam, qualia fuere, quae pro salute, valetudine, redditu Augusti sunt suscepta testantibus istud ejus denariis, quos ad annum V. C. 738 recitavimus: VOT. P. SVSC. PRO. SAL. ET RED. AVG. — PRO. VALETVDINE. CAESARIS. S. P. Q. R. et similiter, addi-

a) in Grat. actione 6, 8.
(Vol. VIII.)

b) Vit. Const. L. IV. c. 71.

ta etiam causa, velut: *Iovi Optimo Maximo S. P. Q. R. votum susceptum pro salute imperatoris Caesaris, quod per eum resp. in ampliore atque tranquilliore statu est.* Addo memorabile exemplum adfectus in Augustum, quod refert Suetonius: ^{a)} *omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jecisse.* In aliis numis clypeus, cui inscriptum *CLYPEUS VOTIVUS*, adjecta iterum causa: *OB. CIVES. SERVATOS.* Huc pertinent *VOTA. PVBLICA* in nuptiis Augustarum, ut Lucillae, et Crispinae. Votorum etiam naturam habent faustae acclamationes, ac preces, ut in numo Commodi: *PIO. IMP. OMNIA. FELICIA*, vel in numis Hadriani, et Alexandri Severi: *S. P. Q. R. ANNUM NOVUM FAUSTUM FELICEM. OPTIMO. PRINCIPI. PIO*, vel in numo Constantini M. *PLVRES NATALES FELICITER*, vel in nuptiis Marciani, et Pulcheriae teste etiam numo: *FELICITER. NVBTIIS.* Ceterum non prodita causa in moneta Romanorum jam inde ab Augusto obvium est legere: *VOTA. PVBLICA.* In numo Ephesiorum cum capite Maximi Caesaris legitur *ΒΟΤΑ*, vocabulo Latino Graecum ementito. Vide, quae ibi notavimus.

Fuerunt praeterea vota alia quotannis publice suscepta, inter quae praecipua duo, una, quae Kalendis Ianuariis, qua die consules processere, pro imperii salute nuncupari sunt solita, altera, quae III. Nonas ejusdem mensis pro imperatorum salute suscipi consuevere. Horum posteriorum frequens apud

scriptores mentio. Cajus Ictus: ^{b)} *Post Kalendas Ian. die tertio pro salute principis vota suscipiuntur.* Plutarchus Cicero-nem natum scribit *ἡμερᾶ τρίτῃ των νεων καλανδων, ἐν ἣ νυν οἱ ἀρχοντες ἐυχονται καὶ θυεσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμονος, die tertio Ianuarii, quo nunc magistratus vota concipiunt, et sacrificant pro principe.* ^{c)} Capitolinus: ^{d)} *Denique ante tertium nonarum diem votis ipsis etc.* Lucianus: ^{e)} *ἐνθενδὲ ἦν μὲν ἡ τε ἐτὺς ἀρχῇ, μάλλον δὲ ἡ ἀπο τῆς μεγάλης νυμηνίας τρίτῃ, ἐν ἣ οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ τι ἀρχαῖον ἐυχονται τε αὐτοὶ ὑπὲρ πάντων τε ἐτὺς ἐυχᾶς τινας, καὶ θυνοῖσι, Νῦμα τε βασιλεὺς κατασησάμενυ τὰς ἱερουργίας αὐτοῖς. Post haec erat anni principium, imo tertius dies a Kalendis Ian., quo Romani ex vetere instituto vota pro toto anno concipiunt, et sacrificant, auctore ipsis sacri hujus ritus Numa rege.* Satis apparet, Lucianum hoc loco utraque vota sibi vicina confundere. Enimvero diserte utraque distinguit Dio, ^{f)} et Vopiscus: ^{g)} *ita, ut iisdem natalibus suis, et Parilibus, et KALENDIS IANVARIIS, et VOTIS libamina ponerentur, etiam in celebri marmore fratrum Arvalium apud Gruterum* ^{h)} *alia sunt vota Kal. Ian., alia III. nonas Ian. Denique Tacitus, ubi objectatum Thraseae perhibet, principio anni vitare eum solenne iusjurandum, nuncupationibus votorum non adesse.* ⁱ⁾ Et vero vota III. non. Ian. suscipi solita generatim tantum dicta fuisse *Vota*, confirmatur Kalendario Furii Dionysii Philocali, in quo iuxta III. non. Ian. legitur: *VOTORVM. NVNCVPATIO.* Eadem Tertulliano

a) in Aug. c. 57.
e) in pseudolog.

b) de verbor. signific.
f) L. LIX. § 24.

c) in vit. Cic. sub init.
g) in Tacito.

d) in Pertina.
h) Pag. 118. i) Ann. XVI. 22.

dicuntur *annua votorum nuncupatio*. ^{a)} Sed haec, saltem verbis expressis, in imperatorum moneta nondum reperi. Vota Kalendis Ian. suscepta fuisse principibus quaeftuosa, patet ex decreto Arcadii et Honorii: ^{b)} *Quando votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri, et solidis obryzatis principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus, statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscujusque sedulitas principibus suis talia inferat semper, et deferat.*

Ab his votis differunt illa, quae ab imperatoribus post exactam certam annorum periodum celebrata sunt, et ab hac vocata *quinguennalia*, *decennalia*, *quindennalia* etc. et saepe in vetere moneta, praecipue declinantis imperii occurrunt. Horum natura probe cognita quoniam non parum ad chronologiae et historiae scientiam videbatur posse conferre, a viris aliquot magni in critica vetere nominis in severum examen vocata fuit, quorum primus hoc in argumento vires suas exercuit Henricus Norisius vulgata dissertatione, quam *Parergon chronologicum de votis decennialibus* appellavit, alter Antonius Pagius maximam partem suae *Dissertationis hypaticae* illustrandis horum votorum legibus impendit, et hic dicta restituit in *Critica Baronii*, tertius Albertus Mazzolenus abbas Benedicto-Casinas in eandem doctripam magno studio inquisivit in *Animadversione II. de votis decennialibus*, quam tractatui de tribunicia potestate subjecit. Etiam eruditus Ducangius de numis his votivis aliqua

praeclare dictavit in *Dissertatione de imperatorum inferioris aevi numismatibus* § XL. Antequam de variis horum sententis judicabimus, juvat horum votorum originem, et quae alia cum his conjuncta fuere, jam ab iisdem his viris adcurate prodita, paucis commemorare.

Votorum decennialium origo et causae ab Augusto sunt repetendae. Hic cum anno V. C. 727 speciem praeferret, tanquam qui restituere remp. vellet, exoratus tamen a patribus propositum omitteret, ut tamen esse popularis videretur, et a regiae potestatis suspicione Romanos averteret, *imperium in suas provincias* (nam harum alias sibi retinuit, alias senatui populoque permisit) *decennale suscepit, intra quod tempus eas se redacturum in ordinem promissit*. Haec Dio. ^{c)} Prosequitur infra: ^{d)} *Cum autem primum ei decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circumacto rursum aliud quinquennium, post decennium, ac eo finito aliud iterum quinquies decretum est, ita ut continuatis decenniis per totam vitam imperii summam obtinuerit. Quam ob causam posteriores quoque imperatores, etsi non amplius ad certum tempus, sed per omne vitae spatium iis imperium deferatur, tamen singulis decenniis festum, quasi ob ejus renovationem agunt, quod hodie etiam fit.* Scripserat autem haec imperante Alexandro Severo.

Habemus originem decennialium gravissima hac Dionis auctoritate comprobata, neque, quod noverim, a scriptore quopiam in dubium vocatam. At

a) de corona milit. c. 12. b) Cod. Iust. L. XII, tit. 49. c) L. LIII. § 13. d) l. c. § 16.

quoniam Dio hoc loco decennialium tantum meminit, quaeri jure potest, utrum quinquennalia quoque, quorum non raro ab auctoribus, et in veterum monumentis fit mentio, ab eodem fonte ducantur. Adfirmat istud Norisius nixus testimonio Dionis narrantis, Agrippam propter Augusti principatum anno V. C. 738 ludos quinquennales dedisse, unde Caesarum quinquennia, ac propterea ludos celebrari coeptos arguit vir eruditus.^{a)} Verum abbas Mazzolenus hanc doctrinam solidis argumentis impugnat, probatque, his Agrippae ludis intelligendos eos, qui Augusto propter victoriam Actiacam decreti fuere, et qui nec quinquenniis, nec decenniis ejus imperii respondent; recte vero a Dione dici, eos ludos actos propter Augusti principatum, quia revera hic a postrema hac belli civilis victoria judice etiam Dione duci potuit, ac debuit. Vide haec ab erudito auctore praeclare, ac copiose exposita.^{b)} Atqui Norisius dempto hoc Dionis testimonio, sed quod aliter intelligendum diximus, nullum aliud potuit adferre, quod probaret, primorum imperatorum aetate, atque etiam diu post, vota quinquennalia fuisse nuncupata, aut qui ad haec pertinerent, ludos quinquennales fuisse factos. Sane primi, ut dicemus, sunt Postumi tyranni numi, qui vota quinquennalia inscripta habent, et auctores veteres, cum eorum meminere, multo adhuc postiora iis tempora assignant.

Diximus, causam constitutorum decennialium Augusto fuisse imperium per

decennia prorogatum. Successor Tiberius, etsi renovare decennia noluit, festa tamen in his celebrari solita non omisit. Ac de primis quidem haec Dio:^{c)} *Decem annis imperii ejus exactis ad resumendum id nihil illi decreto opus fuit, neque enim necesse putavit, illud Augusti exemplo interrumpere. Ludi tamen decennales facti.* De alteris decennialibus haec:^{d)} *Vicesimo imperii anno instante, licet ipse frequens in Albano, et Tusculi esset, tamen in urbem non venit, sed consules L. Vitellius, et Fabius Perficus decennium nuncupare, tanquam ei, ut Augusto usitatum, tunc imperium prorogarent.* De eorum, qui proxime succedere, decennialibus nihil diserte prodidere veteres. Primus fuit Antoninus Pius, qui ea numis inscripsit, deinceps perfrequens eorum mentio, ac denique fastidiosa.

Quo tempore decennalia vota coeperint in duo aequalia spatia dividi, et constitui quinquennalia, non satis compertum. Existimant nonnulli, ea Alexandri Severi aetate nondum fuisse in usu, quia Dio in laudata altius oratione acta quidem ab Augusti successoribus decennalia memorat, sed quinquennalium mentionem plane negligit. Primus, quod hactenus norimus, fuit Postumus, qui ea in numis vulgavit, scripto in his QVINQVENNALES. POSTVMI. AVG. Verum inde non continuo sequitur, ante Alexandrum ea in usu non fuisse, aut eorum auctorem fuisse Postumum. Nam exstat monumentum Postumo, atque ipso etiam Alexandro Severo vetustius, quod voto-

a) *Vot. decenn. cap. 1. LVIII. § 24.*

b) *Vot. decenn. pag. 212.*

c) *L. LVII. § 24.*

d) *L.*

rum quinquennialium meminit, lucernam veterem intelligo vulgatam a Pafserio, *) in qua exhibentur duae Victoriae tenentes clypeum, cui inscriptum: VOT. V. ANTON. A. N. Quod si nomine ANTON. velimus intelligi postremum ex Antoninis, erit is Elagabalus, et probabit monumentum istud, jam ante Alexandrum vota haec suscipi consuevisse, ac forte minore cum solemnitate, quam serius celebrata fuere, satis cognitis Romanorum studiis, multiplicandi festorum ludorumque causas, quo illi modo contraxere etiam constitutum legibus ludorum saecularium tempus, ut observavimus in numis Maximiani Herculei. Primus ea restituit Constantius Chlorus adhuc Caesar, deinceps Constantinus M. et filii Caesares perpetui in his fuere. Vulgato quinquennialium exemplo nihil obstabat, quo minus et alteri decennales suam haberent intercapedinem, et sic reliqui quoque, unde nata vota XV., XXV., ac denique XXXV. in numis quoque obvia.

Observandus etiam varius haec in numis vota scribendi, enunciandique modus.

VOTIS. DECENNALIBVS, vel VOTIS. X.

VOTIS. VICENNALIBVS, in numis Alexandri Sev., vel VOTIS. XX. — VOTA. VICENNALIOR. scriptura insculpta in numo Constantini jun.

PRIMI. DECENNALES, in numis Antonini Pii et Severi.

FELICIA. DECENNALIA, in numis

Constantis.

VOTA. SVSCEP. DECENN. — VOTA. SVSCEPTA. DEC. III. — VOTA. SVSCEPTA. XX. — VOTA. SOLVTA. DEC. in numis Antonini Pii, et sequentium imp.

Continent hae formulae *vota suscepta*, et *vota soluta*. Interest enim inter utrumque. Suscipimus vota ad obtinendum bonum futurum, solvimus eo obtento. Ergo qui imperium adivit, vota in proximum decennium nuncupavit, hoc elapso ea, quae susceperat, solvit, et nova in alterum decennium inchoavit. Conceptorum sic votorum jam Roma libera dedit specimina. Eodem die, inquit Livius, ^{b)} decrevit senatus, C. Popillius cos. ludos per dies decem Iovi O. M. voveret, donaque circa omnia pulvinaria dari, si resp. decem annos in eodem statu fuisset. — — Praeunte verba Lepido P. M. id votum susceptum est. Vtriusque voti conjuncti meminit Martialis: ^{c)}

Quantus io Latias mundi conventus ad
aras
SVSCIPIT et SOLVIT pro duce
vota suo.

At maxime argumentum istud illustrant verba Plinii junioris, quia praeterea et causas votorum, et horum propria vocabula continent. Scripsit ad Trajanum: ^{d)} Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscipimus, domine, pariter et solvimus, precati deos, ut valent ea semper solvi, sem-

a) Lucern. fict. Vol. II. tab. 81. X. ep. 44.

b) L. XLII, c. 28.

c) L. VIII, ep. 4.

d) L.

perque signari. Respondit imperator: *Et solvisse vos cum provincialibus diis immortalibus vota pro mea salute, et incolunitate, et nuncupasse, libenter, mi Secunde carissime, cognovi ex literis tuis.* Idem infra: ^{a)} *Vota, domine, priorum annorum nuncupata alacres laetique persolvimus, novaque rursus suscepimus, precati deos etc.* Legimus in epigrammate fratrum Arvalium: ^{b)} *III. non. Ian. Sulpicius Camerinus magister collegi fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salute Neronis — — — victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni magistri voverant, persolvit, et in proximum annum nuncupavit.* Suetonius de Augusto: ^{c)} *Vota, quae in proximum lustrium suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se negavit suscepturum, quae non esset soluturus.*

VOT. X. ET. XX. in numis Gallieni. VOTIS. X. ET. XX. FEL. vel: VOTIS. X. PROBI. AVG. ET. XX. in numis Probi.

VOTIS. V. MVLTVS. X. obvium. Idem significat VOT. QQ. MVLTVS. X. in numis Maxentii. — PRIMIS. X. MVLTVS. XX. Diocletiani. — VOTIS. X. MVLTVS. XV. — VOT. XV. MVLTVS. XX. Theodosii M. — VOT. XX. MVLTVS. XXX. — VOT. XXX. MVLTVS. XXXX. in Theodosio II. aliisque.

VOTIS XX. SIC. XXX. — SIC. XX. SIC. XXX. in numis Diocletiani. — SIC. X. SIC. XX. Constantii jun., Constantis.

VOTIS. MVLTVS, in numis Majoriani et Iustiniani.

Primus modus secundum ea, quae proxime diximus, exprimit decennalia suscepta, neque ab hoc differt modus alter, nisi quod addito MVLTVS longam principi vitam precatur. Tertius modus eandem habet significationem variante tantum formula, cujus germanus sensus est: *sic feliciter solvantur tricennalia, ut soluta fuerent vicennalia.* Saepe enim addita particula *Sic* formam benevolentiae, et pii voti constituit. Virgilius Arethusae Najadi bene precatus ait: ^{d)}

*SIC tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam.*

Postrema numis inscripta vota a molesto se calculo liberant scripto VOTIS. MVLTVS. Inde a Iustiniano nulla amplius in moneta votorum mentio.

Quae his votis in moneta vetere data sint nomina, aut quibus eorum numerus signis indicatus, ex hoc catalogo vidimus. Iisdem nominibus ea compellant etiam scriptores, apud quos reperias etiam *quingennalia octava, nona etc.* pro votis XXXX. XXXXV. Liberi haec nonnunquam vocantur *lustra*, quo de nomine infra. Numi Alexandrini haec imperatorum decennia sic exprimunt: ΠΕΡΙΟΔΟΣ ΔΕΚΑΕΤΗΡΗΣ, *periodus decennalis*, Commodi. — ΠΕΡΙΟΔΟΣ ΔΕΚΑΤΗ eodem sensu, Alexandri Sev. — ΔΕΚΑΕΤΗΡΙΚ. ΚΤΡΙΟΤ. Gallieni. Graecis scriptoribus ea dicuntur v. g. ἑορτὴ εἰκοσαετηρῆς, τρίτοι δε-

a) L. X, cp. 101,

b) Gruter pag. 118.

c) Cap. 97.

d) Eclog. X. 4.

καδων κυκλοι, τεταρτη περιδος etc. Quinquennalia in Chronico Alexandrino plane Latine dicuntur Κυακενναλια.

* * *
Expositis inscriptionum modis etiam de typis nonnulla observanda. In numis Antonini Pii, in quibus primum decennalia saltem expresse memorantur, tum et M. Aurelii semper sistitur imperator sacrificans. Atqui cum his votis semper fuisse conjuncta sacrificia, infra docebimus. Eundem typum continuavit quoque Commodus, sed qui jam coepit vota sua coronae laureae inscribere, qui typus per plura deinceps imperia fere unicus fuit. Quaecunque fuit causa coronam cum votis jungendi, forte quia provinciae tum semper coronas aureas offerre imperatori consuevere, istud certum, haec vota frequenter ab auctoribus dici coronas. Eusebius tricennalia Constantini M. vocat τριακονταετηρικες σεφανες, tricennales coronas. ^{a)} Idem alibi: ^{b)} Sed et tricennalium orationum CORONAS ei texentes nuper in ipso palatio sacrum ejus caput redimivimus. Exhibet Boxhornius lapidem veterem sic inscriptum: ^{c)}

PRAESENTIAE
MATRIS. DEVM
P. SEPTIMIUS. FELIX
OB. CORONAM
MILLESIMI
VRBIS. ANNI

quo loco erudite addit: ubi per coronam millesimi anni nonnisi periodum

mille annorum auctor voluit designare. Frequentes etiam Victoriae in votorum decennalium typis fuere partes, v. g. *Victoria armis insidens clypeum tenet, in quo VOT. etc.* idque jam inde a Caracalla, et Alexandro Severo, vel: *Victoria in clypeo super palmarum trunco posito scribit VO. DE.*, in numis Commodi, vel: *Duae Victoriae clypeum palmarum adfigunt, in quo VOT. etc.* in numis Diocletiani. Et duravit hic mos in imperatorum Christianorum tempora, nam saepe in horum numis votivis *Victoriam stantem, quae dextera oblongam crucem tenet*, videre est. Causa hujus typi ab ipso Augusto decennalium auctore, tum ab horum votorum natura haud dubie petenda est. Quod enim unus denique imperio praefuit, istud sane unius de aemulis victoriis debuit. Dio cum narrasset, ^{d)} Octavianum in curia Iulia posuisse imaginem Victoriae, eamque spoliis Aegyptiis decorasse, addit: *δηλων, ὡς εἰκεν, ὅτι παρ' αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ἐκτησατο, quo scilicet ostenderet, ejus sibi ope imperium fuisse partum.* Quare in imperatoriis omnis aevi numis obvium est videre imperatorem Victoriae signum manu praeferentem, aut saltem illud in parte averfa sociatum. In concipiendis vero his votis non minus pro salute, et incolumitate principis, quam imperii supplicatum est, sed quae fere solis victoriis obtinetur. Praeclare argumentum istud illustrat Ammianus, cum de Tripolitanis Africae narrat, ^{d)} eos *adlapso legitimo die concilii, quod apud eos est annuum, Severum et Flaccum cre-*

^{a)} Orat. de laud. Const. M. cap. VI. Rom. XVIII. ^{d)} L. LL. § 22.

^{b)} in prooem. ad vitam Const. M.

^{c)} Quaeß.

avisse legatos, *Victoriarum aurea simulacra Valentiniano ob imperii primitias oblaturus*, nimirum cum is ob eandem causam vota quinquennalia nuncuparet. Vide, quae de Victoria imperii velut insigni alia dixi in numis Octaviani. Quo loco non utique omittendum, quod in Alexandrinis Aegyptiorum numis observamus. In horum enim area inde ab Alexandro Sev. tantum tunc compareret palmae ramus, quando imperator annum imperii X. juxta Aegyptiorum computum est auspicatus, et votis adeo decennialibus solvendis locum fecit. Atqui palmae ramum Victoriae esse attributum, nemini non notum. Consule, quae de hoc more in parte I. hujus operis ad numos Alexandrinos Gallieni observavi. Numi votorum aurei Constantii Chlorig. pro solito Victoriae typo adstitutas habent literas colligatas NK., quas legendas ΝΚη, suo loco indicavi. Reliqui votorum typi nihil magnopere animadversione dignum offerunt. Ceterum Victoriam non modo votorum decennialium sed quorumcunque aliorum fuisse ministram, docent lucernae veteres apud Bellorium, ^{a)} et Passerium, ^{b)} in quibus fingitur Victoria s. palmae ramum, d. tenens clypeum, cui inscriptum; ANNO. NOVO. FAVSTVM. etc. atque hanc allegoriam non fuisse recens inventam, sed jam primo Augustorum saeculo usurpatam, docet lucerna similis in Herculani ruinis reperta. ^{c)}

Haec festa magnifico, varioque ap-

paratu, et continuatis per plures dies muneribus fuisse celebrata, ex veterum scriptis intelligimus. Pauca hic solum libet attingere, partim quia argumentum hoc jam erudite exposuit Norisius, ^{d)} partim quia, si quis in his imperator sive sumptibus, sive stupore modum excessit, istud jam ad ipsos ejus numos enarravimus. A sacrificiis factum initium, et numi docent, et votorum natura persuadet. Haec excepte ludi circenses, et theatrales. Panegyrici quoque in imperatorum laudes recitati, quorum aliquot hodieque supersunt, Nazarii, Mamertini, Eusebii, Themistii.

Diximus, Augustum horum fuisse votorum auctorem. Inquirendum restat, quo illa tempore desiverint. Ex quo infans illa sumptibus peragi coepere, deinde etiam multiplicari, cum sua propria haberent Augusti, Caesares, et conlegae, serius etiam utriusque orbis principes, gravia sine dubio toti imperio exstiterunt. Legimus quidem praeter incredibilem in his magnificentiam amplas etiam largitiones in populum, donativa in milites facta, quo modo Severus, multis certe ipse moderator, in decennialibus suis IIS bis millies effuderat teste Dione, ^{e)} at legimus etiam, sumptus inanibus his ludicris impendendos a miseris, attritisque provinciis fuisse imperatos, quod tantum vulgo malum est habitum, ut auctore Libanio quinquennalia appropinquantia horrorem animis injicerent, seditiones etiam

a) Lucern. ant. P. III, tab. 5.

b) Lucern. fict. tab. VI.

c) Lucerne d'Ercol. tab. VI.

d) de Vot. dec. cap. I.

e) L. LXXVI. § 1.

per oppida excitarent. Vide horum exempla apud Mazzolenum. ^{a)} Infame istud tributum, dictum chrysargyrum, sublatum denique fuit ab Anastasio, ut idem vir eruditus eodem loco post alios docet, et forte etiam cum hoc ipsa votorum infamia. Certe post Anastasium eorum in numis amplius non fit mentio, si demas infolens VOT. XIII. in numo Iustini. Postremus votorum meminit numus Iustiniani I. scripto generationem VOTIS MVLTIS, qua formula usus jam fuit Majorianus. Non multo post invaluit in numis formula imperantium nominibus subjecta ANNOS. MVLTOS, aut similiter, quod votum dicebatur *πολυχρονηζειν τας βασιλεις*, ut diximus altius in numis Iustiniani II. pag. 228.

Hactenus varios votorum decennialium modos, ritusque explicavimus. Superest, ut, quantum ea ad scientiam historicam, et chronologicam imperatorum conferant, quae est pars praecipua hujus argumenti, et a viris praestantissimis magna contentione agitata, inquiramus, qua de re antequam nostrum stabiliamus iudicium, juvat indagare, quantum opis ad universam hanc causam rite cognoscendam adferant numi, quod sequentia ex iis hausta observata praestabunt.

OBSERVATVM I. *Imperatores mox ab adito imperio susceperunt vota seu quinquennalia, seu decennalia, eaque signaverunt in numis.*

Satis istud probant vel soli Pertinacis, et Balbini numi inscripta vota decennalia exhibentes, et si uterque men-

fem imperii tertium non excelsit. Eadem etiam offerunt numi Philippi, Decii cum filiis, Treboniani, Volusiani, Aemiliani. Idem factum cum quinquennalibus, ex quo haec bissectis decennialibus induci coepere.

OBSERVATVM II. *Imperatores aliqui evoluta demum decennio decennalia solverunt.*

Ante Antoninum Pium istud ex numis probari non potest, quia decennalia nondum monetae inscribi consuevere. Hoc temporis intervallum placuisse Augusto, et Tiberio, ex historicis colligimus, de quo vide Norisum. ^{b)} Idem verisimile est constituisse sequentium imperatorum aliquos. Legimus in numis Antonini Pii: VOTA. SOL. DEC. II., et: VOTA. SVSCEPTA. DEC. III. addita utrobique tribunicia potestate XXII., ergo post exactum bis decennium. In numis M. Aurelii cum tribunatu XXV. junguntur VOTA. SOL. DECENN., et VOTA. SVSCEP. DECENN. II. Aurelius dictus est Augustus circiter die VII. Martii V. C. 914 in tribunatu XV., et tribunatum XXV. orsus est V. C. 924, ergo inter vota suscepta et soluta annorum X. cyclus intercessit. In numis Caracallae est: VOTA. SOLVT. DEC. TR. P. XI. COS. III., ex quo conjici rursus potest, Caracallam exacto decennio vota solvisse. Sed ex his numerorum dictatis verisimile tantum fit, inter vota suscepta solutaque solidum interfuisse decennium, non vero adhuc plane certi sumus propter ea, quae monebimus in observato X. Scriptores

^{a)} de Vot. dec. pag. 248.
(*Vol VIII.*)

^{b)} de Vot. dec. cap. II.

nonnulli decennalia diserte in plenum decennium extenderunt. Ait Claudius Mamertinus: ^{a)} *neque orationis ejus, quam composueram, facio jacturam, sed eam refervo, ut quinquennio rursus exacto decennialibus tuis dicam, quoniam quidem lustris omnibus praedicandis communis oratio est.* Cum ait: *quinquennio rursus exacto*, intelligit certe decennium exactum. Ad haec vota quinquennalia comparat cum lustris, quod et facit Eumenius, ^{b)} quae quidem efficiunt quinquennium completum saltem juxta probatiorem veterum sententiam, etsi fuerint quoque, qui tantundem iis, quantum Olympiadibus impertivere, nimirum annos completos quatuor, et iniens quintum. Ex his sequitur, primos imperatores, quod et ipsa rei natura videtur postulare, post completos annos X. celebrasse decennalia, eandem deinde legem nonnullos ex successoribus fuisse secutos, ut evidenter demonstrari nequit, tamen admodum est probabile.

OBSERVATVM III. *Aliqui imperatores labente anno quinto vel decimo, certe nondum completo, quinquennalia, aut decennalia solverunt.*

In numo singulari Commodi, qui est in museo Caesareo, legitur: VOT. SOL. DEC. P. M. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. V. P. P. Commodus dictus est Augustus V. C. 930, et trib. potestatem XI. adivit V. C. 939, ergo labente anno X. imperii solvit decennalia. In numis Postumi cum TR. P. X. junguntur VOTA. XX., id est, suscepta, ergo haec suscepit labente adhuc anno X.

Mazzolenus post alios ex historicis probat, Diocletianum vicennalia celebrasse die XX. Novembris V. C. 1056. Auspicatus est imperium mense Septembris V. C. 1037. Celebravit ergo haec vota anno imperii XX. nondum circumvoluto. Multum ergo fallitur Norisius, dum contendit, ^{c)} primum fuisse Licinium, qui decennalia anno X. ineunte, non evoluto egerit, quod deinde per totam dissertationem de votis X. probare nititur. Constantinum M. ineunte anno XXX. celebrasse tricennalia, certum est, si modo verum, quod refert Idacius, ea ab illo acta V. C. 1088 VIII. Kal. Aug. Dictus fuit Caesar eadem die V. C. 1059, ergo illa soluta anno XXX. ineunte. Exempla votorum anticipatorum alia, quae viri laudati conguessere, omitto, quia a numorum doctrina non juvantur, sed scriptorum tantum testimoniis nituntur. Eumenius in oratione, qua Constantino M. ob remissa Aeduis quinque annorum reliqua vetera gratias agit, haec habet: *Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicis! — — — Quinquennalia tua nobis etiam perfecta celebranda sunt. Illa enim quinto incipiente suscepta omnibus populis jure communia, nobis haec propria, quae plena sunt.* Quibus ex verbis jure possumus arguere, Constantini M. aetate anno quinto ineunte agi quinquennalia consuevisse. Sed et Theodosio M. idem intervallum placuisse, facile eruimus. Certum est, eum ad imperium admotum ineunte anno Christi 379. Certum etiam

a) in Genethl. Maximiani sub init. Aetini pag. 76.

b) Grat. act. pro Aeduis cap. 13.

c) de numo Licini pag. 76.

ex Themistio, ^{a)} eum quinquennalia edidisse consule Saturnino, qui processit anno 383, labente adeo quinto imperii sui anno.

OBSERVATVM IV. *Imperatores non solverunt vota a tempore initae tribuniciae potestatis, sed imperii.*

Evidens est ex numis M. Aurelii, hunc Augustum nonnisi in tribunatu XXV. solvisse decennalia, qui tamen ante aditum imperium jam numeravit tribunatus XV. Idem plane exemplum in numerandis suis decenniis dabit Tiberius jam tribunatibus XV. ante imperium insignis. Satis igitur ab his numis refutantur, qui in contraria sententia fuere, Norisius, ac praecipue Pagius, qui Marci imperium votis quinquennalibus, decennialibus, quindecennialibus imperii Caesarei, proconsularis, Augustei implevit, quorum neque numi, neque scriptorum vel unus meminere. Vide de hoc alia in observato X.

OBSERVATVM V. *Inferiore aevo Caesares quoque sua habuerunt vota.*

De Caesaribus superioris Augustorum aevi nihil constat, sed haud dubie decennalia Caesarum conjuncta fuere cum decennialibus patrum Augustorum. Serrus Caesares separata sua, propriaque habuisse vota, numi invicte docent. In numis Constantii Chlorigi adhuc Caesaris habemus VOTA. V. — X. — XX. Idem offerunt numi Gal. Maximiani. Magis definite istud docent numi Crispi, et Licinii jun., in quibus legitur: VOT. V. CAESARVM. NOSTRORVM. Nazarius initio Panegyrici ad Constanti-

num M. bis memorat quinquennalia beatissimorum Caesarum.

OBSERVATVM VI. *Imperatores inferioris aevi in numerandis votis addidere etiam sua Caesarum vota.*

Exemplo sunt numi Constantii II. Legitur in his: VOTIS. XXX. MVLTIS. XXXX. Ergo vota tricennalia solvit. Quin et solvendo ultra progressum, docet Idacius: Constantio IX. et Iuliano Caes. II. cos. — — introivit Constantius Aug. Romam IV. Kal. Majas, et edidit XXXV. Constantius Augusti titulum non tenuit nisi annis XXIV, ergo nisi adnumeratis votis suis Caesareis non potuisset solvere vota XXX., nedum XXXV. Idem observatur in ejus aevi imperatoribus aliis, ut inquirenti facile patebit.

OBSERVATVM VII. *Vota, quae sunt propria imperatorum, leguntur etiam in numis filiorum, vel conlegarum, denique etiam uxorum, et sanguine, vel affinitate junctorum.*

In numis Caracallae cum TR. P. V. COS. junguntur VOTA. SVSCEPTA. XX., quae sunt patris Severi. Vna, eademque vota leguntur tam in numis Diocletiani, quam conlegae Maximiani Herculei, quos quidem verisimile est junxisse sua vota, etsi non eundem uterque habuit imperii natalem. Diserte in numis Crispi Caesaris: VOT. XX. D. N. CONSTANTINI. MAX. AVG., tum et in numis Constantini jun. adhuc Caesaris: VOTA. VICENNALIOR. Epigraphe: VOTIS. XXX. MVLTIS. XXXX. in numis Iuliani praedicat vota

a) Orat. XVI.

Constantii II. In numis Gallae Placidiae VOTA. XX. MVLT. XXX. sunt filii Valentini III. Illa, quae notantur in numis Eudoxiae, quae fuit uxor Theodosii II., Pulcheriae, aliarumque ejus aetatis Augustarum, ad coevos Augustos pertinent; ut in singularum moneta diximus.

OBSERVATVM VIII. *Imperatores superioris aevi nonnisi solutis votis prioribus susceperunt vota ordine sequentia.*

Docent istud numi Antonini Pii, M. Aurelii, Gallieni, Postumi. Istud suapte manifestum commemorandum tamen fuerat causa peruersitatis, quam dabimus in observato sequente.

OBSERVATVM IX. *Multi imperatores inferioris aevi nondum solutis votis prioribus anticipaverunt sequentia.*

Imperavit Tacitus menses sex, legimus tamen in ejus numis VOTIS. X. ET. XX., item: VOTIS. XX., ergo qui ne quinquennalia quidem solvere potuit, usus est formula, qua usi sunt ii, qui decennalia re ipsa solverunt. In Probi sexennis numis legas: VOTIS. X. ET. XX. atque ne non soluta decennalia intelligas, en tibi in numis ejus aliis: VOTA. SOLVTA. X. quin etiam: VOT. XXX. MVLTIS. XXXX. quae quidem prodigia quibus quaeso sacris procurabis? Ejusdem naturae monstra vide in moneta Licinii, Constantis, Magnentii, Galli, Iuliani, Ioviani, Valentini I., Valentis, Zenonis, Anastasii; in numis Basilisci, cujus imperium annuum fuit, jactantur vota XXXX. Adeo verum est, quod ad numos similes dixit Bandurius, ^{a)} Augu-

stos complures vicennalia spe tantum, et cogitatione praecepisse. Enimvero quod oratores permittum sibi putant, futuri temporis exitum verborum lenociniis occupare, istud sibi juris et ipsi videntur adrogasse. Sic enim libuit dicere Nazario in votis quinquennialibus Crispi, et Constantini jun. ^{b)} *Fruimur quidem nos praesentium maxima voluptate, sed lenocinatur his jam futuri ratio, et quae temporibus disparata sunt, animorum praesumptione junguntur. — — — Quinquennalia beatissimorum Caesarum occupatos in gaudiis habent, sed in destinatis decenniis jam vota properantia, et spes volucres constiterunt. — — — Verum quid agimus vicens, aut jam tricens annis circumscribendo, quae aeterna sentimus? Ampliora sunt merita principum, quam optata votorum etc.*

OBSERVATVM X. *Imperatores vota sive suscepta, sive soluta non raro per annos sequentes in numis restituerunt.*

Hujus testimonium praebent primum numi Antonini Pii; nam ut in his VOTA. SVSCEP. DECENN. III. junguntur cum TR. P. XXII., sic eadem junguntur etiam cum TR. P. XXIII. Commodi VOTA. DECENNalia SVSCepta legas in ejus trib. potestate VI. IX. et X., et tandem SOLuta DECennalia in tribunatu XI. Severus quoque variis per primum decennium annis vota suscepta decennalia inscripsit, et quidem VOT. SVSC. DEC. adhuc in trib. potestate X., et Constantinus M. soluta vicennalia pluribus post haec annis restituit, ut dictum in hujus numis. Hinc erudimur, ex numis nos certos esse non posse,

^{a)} Tom. II. pag. 429.

^{b)} in Paneg. Constant. M. cap. 7.

quo definite anno imperator quispiam vota decennalia solverit. Exemplo esto laudatus numus Antonini, qui cum votis susceptis decennialibus III. jungit tribunatum XXII., unde arguimus, Antoninum hoc labente solvisse decennalia II., et suscepisse decennalia III., verum an istud certa fide, magnopere ambigo. Non enim ideo haec vota in tribunatu XXII. praestabimus fuisse soluta, quia hunc tribunatum numus cum his votis componit; nam videmus, eadem deinde vota jungi cum tribunatu XXIII., ut diximus. Quis ergo post haec certos nos praestabit, ea ipsa vota soluta non fuisse in Antonini tribunatu XXI., deinde ejus facti memoriam fuisse repetitam in numis tribunatus XXII., quemadmodum vere repetitam vidimus in numis tribunatus XXIII.? Desunt ejus facti testes numi, verum an hi omnes aetatem tulerunt? Si fides Norisio, ^{a)} revera exstat numus talis cum mentione horum votorum, et tribunatus XXI., sed museum, unde singularem hunc numum hauserit, reticet. Quod si falsus non est vir eruditus, ea, quae continuo disputavi, praeclare confirmantur. At insignite idem peccat, dum occasione hujus numi eodem loco arguit, vota cum trib. potestate XXI. esse initi tribunatus, vota cum trib. potestate XXII. esse dignitatis Augustae. Sin istud, necesse erit, tertium aliquod exordium constituere, nam eadem vota leguntur etiam cum TR. P. XXIII., ut vidimus.

OBSERVATVM XI. *Complurss imperatores vota nuncuparunt per saltum.*

Legimus VOT. QQ. MVL. XX. in

numis Maxentii, — VOTIS. XXV. MVL. XXXX. in numis Constantini junioris, — VOTIS. XXV. MVL. XXXX. Constantii II. — VOT. XV. MVL. XXX. Gratiani, — VOT. V. MVL. XX. Theodōsii jun., et similiter in aliis pluribus, cum receptus nuncupandi mos fuisset: VOT. QQ. MVL. X. — VOTIS. XXV. MVL. XXX. etc. ex quo uno modo satis apparet, quantum Romae senescentis aetate vetera instituta ad arbitrium fuerint immutata.

Hunc observatorum catalogum studiosius contexui propterea, ut quantum votorum numis inscriptorum ratio ad chronologiam imperatorum adferat subsidii, scientia certa, comprobataque teneamus. Eo perlecto nemo, opinor, erit, qui non continuo profiteatur, parum esse, quod valere ad praesentem causam possit, reliquam omnem rationem incertam, ambiguam, inconstantem, perversam. Ergo si quod speramus a votorum doctrina adminiculum, a scriptoribus erit mutuandum. Ab his fontibus quidquid hauriri potest, jam petivere praeclari IIIviri, quos principio hujus tractatus cum laude nominavi, Norisius, Pagius, Mazzolenus, eorumque testimonia, cum fieri potuit, cum numerum fide composuere. Horum singuli in hac votorum analysi certum sibi habuere scopum propositum. Norisius in eo totus fuit, ut comprobaret, Augustum, et successores decennalia nonnisi anno decimo evoluti solvisse, subinde vero primum fuisse Lici-

a) de Vot. dec. pag. 122.

nium, qui illa anno imperii decimo solvendo legitimum et hactenus praefixum tempus anticipaverit. Pagius in dissertatione sua hypatica Parte II. cap. II. canones octo definivit, ad quos universam de votis decennialibus doctrinam adegit. Mazzolenus quid maxime vellet, declaravit articulis VII. et XXXIII. suae de votis X. dissertationis, nimirum imperatores prima quinquennalia ante finem quinquennii completi, et prima decennalia ante finem decenni completi celebrare consuevisse, secunda vero et reliqua quinquennalia atque decennalia fuisse completa, et annis V. vel X. integris coaluisse.

Quod evenire solet, debetque iis, qui incerta, vaga, fluctuantia ad certam quandam legem revocare obnixius laborant, nimirum ut doctrina tradita postremo aequae sit incerta, fluctuansque, quam sunt ea, unde illam hauserrunt, illud eruditus his Illviris jure merito accidisse, in aperto est. Quam vera edixerit Norisius, docebunt observata, quae modo proposui, cum ejus praeceptis comparata. Quid de Pagii canonibus, verbosae, et magna rerum argumentorumque farragine expositis, judicandum sit, ample, ac vere exposuit Mazzolenus toto articulo IV. dissertationis laudatae, cujus summa eo reddit, ludere virum insignem, qui nova saepe indicia, novasque semper conjuncturas quinquennialium promit, aut memoratas repetit, qui saepe ex consulatibus quinquennalia arguit, quamvis ex quinquennialibus consulatus arguere instituerit, et quae sunt id genus alia. Ex-

posui breviter judicium Mazzoleni, ne solus ego audacius, inconsultiusque arguere videar, qui Pagii in historia critica cum laude versati votorum doctrinam in eruditis commentis habendam omnino mihi persuadeo. Qua de veritate si quis statim volet convinci, is quaeso vel solos titulos octo canonum, in quibus universa ejus doctrina nititur, obiter inspiciat, ac tum experietur continuo, quam is pro libidine quinquennialium decennialiumve iusta spatia laxet, contrahatve, ea cum consulatibus copulet, aut ab iis separet, tametsi confidenter pronunciaret, ^{a)} *ea vota a Caesaribus, vel imperatoribus consulari trabae indutis, quod nemini hactenus observatum, peragi fuisse solita, indeque secundam consulatuum Caesarum regulam deduci, paucis ut rem complectar, quam is omnia ad merum arbitrium advocet, ut dictis suis fidem faceret, cum tamen ostendere vellet, quod diserte eodem loco in se recepit, quantum sacra, profanaque historia per quinque circiter saecula accurata votorum cognitione illustrari possit. Istud certe adfirmare possum, tantum abesse, ut perlecta hac Pagii disputatione tanta rerum verborumque copia, et ambagibus conscripta amplius in votorum legibus erudirer, ut deinceps adhuc essem multo incertior, et vix aliquem ex incredibili lectionis fastidio fructum referrem. Ad Mazzoleni praecepta quod attinet, satis intellexi, eum sententiam de primo votorum anno incompleto non aliam ob causam excogitasse, quam ut doctrinam suam de anno primo tribuniciae pote-*

a) Cap. II. sub init.

statis incompleto votorum etiam similitudine amplius consolidaret. Quid in hoc tribunatus. Caesarei calculo praestiterit, alibi diximus, quid in praesente votorum argumento, etsi operose conscripto, tanto magis difficile est decidere, quia jam primum causam ipsam, quam propugnare et explicare intendat, tam ambigue, et obscure proposuit, ut vel in hoc nobis interprete sit opus, ac denique universa ejus doctrina conquistis undique ex historia ac moneta vetere exemplis, ac saepe violenter ad causam adactis perpetuum est aenigmatum, ac orationis obscurae confusaeque argumentum.

Cur in hoc votorum examine parum viri hi clarissimi profecerint, duplicem video esse causam, atque unam quidem, quia scriptores veteres explicatam nobis eorum rationem non tradidere, atque etsi non raro nos instruant, quo quis imperator anno decennalia vota peregerit, tamen non indicant, utrum haec festa tempore legitimo, an alieno fuerint obita, numi vero raro nobis annum dictant, qui certus sit, nullique dubio obnoxius, ut ex observatis meis licet perspicere: alteram, quia iidem viri eruditi, ut supra innui, arrepta semel sua de iis sententia libertatem abjecere, votorum tempus, ut revera est, incertum, confusumque profitendi, sed maluere ipsorum monumentorum veterum ingratis stabilire leges, quas suas unquam fuisse ipsa haud dubie inficitur antiquitas. Vtroque ex capite cautior ego nolo tentare vadum, ex quo reperire exitum difficile est, et satis

me praestitisse existimo, votorum statum, quatenus is intelligi ex numis potest, propositis observatis exponere, quae quidem, quisquis attente perlegerit, ultro fatebitur, singulis eruditorum sententiis, quas commemoravi, palam adversari.

Quae ergo in his tenebris ad votorum intelligentiam videntur posse erui, haec fere reperio: inde ab Augusto institutore decennalia annis X. exactis fuisse soluta, serius tempus ea solvendi ex causa sive iusta, sive arbitraria aut fuisse anticipatum, aut prorogatum. Haec varietas non in his unis votorum solennibus observatur. Diximus in tractatu de tribunicia potestate, hanc principio renovatam fuisse die natali imperii, at docet experientia, circum Antoninorum tempora, ac deinceps placuisse eam renovari Kalendis Ianuariis. In celebrandis saecularibus ludis duplex fuisse observatum tempus, atque illud nonnunquam anticipatum, alibi disputavimus. Quod si imperatores permisum sibi putavere, in rebus gravissimis, et universam remp. spectantibus veterem morem infringere, quanto ii facilius potuerunt ad voluntatem definire tempus votorum, quae ad se unos pertinere? et quanto istud minus mirum in principibus animi stolidi et impotentis, et unum suum arbitrium in consilium adhibentibus? Teste Suetonio Nero certamen quinquennale, cujus ipse auctor fuit, et cujus ipse tempus, quo ageretur, designavit, ante praestitutum diem revocavit. ^{a)} Domitianus nulla cognita causa ludos saeculares sexennio

^{a)} in Nerone c. 21.

toto praevertit. Quanto deinde magis confusam esse oportuit votorum rationem, cum plures Augusti, ac Caesares una imperarent, ac denique fatifcente imperio omnia vetera instituta perverterentur? Quae tum in votorum negotio prodiderint monstra, abunde ex observatis meis potest intelligi. Credamus ergo aut numis, aut scriptoribus Eusebio, Marcellino, Idacio, aliisque, cum nobis certum nuncupatorum votorum

annum memorant, at non credamus Norisio, Pagio, Mazzoleno, cum certam nobis rationem ex tanta rerum et caligine et confusione praescripturos quantacunque eruditionis mole et redundantia spondent. Ego me ita comparatum animo profiteor, ut facile negligam fumum quemcunque, quando ex hoc, ut vult Horatius, lux elici non potest.

C A P V T XV.



DE LEGIONIBVS ET COHORTIBVS, EARVM- QVE SIGNIS.

In moneta cum Romana, tum externa non raro notantur legiones, earumque signa. Romana eas offert in denariis M. Antonii, Severi, Gallieni, Victorini, Carausii, paucorumque aliorum, externa plerumque in numis coloniarum. Operae pretium me facturum puto, si eas per univrsum regnum numismaticum sparsas, collectasque ob oculis sistam subjectis nonnullis observatis.

LEG. I. M. Antonii. — LEG. I. LIB. MACRIANA. Clodii Macri. — LEG. I.

ADIVT. Severi. — LEG. I. ADI. Gallieni. — LEG. I. AVG. Gallieni. — LEG. I. MIN. Severi, Gallieni. — LEG. I. MIN. RESTITVTA. Aureoli. — LEG. I. ITAL. Gallieni.

LEG. II. M. Antonii. — LEG. II. ADIVT. Severi. — LEG. II. ADI. Gallieni. — LEG. II. ITAL. Gallieni. — LEG. II. PART. Gallieni, Carausii. — II. coloniae Parianae Myliae. — ΛΕΓ. Β. ΤΡΑΙ. in numis Alexandrinis Numeriani et Carini. — Addo: LEG. SECVNDA. AVGVS. in aenea lamina apud Buonarrothium. *)

a) Offerv. istor. tab. 38.

LEG. III. M. Antonii. — LEG. III. AVG. vel: LEG. III. LIB. AVG. Clodii Macri, LEG. III. ITAL. Severi, Gallieni. — LEG. III. Coloniae Acci Tarraconensis. — LEG. III. GAL. Damasci et Tyri. — LEG. III. PAR. Sidonis. — L. III. PIA. Rhæfaenae Mesopotamiae.

LEG. IIII. vel IV. M. Antonii. — LEG. IIII. FL. Severi, Gallieni, Carausii. — LEG. IIII. FLAVIA. P. F. Victorini. — LEG. IV. Caesaraugustae Tarracon. — IIII. Viminacii Moesiae superioris.

LEG. V. M. Antonii. — LEG. V. MAC. Severi, Gallieni. — LE. V. Emeritae Lusitanicae, Patriciae Baeticae. — V. Antiochiae Pisidiae. — LEG. V. MACEDON. Heliopolis Coelestriae. — V. Beryti Phoenices. — V. Daciae.

LEG. VI. M. Antonii. — LEG. VI. ANTONINVS. ET. VERVS. AVG. REST. ibid. — LEG. VI. MAC. (lectio suspecta.) Gallieni. — LEG. VI. Acci Tarracon., Caesaraugustae Tarracon., Ruscinonis Narbonensis. — VI. Ptolemaidis Galilaeae. — LEG. VI. F. Damasci Coelestriae.

LEG. VII. M. Antonii. — LEG. VII. CL. Severi, Gallieni. — LEG. VII. — — Carausii. — VII. Coloniae Parians Myssae, Viminacii Moesiae super.

LEG. VIII. M. Antonii. — LEG. VIII. in denario Pinarrii Scarpi. — LEG. VIII. AVG. Severi, Gallieni. — LEG. VIII. — — Carausii. — LEG. VIII. AVG. Heliopolis Coelestriae. — VIII. Beryti Phoenices.

LEG. VIII. vel IX. M. Antonii. — LEG. VIII. AVG. Gallieni. — LEG. VIII. GE. Carausii. — PRINCIPI. LEG. IX. Iuliae Baeticae. — IX. Ptolemaidis Galilaeae.

LEG. X. M. Antonii. — LEG. X. GEM. Gallieni. — LEG. X. FRETENSIS, P. F. Victorini. — LEG. X. Caesaraugustae. — LE. X. Emeritae Lusitanicae, Patriciae Baeticae. — X. Ptolemaidis Galilaeae.

LEG. XI. M. Antonii. — LEG. XI. CL. Severi, Gallieni. — XI. Ptolemaidis Galilaeae. Addo: L. XI. C. P. F. in gemma musei Florentini. ^{a)}

LEG. XII. vel: LEG. XII. ANTIQVAE. M. Antonii.

LEG. XIII. M. Antonii. — LEG. XIII. GEM. Severi, Gallieni. — XIII. Daciae.

LEG. XIII. vel XIV. M. Antonii. — LEG. XIII. GEM. M. V. Severi. — LEG. XIII. GEM. Gallieni.

LEG. XV. M. Antonii.

LEG. XVI. M. Antonii. — LEG. XVI. in quinario Augusti. Vide, quae de hoc numo in legionariis M. Antonii denariis notavi.

LEG. XVII. vel: LEG. XVII. CLAS. SICA. M. Antonii.

LEG. XVIII. vel: LEG. XVIII. LY. BICA. M. Antonii. — LEG. IIXX. Gallieni.

LEG. XIX. M. Antonii.

LEG. XX. M. Antonii, Gallieni. — LEG. XX. VAL. VICTRIX. P. F. Victorini. — LEG. XX. V. V. Carausii, et in lamina aenea apud Buonarrotium. ^{b)}

a) Tom. II. tab. 19.
(Vol. VIII.)

b) Offerv. iſtor. tab. 38.

LEG. XXI. M. Antonii. — LEG. XXI. GEM. Gallieni, nisi in hoc forte legendum: LEG. XIII. GEM., ut loco suo notavimus.

LEG. XXII. M. Antonii, Severi, Gallieni. — LEG. XXII. PRI. Severi. — LEG. XXII. PRIMIGENIE. Victorini. — XXII. Patrarum Achaiae.

LEG. XXIII. XXIV. M. Antonii.

LEG. XXVI. M. Antonii.

LEG. XXVII. M. Antonii, non satis certa fide, ut notavimus.

LEG. XXX. M. Antonii. — LEG. XXX. VLP. V. Severi. — LEG. XXX. VLP. Gallieni. — LEG. XXX. VLP. VICT. P. F. vel VLPIA. PIA. F. Victorini. — LEG. XXX. VLPIA. Ca-rausii.

CHORTIVM. PRAETORIARVM. M. Antonii. — COHH. PRAET. Gallieni. COHOR. PRAE. Col. Philippensis Maecdoniae.

CHORTIS. SPECVLATORVM. M. Antonii.

Quae ad legionem Romanam, ejusque cohortes pertinent, mei non esse instituti existimo docere, quod argumentum tractarunt viri summi, ac novissime majore studio cl. le Beau Gallus, multis illustratum dissertationibus, quae insertae sunt Memoriae inscriptionum inde a Tomo XXV., sed in quibus multa adhuc desiderantur, et vereor, ne materiam praeclare coeptam promotamque imperfectam relinquant tomi sequentes. Pauca tantum juvat commovere, quae vel nova in hoc argumento docent numi, vel jam ante cognita confirmant, et quae utiliter servire po-

terunt iis, qui retractare aliquando hanc causam volent.

Legiones ante M. Antonium moneta Romana non memorat. Hujus Illviri denarii postremam offerunt legionem XXX. plena priorum duarum decadam serie, sed decade tertia nonnullis lacunis informi; nam desunt legiones XXV. XXVIII. XXIX. et forte etiam XXVII. Antonium aliquo tempore legiones XXX. sub signis habuisse, laudata in denariis legio XXX. dubitare non sinit. Verum cur deficient legiones trigessimam proximae praecedentes? an quia aut bellis absumptae fuere, quo modo Augustus in clade Variana tres legiones amisit? an quia militibus exhaustae cum legionibus aliis permixtae fuerunt, atque hae eo tempore, quo denarii hi cusi sunt, non amplius existere? Verum quo fato contigit, ut postremae tantum tertiae decadis legiones bellis absumerentur, aut cum aliis miscerentur, aliis praecedentium decadam salvae? At harum etiam numi aliquando poterunt ex terrae visceribus emergere, ut haud ita pridem emerfere legio XXVI. et XXX. Esto: quanquam ejus exigua jam spes supersit tantis eruditorum in inquirenda moneta vetere ad hunc diem studiis. Verum quo iterum fato contigit, ut, si legionem I. demas, aliae priorum decadam sint obviae, tertiae decadis aliquot necdum lucem viderint? Aenigmati huic solvendo hactenus me impar sum expertus. Quid eruditi alii dictaverint, ignoro, neque etiam memini, ab alio quopiam hanc quaestionem in examen vocatam. Id unum addo, etiam Augustorum aetate decadem tertiam similem legionum inopiam pro-

dere, ut proxime docebitur. Ceterum non adversari historiae, Antonium legionibus omnino XXX. imperitasse, cum et aemulo Octaviano testibus Appiano, ^{a)} et Orofio ^{b)} paruerint legiones XL. plures, quin et Lepido legiones omnino XX., jam diximus in moneta hujus IIIviri.

Auctum nimio legionum numerum sopitis bellis civilibus contraxit Augustus. Refert Dio ad annum V. C. 758 ^{c)} eo tempore legiones civium R. fuisse XXIII., secundum alios XXV., atque ex his sua aetate (sub Alexandro Sev. scripserat) superfuisse solas XIX., quas continuo enumerat. Reliquas ait legiones aut plane fuisse solutas, aut ab ipso jam Augusto et aliis imperatoribus cum aliis legionibus mixtas. In imperatorum numis legio postrema proditur XXII. Subinde in his numorum septem proxime consequentium hiatus usque ad legionem XXX. Quas medias memorant marmora, medicam utique manum postulant. Vnicum cum legione XXIII. e Lazio vulgavit Gruterus, ^{d)} unicum cum LEG. XXIII. GEM. MART. VICTR. ^{e)} sed in quo verius legendum LEG. XIII., nam hujus certa cognomina fuere *Gemina Martia Victrix*. Vnicum denique cum LEG. XXIX. ^{f)} Harum sane nullam reperit Muratorius. Atqui constat etiam, quam turpia in numeris eloquendis mendacia effutiant marmora vulgata. Vtrum harum aliquam per Augustorum imperium prodiderint scriptores, dubitem, neque nunc

inquirere vacat. Proxima his succedit legio XXX. a Trajano conscripta, a numis et marmoribus frequenter laudata, neque ultra hanc adsurgit legionum numerus; nam legio XXXVI., quam ex Victorini numo promulgavit Mediobarbus, haud dubie in falsa lectione nititur, ut suo loco indicavi. Gruterus et Muratorius aliquoties legionem XXXV. offerunt, sed quae verius ab iniqua interpunctione conscripta videtur, certiore lectione XXX. V. nempe: *Vlpia*, vel similiter. Et vero tricenarium hunc legionum numerum confirmat lepidum Favorini sophistae responsum, qui reprehensus ab amicis, quod orta de vocabuli cujuspian usulite Hadriano celsisset, *non recte*, inquit, *suadetis familiares, qui non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qui habet XXX. legiones.* ^{g)} Cur vero Trajanus legionem recens a se conscriptam trigessimam appellaverit omisis, quos dixi, praecedentibus proxime numeris, in causa fuerit, quod legiones, quarum duae tresve eodem numero comprehensae fuere, seorsum adnumeravit. Ipsum vero jam Augustum eodem numero plures designasse legiones, testis luculentus est Dio loco laudato, quo imperante sub signis fuisse narrat τρία τα τρίτα, *tres tertias*, nempe: Gallicam, Cyrenaicam, Augustam, duas sextas, Victricem, et Ferratam etc. Eodem exemplo ex successoribus Galba instituit primam adjutricem, etsi jam fuerit prima Italica a Nerone constituta. Vide reliquas apud

a) Bell. civ. L. V. cap. 53.
e) Pag. 1096. 6.

b) L. VI. cap. 18.

e) L. LV. § 23.

d) Pag. 472. 4.

f) Pag. 468. 1.

g) Spartian. in Hadriano.

Dionem, in marmoribus, in praefixo hic numerorum catalogo. Vir cl. Brotierus, cum ex auctoribus omnia de legionum numero et nominibus testimonia ab Augusto usque ad Trajanum collegisset, etsi legione XXII. posteriorem non reperit, adnumeratis tamen, quas dixi, tribus tertiis, duabus sextis etc. collegit legiones omnino XXX. ^{a)} Quod si interim harum una sive disperiit, sive alteri cuiquam contributa fuit, potuit Trajanus legionem, quam recens conscripserat, appellare trigessimam, nempe pro vero legionum tum existentium numero.

Certae fuere causae, propter quas legiones numis inscriberentur. Fecere istud M. Antonius, Macer, Severus, aliique imperantes, ut earum benevolentiam, quando hac una spes sua, salusque nitebantur, sibi promererentur. Memorant eas coloniarum numi, sive quod in has Augusti certarum legionum veteranos deduxerunt, sive quod in his legiones ad provinciarum custodiam excubuerunt. Sic in Emeritae Lusitanicae numis leguntur *LEGiones* V. X. at constat etiam ex Dione, Augustum ibi milites emeritos collocasse, ut in hujus coloniae moneta dictum. Viminacii stetit legiones IIII. et VII. ad Moesiae custodiam, ejus coloniae numi testantur. Ex eadem causa numi Daciae offerunt legiones V. et XIII., numi Aegypti legionem II. Trajanam. Ceterum difficile est saepe conjicere, ex utra causa legiones in coloniarum numis memorentur, an quod earum milites eme-

riti in illis fuerint collocati, an quod ibi in provinciarum tutelam stationem nactae sint. Hujus dubii aliquas causas jam dedi in numis Heliopolis Coelesyriae.

Legiones certas suas habent appellationes a variis causis petitas. Stante rep. solis fere tantum numeris distinguebantur, ut legio I. II. etc. A duce denominatas video legiones *Valerianas*, de quibus egi in denariis gentis Valeriae Flaccorum. In denariis M. Antonii habemus legiones *Antiquam*, *Classicam*, *Lybicam*, de quibus egimus in ejus moneta. Sub imperatoribus varii generis adjecti tituli, ab horum nominibus, v. g. *Augusta*, *Flavia*, *Trajana*, *Vlpia* etc. a diis, ut: *Minervia*, a regionibus, ut: *Italica*, *Parthica*, *Macedonica* etc. ab eventu, ut: *Victrix*, *Adjutrix*, *Liberatrix* etc. Tituli similes in numis prostantes exigua tantum pars sunt eorum, quos magno numero offerunt marmora, quae consule, tum et scriptores veteres, quorum testimonia contulerunt viri illustres Fabricius et Reimarus, ^{b)} Brotierus, ^{c)} Vaillantius et Bandurius ad legionarios Gallieni numos. De nomine *GEMELLAE* vel *GEMINAE*, legionibus saepe tributo, ejusque causa, tum et de coloniis, quae a deductis illuc legionum gemellarum veteranis *GEMELLAE* nomen abstulere, egimus parte priorie in dissertatione de coloniis. At nullum epitheton in numis aut marmoribus frequentius tribuitur legionibus, quam *Pia* et *Fidelis*. Haec nomina praeclare expli-

a) ad Tacit. Tom. III. pag. 413. III. pag. 408.

b) ad Dionis L. LV. § 23 seq.

c) ad Tacit. Tom.

cat Dio, quo teste effecit Ti. Claudius, ut legiones VII. et XII., quae in Camilli seditione fidem sibi servaverant, *Claudia et Fideles et Piae* (Κλαυδεια και Πισα και Ευσεβη) senatusconsulto nominarentur. ^{a)} Adde illustre marmor imperante Commodo positum, quod est apud Gruterum, ^{b)} et Fabretum, ^{c)} in quo C. Vesnius Vindex dicitur TRIB. MIL. LEG. VIII. AVG. QVO. MILITANTE. CVM. LIBERATA. ESSET. NOVIA. OBSIDIONE. LEGIO. PIA. FIDELIS. CONSTANS. COMMODA. COGNOMINATA. EST. Placuit deinde honorifica haec vocabula, quod passim marmora et Gallieni numi docent, cum legionibus omnibus communicare, ut commonerentur pietatis et fidei in principem, ad quas sacramento sese obligaverant. In Gallieni numis omnibus, ac tantum his, dicuntur legiones VI. *Piae* VI. *Fideles*, vel VII. *Piae* VII. *Fideles*, de qua insolente et tamen constante formula, vide quae in illis notavimus.

De Cohortibus Praetoriis et Speculatorum vide dicta in numis M. Antonii.

Inter signa * militaria * aquilam principem obtinuisse locum, et cum legionibus omnibus fuisse communem, res est palam cognita. Ejus exauctoribus causas varias collegit cl. le Beau. ^{d)} Legionariae hae aquilae hastis impositae saepe in numis exhibentur fulmen unguibus tenere. Vide icones Florezii. Sed neque hanc peristam praeterivere vete-

res. Narrat Dio, ^{e)} inter prodigia Cn. Pompejo filio in Hispania oblata, fuisse etiam illud, quod *aquilae ejus legionariae alas concutientes, et fulmina aurea, quae earum aliquae pedibus stringebant, abicientes, illi palam malum denunciabant, et ad Caesarem ipsae volabant.* Idem refert Iulius Obsequens. ^{f)} Alio loco perhibet Dio, ^{g)} eandem hanc legionum aquilam insistere sacello, quod illi *νεωσ μικρος, templum parvum*, vocatur, qui modus utrum in aliquo monumento veteri exhibeatur, nondum inquisivi, neque si inquirerem, sperem, me ejus exemplum reperturum. Non satis consulte Stewechius sacellum istud vidit in numo Constantini M., cujus et iconem dedit. ^{h)} At illud, quod sacellum putavit, aliud non est, quam pannus quadratus, aut vexillum ipsum, quale continuo describemus, et passim offerunt numi aevi Constantiniani. At praeter aquilam in monumentis veterum varii generis signa effecta conspiciamus. Iam in numis M. Antonii legionariis videmus positam aquilam inter duo signa trinis orbibus distincta et superne in cuspidem desinentia, quae deinceps brevitatis causa *signa simplicia* dicemus. Similis formae, et eodem numero signa videre est in denariis Clodii Macri et Severi, tum et in notis signorum a Parthis receptorum numis, inscriptis SIGNA. P. R., quorum complures sinit Morellius in incertis Familiarum Tab. 2, denique in moneta peregrina Caesaraugustae, Patrasum, Emeritae, Nicaeae, Iuliopolis-

a) L. LX. § 15. b) Pag. 485. 8. c) Inscript. pag. 665. d) B. L. Tom. XXXV. pag. 285. e) L. XLIII. § 35. f) de Prodig. c. 226. g) L. XL. § 18. h) ad Vegetii L. II. c. 6.

In numis Augusti signorum receptorum testibus Mars ultor d. aquilam, s. signum simplex tenet. In denariis gentis Semproniae Iulii Caesaris et Illviorum aetate cuspis juxta aquilam defixum est signum simplex, sed cui infra dictos orbiculos illigatus est pannus quadratus, de quo mox. Ejusdem formae signum Parthus genuflexus offert in notis denariis gentis Aquilliae, Durmiae, Petroniae. In aliis ex cuspide superiore praefigitur manus dextera explicata symbolo concordiae et fidei militaris. Talia signa comparent in citata Morellii tabula sub litera Q., et si eidem auctori fides, dexteram explicatam jam offert denarius M. Antonii ab Aurelio restitutus. In obviis Trajani numis consularis V. stat aquila inter duo signa, quorum uni dextera, alteri corona praefixa est. In aliis solea equorum ferrea, corona, et similia, qualia insculpta exstant in columna cochlide Trajani. Frequentissimum inter signa est pannus quadratus ex hasta suspensus. Vexilla vocat Cedrenus, eaque his verbis describit: ^{a)} Βικίλα, παραπετασµατα εκ πορφυρας και χρυσου εις τετραγωνον σχηµα πεποιηµενα. *Vexilla, vela ex purpura et auro forma quadrata.* Et Isidorus: ^{b)} *Vexillum, et ipsum signum bellicum, tractum nomen habens a veli diminutione, quasi velillum.* Similem vexilli descriptionem, quod inserto Christi monogrammate adornavit Constantinus M., habes apud Eusebium. ^{c)} In numis aliis hujus aevi, quos vide apud du Cange, varia alia

his vexillis inscripta videre potes, v. c. S. P. Q. R. vel VOT. X. etc. Haec stante adhuc rep. in usu fuere. Horum unum fingitur in denario Morelliano inter signa a Parthis recuperata, ^{d)} item in citatis gentis Aquilliae etc. denariis, et finguntur vexilla in numis Acci, Caesaraugustae, Damasci, Sidonis, Tyri, Ptolemaidis, Rheseacnae, denique et frequenter in numis imperatorum devexi imperii. De varia eorum forma modisque lege copiose differentem cel. le Beau. ^{e)} Fallitur ergo Ducangius, qui hujus formae vexilla olim fuisse tantum barbarorum, et nonnisi sero in legiones invecta docuit. ^{f)} Ea inferiore aevo dicta fuisse *labara* novo et ignoto hactenus vocabulo, docebit idem Ducangius. ^{g)} Draconum signis praefixorum inde a Trajano in legionibus frequens usus, de quibus aliqua jam attuli in moneta Philippi vaga, inscripta TRANQVILLITAS. AVGG., et videri possunt plura apud le Beau. ^{h)}

Commemoratis variis signorum formis, quas cum in moneta vetere, tum in monumentis aliis reperimus, aliqua etiam de eorum usu sunt praecipienda. Constat, aquilam fuisse princeps legionis signum, et quamdiu ea constitit, perpetuum. Reliquarum ergo formarum signa propria erunt putanda cohortibus, manipulis, centuriis, quae fuere legionis partes, tum et equitatui. Verum quae singulis his partibus signa fuerint tributa, difficile est definire, neque satis consilii reperit cl. le Beau,

^{a)} Hist. § 81.

^{b)} Orig. L. XVIII. cap. 3.

^{c)} Vita Const. L. I. cap. 31.

^{d)} l.

^{e)} sub lit. N.

^{f)} B. L. Tom. XXXV. pag. 290.

^{g)} Dissert. de num. inf. aevi § 20.

^{h)} l. c.

ⁱ⁾ l. c. pag. 302.

qui ad haec ambigua enucleanda omnem operam contulit. Hujus incerti causae praecipuae sunt, sive quod auctores veteres argumentum istud ex proposito nunquam sunt persecuti, sive quod varia aetate varius fuit signorum usus. Teste Plinio ^{a)} praeter aquilam ordines etiam anteivere lupi, Minotauri, equi, apri, sed et haec a Mario plane fuisse abolita idem profitetur. Animalia serius rursus signis fuisse illata, non addit, istud tamen alii sive auctores, sive monumenta diserte docent. Narrat Ap- pianus, ^{b)} legioni V. ob relatum egregiam de Scipionis elephantis in bello Africano victoriam datum a Iul. Caesare, ut elephantis ejus essent legionis insignia, idque sua adhuc aetate obtinere. Animalia varii generis alia, aut etiam numina fuisse signis praefixa, docent ea, quae dixi ad numos Viminacii, ac praecipue ad legionarios Gallieni numos, et quae, etsi huc pertineant, ne longior sim, non repeto. Tamen quas legionis partes haec signa anteiverint, non satis constat. Cohortes sua habuisse signa, ex veteribus quidem docuit cl. le Beau, ^{c)} sed qui eorum formam non ediderunt. Conjicit idem, cohortes vexillis fuisse distinctas. Verum praeterquam quod is mox infra vexilla cum equitatu communicat, numis aliisque monumentis istud non confirmatur. In denariis M. Antonii cohortes praetoriae habent aquilam inter duo signa simplicia constitutam, et nihil adeo spectatis his signis differunt signa cohortium a signis legionum. Chors spe-

culatorum in fisdem Antonii denariis tria signa simplicia insertis coronis et navium rostris offert. Cohors praetoria in numis Philipporum Macedoniae tria signa simplicia sibi addidit. In elegante marmore literato, quod post alios adcuratius edidit cl. Cajetanus Marinus, ^{d)} exhibentur duo signa simplicia opere anaglypho affabre elaborata, quibus inferne inscriptum: COHors III. PRAetoria, ut adeo dubitari non possit, cohortis illud esse signum. Noti Caligulae numi cum epigraphe: ADLOCVTIO COHortium quatuor milites adstantes sistunt, quorum quivis aquilam gestat. Ex ipsis ergo veterum monumentis probari nequaquam potest, vexilla inter cohortium signa fuisse.

Vexilla in equitatu quoque fuisse, existimat cl. le Beau, et aliquot istud exemplis comprobare nititur, ^{e)} quibus addere possum notos Neronis equestris decurionis numos, in quibus equites non raro vexillum praeferunt. Etiam Florezium in hac fuisse sententia video. ^{f)} Quidquid erit, istud certum, inserto numis vexilli typo totam saepe legionem intellectam. Sic in numis Caesaraugustae pro aquila comparet vexillum; in numis Daciae, Viminacii, Damasci, Sidonis, Tyri, Rhesaenae habes vexilla, quibus inscripta sunt legionum nomina; numi Ptolemaidis quatuor offerunt vexilla, quibus inscriptum VI. IX. X. XI, totidem nimirum legionum numeri. Ergo in omnibus his monumentis vexillum aquilae locum occupavit, uti e converso paullo supra vidi-

a) L. X. § 5.
ban. pag. 120.

b) de bell. civ. L. II. cap. 96.
c) l. c. pag. 295.

d) l. c. pag. 280.
f) Med. de Esp. pag. 131. et alibi.

d) Iscriz. Al-

mus, aquilam cohortibus quoque tribui. Paucis ut rem complectar, tam arbitrarium in veterum monumentis video signorum militarium usum, ut ex iis certi nihil et explorati erui possit, quae cohortibus, quae manipulis, quae centuriis, aut equitatui servierint. Isidorus, posteaquam praecipua legionum signa, scilicet aquilas, dracones, pilas enumerasset, sic finit: ^{a)} *Cetera signa diversis praelata agminibus secundum militarem consuetudinem existunt, per quae exercitus permixtionem praeliorum agnosceret.*

Postremo etiam de imaginibus Caesarum, quae pars fuere signorum militarium, agendum, atque istud tanto lubentius, quia haec disputatio rem etiam numariam contingit. Praelatas eas fuisse, et religiose ab exercitu observatas, frequentia docent scriptorum veterum testimonia. En horum nonnulla. Vegetius agens de prima legionis cohorte, ^{b)} *haec, ait, imagines imperatorum, hoc est, divina et praesentia signa veneratur.* Suetonius: ^{c)} *Artabanus Parthorum rex transgressus Euphratem aquilas, et signa Romana, Caesarumque imagines adoravit.* Arrianus: ^{d)} *τα σημεια της επιλεκτε στρατιας, αετοι, εικονες βασιλαιοι, στεμματα, παντα χρυσα, ανατεταμενα επι ευστρων ηργυρευμενων. [Signa conscripti exercitus sunt aquilae, imagines principum, coronae, omnia ex auro, erecta super hastis deargentatis.* Exemplum alia ex sequentibus pete. De iis, qui has imagines portabant, haec Vegeti-

us: ^{e)} *Aquiliferi, qui aquilam portant. Imaginarii, vel imaginiferi, qui imperatoris imagines ferunt.* Non Caesarum tantum Augustorumque, sed et illustrium privatorum imagines gestabantur. Germanicus Caesar in seditione militari praesentem patris Drusi imaginem pro concione adjuravit. ^{f)} Teste Suetonio ^{g)} largitus est Tiberius *quaedam numera Syriacis legionibus, quod solae nullam Sejanii imaginem inter signa coluissent.*

Cum ergo imagines principum certe in signis militaribus fuerint, quaeritur, quo modo illae, quae ex materia, et quo situ his in signis proponi consueverint. Constituisse has imagines numis maximi moduli, quae signis his quomodocunque insertae fuere, vetus fuit opinio Savoti. ^{h)} *Numismata, inquit, formae maximae, quae vulgo médaillons vocantur, meo iudicio illis imaginibus adnumerari possunt, quibus ornabantur signa militaria, praecipue minorum cohortium.* Non morarer in refutanda annosa hac, et nullis veterum testimoniis subnixā opinione, nisi eam haud ita pridem resuscitassent viri illustres a scientia antiquaria famae, cl. le Beau, ⁱ⁾ Comes Caylus, ^{k)} et qui utriusque iudicium adprobavit, ipse cel. Barthelemyus. ^{l)} His adde Pellerinium, qui certos quosdam Constantini II. et Constantis numos aureos moduli plane ordinarii huic usui fuisse destinatos edicere non dubitavit. ^{m)} Horum prior, ut suam nobis sententiam comprobaret, ad numos provocat non imperatorios modo, sed jam

a) Orig. L. XVIII. c. 3. b) L. II. c. 6. c) in Cajo c. 14. d) in dissert. Epict.
e) L. II. c. 7. f) Tacit. Ann. I. 43. g) in Tiber. c. 48. h) Num. antiq. cap. VI l.
i) Mém. B. L. Tom XXXV. pag. 298. k) Rec. d'Ant. Tom. IV. pag. 197. l) apud
utrumque laudat. auctorem. m) Mel. I. p. 169.

etiam consulares, in quibus conspiciamus, his signis a summa hastae parte usque ad mediam insertos orbiculos, eorumque unum alteri impositum, atque hos olim fuisse imagines variorum numinum, deinde imperatorum, quod item com. Caylus alibi disertè docet.^{a)} In hac ergo sententia imagines principum hastae signi militaris fuerunt insertae. Alio modo, docet idem, numi maximae formae imperantium vultus complexi ex summa hasta ope catenulae dependebant, idque adprobat Bartholemyus prolatis numis compluribus musei regii. Amplius istud confirmat indicatis numis Iustiniani, quos edidit com. Caylus,^{b)} qui catenula connexi alteri usui, ut uterque existimat, servire non potuere, nisi ut signo militari adfixi pendulique sacrarum principis imaginum vices agerent.

En tibi sola haec argumenta, quibus praeclari hi viri numorum maximae formae usum satis putabant comprobatum nulla alia sive scriptorum veterum, sive monumentorum producta auctoritate. Ergo illi imagines Augustorum non credidere seorsim exstitisse, aut illas seorsim in signis militaribus numerare, gestatasque hastis perinde, ac in aliis aquilam, sertum, manum explicatam, ac similia, et adeo has imagines principum, quos superstitio Romana aeternos sanxit, superisque aequavit, non nisi quandam ad signa ordinaria accessiorem putavere. Aliud docent oracula veterum, et certa monumentorum fides,

nimirum imagines Caesarum separata fuisse signa nulla cum aliis communione, et sic in legione perinde atque alia publice exposita, praelataque. Ex allatis altius Vegetii, Suetonii, Arriani testimoniis manifeste docemur, aliud fuisse aquilas, aliud signa Romana, aliud imagines Caesarum. Atque has seorsim ab aliis jam ipsas dictas fuisse signa, palam docet Fl. Iosephus, qui cum narrasset, Pilatum Tiberii in Iudaea procuratorem clam Hierosolymas intulisse Caesaris imagines, quod deinde ingentis in populo motus causa exstitit, addit, eas signa fuisse vocatas, τὰς Καισαρος εἰκονας, σημαῖαι καλεῖνται.^{c)} Et apposite adeo ad haec Iosephi verba dixit Suidas:^{d)} Σημαῖαι, σιγνα, προτομαί, commemorata continuo Iosephi narratione, quam modo adduximus. Recte Suidas has imagines vocat etiam προτομας; nam dubium non est, illas hastis praefixas protomarum habuisse speciem. Illustre argumentum (ut jam etiam ad ipsa monumenta delabamur) esto numus coloniae Viminacii, qui est in museo Caesareo, et jam olim editus a Frölichio.^{e)} In ejus averfa stat mulier, quae manu dextera signum militare tenet, cui more solito legio VII. inscripta est, ejus vero ἀπὸς imminet protome Gordiani, sinistra simile signum cum mentione legionis IIII., et imminente illi protome uxoris Tranquillinae. Nemo adhaereat ad mulieris vultum ex signo militari conspicuum. Satis enim cognitum, uxorios maritos jam inde a

a) Rec. III. pag. 240.

b) Rec. Tom. IV. pag. 197.

c) de Bell. Iud. L. II. c. 9. § 2.

d) sub Σημαῖαι.

e) IV. Tentam. pag. 123.

(Vol. VIII.)

M. Aurelio uxoribus suis titulum *Matris castrorum* indulgisse. Quin jam conquestus est Tacitus, ^{a)} Agrippinam Claudii, quod moribus veterum insolitum, signis Romanis praesedisse. Verisimile plane est, has principum protomas saepe laminis aureis vel argenteis in clypei formam fabrefactis insertas fuisse ad eum modum, quem alibi latius explicuimus, ^{b)} aut in vexillis acu Phrygia pictas, aut quocunque modo forma maiore, sic ut eminus ferire oculos possent, ex summa hasta conspicuas. Vide similes formas ex columna Trajani in pictura Morellii Segmento V. Ad haec si certum est, inter signa fuisse etiam simulacra variorum deorum, ut Victoriā, Herculem, Martem etc., eaque eo plane modo, quo aquilam, hastis gestata, cujus exempla praebet columna Trajani, et illustre marmor Romanum restitutum a Montfauconio, ^{c)} et alia passim monumenta, quae causa, cur negemus, eundem morem valuisse in signis Caesarum imagines publicae venerationi offerentibus?

Quocirca cum de certo modo constet, quo principum vultus in militum signis apparuere, necesse non est, huc adigere numos maximi moduli, quam equidem sententiam multis hactenus placitam non falsam modo, sed plane absurdam, quod illustrium virorum pace dixerō, ausim appellare. Falsam facile comprobavero. Inter omnes constat, huius formae numos nonnisi inde ab Hadriano feriri coeptos. At jam inde ab Augusto frequens apud scriptores de

his legionum imaginibus exstat mentio, et quod consequitur, has numis maximae formae constare non potuisse, quod nondum exstiteret. Sed et absurdam iure dixi. Figebantur in castris imagines deorum principumque, ut ex alto conspicuae militem ad pietatem, reverentiam, fidem cohortarentur. Finge tibi numum volumine suo ex maxime porrectis unum, quos unquam in illustribus museis conspeximus, eumque sive ex signo militari pendulum, sive mediae hastae insertum. At observa pariter, in numis etiam amplissimi voluminis, ut late procurrat eorum margo, ipsum tamen principis caput plerumque non magnopere excedere illud, quod in aeneis I. formae conspiciamus. Observa item, ut quid possit ingenerare animo reverentiam, illud non angustis finibus circumscriptum esse debere, sed eo volumine, ut oculis facile percipi possit. An vero istud praestabunt effigies ex hasta suspensae, illaeque tam arcti voluminis, ut, si principum lineamenta dignoscere velis, istud nisi oculis proxime admotis nequeas? Ergo Artabano regi, de quo altius egimus, cum ad adoranda signa R. accessisset, posteaquam fulgentem late aquilam, et simulacra deorum salutavit, cum ad imagines Caesarum ventum esset, aliud oblatum non est nisi vultus principis in angusto metallo expressus? Orto in legionibus Germaniae inferioris tumultu quidam ex primanis quintanisque saxa in Galbae imagines jecerunt. ^{d)} Clarum experimentum, si scopum, quem pete-

a) Ann. XII. 37.
d) Tacit. Hist. I. 55.

b) Doctrina Vol. VI. pag. 121.

c) Ant. expliq. Suppl. IV. pl. 21.

bant, adsequi jactu potuere. Atque post haec disputata jure arguemus, has principum imagines fuisse veras protomas sive caelatas in auro argentove, sive coloribus expressas, sive intextas vexillis quadratis, juxtaque eas magnitudine, ut longiore etiam intervallo a circumstantibus potuerint dignosci. Et jure adeo aspernamur indigestam illam sententiam inde a Savoto praeclaris viris probatam de numis maximae formae signo militari insertis. Sunt multa,

quae a majoribus tradita inconsulte a successoribus tolluntur, nulloque diu examine in posteros propagantur; quo modo phialae lacrimatoriae primo auctore Chiffletio per diu ab illustribus etiam antiquariis ad sensum nactae sunt, donec annosae huic fabulae sanior Schöpslinus fidem omnem ademit, *) quibus jure addas famigeratas illas Lucernas dictas vulgo perpetuas in veterum sepulcris saepe repertas. b)

C A P V T XVI.

DE NVMIS INFERIORIS AEVI.

Hi multis causis adeo a moneta superioris et mediae imperatorum aetatis abludunt, praecipue ex quo unus Oriens esse Romanus perrexit, ut necesse sit, de ejus statu et conditione aliqua commemorare, ex qua tamen copia aliud hoc loco adferendum non putavi, quam quod explicatione, aut saltem mentione dignum esse videbatur. Quamobrem multa praetereo, quae monetae isti vulgo propria putantur, ut generatim typos, inscriptiones, literarum formam, varias ejus appellationes, artem paulatim in summam barbariem prolapsam, partim quod has partes jam alibi atti-

gimus, partim quod illae usu et experientia consultisque numis, citius solidiusque, quam praecipitis discuntur. Ceterum qui hoc in argumento latius instrui cupit, adeat opus cel. Caroli du Fresne D. du Cange, ex quo plerique, quidquid ad hujus aevi monetam pertinet, hausere, et quod inscribitur: *de imperatorum Constantinopolitanorum, seu inferioris aevi numismatibus dissertatio*.

Materiam omnem, quam tractandam suscepi, sequentibus articulis completor:

§ I. de nominibus, ac titulis imperatorum.

a) Paciaudi Mon. Pelop. Vol. II. pag. 180.

b) ibid.

§ II. De cultu Augustorum.

§ III. De Christo, deipara, et sanctis.

§ IV. De inscriptionibus dubiis.

§ V. De pondere, et valore numorum hujus aevi.

§ VI. De urbibus, et officinis monetariis.

§ I.

De nominibus, ac titulis imperatorum hujus aevi.

Multa nomina ac titulos, quibus altius imperium usum est, praefens abolevit aetas suffectis novis. Illustri *imperatoris* titulus, sive instar praenominis, sive captus ex victoriis, tum et nomen *Caesaris* inde a Iuliano raro amplius reperiuntur. In insolentibus habenda epigraphe, quam offert aeneus Valentis III. formae, qui est in museo Caesareo: IMP. CE. VALENS etc. ΑΤ. ΤΟΚΡΑΤΩΡ tamen legitur in numis Nicephori II. Phocae, Zimiscae, denique Ioannis VIII., et Constantini XIV. Palaeologorum. Paullatim etiam loco moti tituli *Dominus Noster*, et *Augustus*, etsi CEBATOC legatur adhuc in numo Ioannis VI. Cantacuzeni, sed plumbeo. Eandem fortunam experti sunt tituli PIVS FELIX. Sed de horum fato curatius egimus in iis locis, in quibus horum nominum naturam explicavimus. Agendum jam de iis, qui superiore aevo ignoti, nunc denique accessere.

FLAVII praenomen. De hoc erudite differuit Ducangius. ^{a)} Flaviorum

gens stante rep. non magnopere inclauit. Dignitatem attulit Flavius Vespasianus, cuius gente cum Domitiano extincta illud nomen in Augustis definire coepit usque ad Constantium Chlorum, qui cum se oriundum ferret ex genere Claudii Gothici, cui fuisse nomen Flavio adfirmat Trebellius, nomen istud resuscitavit. A Chloro in filium Constantinum M. translatum propter hujus imperatoris celebritatem famae ad summum splendorem est provectum, atque ut olim Domitianus genti suae Flaviae templum erexit, sic et per Africam sacerdotium decretum Flaviae Constantini genti narrat Aurelius Victor. ^{c)} Deinceps omnes, qui ex Constantii Chlori progenie fuere, Flavii praenomine usi sunt, Crispus, Delmatius, Hanniballianus, tres Constantini M. filii Constantinus junior, Constans, Constantius, Nepotianus, Constantius Gallus, et Iulianus, quin et Max. Fausta Constantini M. uxor, et Mag. Magnentius, etsi ad Chlori stirpem non pertinuerint. Illustri hac domo cum Iuliano extincta, tamen, qui hunc excepit, Iovianus, etsi Flaviorum gentem non contingeret, Flavii sibi nomen addidit, et post eum longa Augustorum, et Augustarum series, etsi horum plures illo in numis abstinere, testimonio tamen marmorum et scriptorum. Nimirum Flavii nomen a Constantino M. tantopere nobilitatum hac aetate tantum valuit, quantum olim nomen venerabile Caesaris, quod extincta etiam cum Nerone Caesarum domo a successoribus adoptatum fuit. Addit Ducangius, illud a regibus quoque

^{a)} Dissert. § 36.

^{b)} Suet. in Domit. c. 17 5.

^{c)} in Constant. M.

Gothis, et Longobardis fuisse adscitum, ut majorem sibi hac nominis superstitione auctoritatem conciliarent, quin etiam jam Constantini M. aetate cum summis reip. viris, consulibus, praesidibus, clarissimis, patriciis fuisse communicatum.

PERPETVVS Augustus. Succesit in locum tituli PIVS FELIX. Iam in numis Constantini M., sed rarius, legitur PP. AVG., id est: *PerPetuus AVGustus*, quo modo serius plerumque scriptum fuit. In numis Iuliani: PP. AVG. vel PERP. AVG. In numis Ioviani: P. F. P. AVG. vel P. F. PP. AVG. vel P. F. PERP. AVG. vel PPP. AVG. Perpetuitatem imperatoribus perinde atque aeternitatem tribui fuisse solitam, alias in horum numis vidimus.

VICTOR, quo titulo se jactabat in numis Constantinus M., ejusque filius Constantius, tum et Valens. — Infolentior est: *FORTissimus CAESar*, quo usus est Decentius.

Pietatem in superos redolent tituli PISTOS, *fidelis*, vel si plures fuere, PISTV, pro ΠΙΣΤΟΙ. Vide numos Michaelis II. Balbi, Basilii I. Macedonis, aliorumque. — EVSEBES, Pius, dicti Leo VI., Constantinus X., etc. — SERVum CHRISTI se palam profitetur Iustinianus II. Rhinotmetus.

ΔΕCΠOTHC. Sic appellantur imperatores in obviis infimi aevi numis, olim in iis dicti *domini*, utroque nomi-

ne idem significante. Augustarum nomen fuit DESPOVNA, et sic vocatur in numis Theodora Theophili Aug. uxor. Sed ΔΕCΠOINA dicitur etiam virgo deipara in numo Constantini XII. Monomachi, quem vide. Vide de his titulis plura apud Ducangium, ^{a)} et Spanhemium. ^{b)} Ceterum *δεσπορς* nomen jam olim fuisse tributum imperatoribus, docet marmor Thyatirenium positum Caracallae, quod eum compellat TON. ΓHC. KAI. ΘΑΛΑCCHC. ΔΕCΠOTHN. ^{c)}

BACIAETC, *rex*. Nomen hoc, olim Romanorum odiis petatum, veteri imperatoris et Augusti vocabulo suffecere imperatores Orientis, ex quo linguae Latinae usus plane coepit disperdi. Et sane vocabulum istud faciliorem propterea nactum est aditum, quia jam olim imperatores R. a scriptoribus Graecis falsim βασιλες vocari sunt soliti, quin et nonnunquam sic vocati in numis, ut alibi praecepimus. Primam reperio Irenen Leonis IV. Chazari uxorem, Carolo M. coaevam, quae in numis BASILISSH dicitur. Obvia subinde NICIFOROS. BASILE. — BACIAETC. ΡΩΜΑΙΩΝ. et similia.

§ II.

De cultu Augustorum in numis inferioris aevi.

Cultus Augustorum in aetatis hujus moneta ab eo, quo majores usi sunt, varie, atque, ut processere tempora,

a) Dissert. § 34. 35.

b) Tom. II. pag. 487.

c) Spon Voyage Tom. III. pag. 116.

magis, magisque abludit, sic ut ad extremum nihil veteris moris obtineret. Ad imagines ipsas quod attinet, rara in praecedentibus protome, nisi in numis maximi moduli, sola capitis pictura contentis. Ea jam inde a Probo etiam minutam monetam invasit, additis quoque manibus hasta clypeoque armatis, aut equum freno retinentibus. Postremum Augustos totos regio ornato conspicuos proponere placuit. Inde ab Honorio in aureis, qui solidi sunt dicti, sistuntur medio corpore, vultu intuentibus adverso, panopliam induti, nimirum galeam, thoracem, tum dextera hastam, sinistra clypeum praeferentes, at solidorum partes, tum et numi aenei in sua plerumque protome acquiescere. Varias alias causas operosum esset, atque inutile recensere, et docebunt numi inspecti.

Barbam, quam radere primi Augusti pro ejus aetatis more consuevere, ab Hadriano fuisse revocatam, alibi diximus. Valuit novum istud institutum usque ad Constantinum M., qui majores imitatus leve mentum praehabuit. Ejus exemplum secuti sunt filii, et qui ad gentem suam pertinere, dempto Iuliano, cui, quippe philosopho, magna philosophiae pars in barba fuit reposita. Inde a Ioviano omnes iterum imperatores genas habuere leves. Primus Phocas barbam coepit adpendere, ac deinceps omnes usque ad imperii excidium. Narrat quidem Cedrenus, Heraclium adhuc privatum late promissam aluisse barbam, sed cum primum factus est imperator, aliorum Augusto-

rum more comam, barbamque attoluisse. Mirum sane, Ducangium haec Cedreni verba recitantem ^{a)} non opposuisse invicta numorum, quos vel ipse vulgaverat, testimonia, qui omnes Heraclium, et qui proxime praecessit, Phocam barbatos sistunt. An verisimile, alium cultum a monetariis tributum fuisse Heraclio, quam quo revera fuit, praecipue cum barba tum novi esset in Augustis exempli? Quare docentibus numis a Phoca imperatores omnes confidenter barbatos statuo. Neque mirum, ejus aetatis Augustos Graecae plebsque prolapsae abolito Latinorum barba abstinentium more paulatim ad gentis suae consuetudinem deflexisse.

Diadema, gestamen olim populo R. invisum, illudque laurea, radiisve destitutum, primus item invenit Constantinus M., ut in hujus moneta diximus. Idem quoque illud distinguere unionibus et gemmis instituit, quod ex numis ipsis manifeste apparet. Talis formae fuit diadema Iuliani II. testimonio Ammiani, ut diximus alibi. ^{b)} Regium istud capitis ornamentum diu deinceps duravit, etsi non raro galeae locum celsit. Vide etiam dicta in tractatu de cultu capitis Augg. capite V.

Nimbus, seu circulus, sive discus circum caput, quali artificum manus hodie divorum coelitem capita distinguere solent, hoc etiam imperante numos occupavit. Verbum *nimbus* varie olim fuit acceptum. Quod ad rem numismaticam pertinet, fuit nimbus teste Isidoro ^{c)} *fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum.*

a), Dissert. § 67.

b) Vol. VIII. pag. 132.

c) de Orig. L. XIX. 31.

Ejus ope puellae, ut pulcriores viderentur, *imminuebant frontes*, ut narrat Arnobius. ^{a)} Nimbus hic in dearum fronte, praecipue Iunonis, saepenumero conspicitur, ut adeo capita hoc insignia non inique *nimbata* dici possint praeunte Plauto. ^{b)} Alio modo acceptus nimbus, et qui est proprie hujus loci, erat quaedam umbella, vel clypeus rotundus caput ambiens, cujus origo remotae est vetustatis. Apud Aristophanem ^{c)} aves suadent iudicibus, ut sibi tanquam statuis lunulas, *μηνίσκους*, faciendas current, ne, si eorum suffragiis victae discederent, merda ab se contaminentur. Quo loco scholiastes: *Μηνίσκους, ἀνεπαρομάτα των ἀνδριαντων, δια το μη ἀποπατειν κατ' αὐτων τα ὄρηα. Lunulas, quae sunt operimenta statuarum, ne eas sordibus aves commaculent*, idque repetunt Hesychius, et Suidas. Fuisse autem has lunulas impositas capiti, paullo supra idem monuit. Quod alias usvenire videmus, ut quae primum necessitatis, utilitatisve causa recepimus, subinde in ornamentum, ceu aedium fulcra in columnas, cesserint, idem his etiam umbellis evenisse videtur, quae adstitutae primum deorum statuis munditiae causa, deinde proprium quoddam eorum attributum evasere, quo veteres lucem quandam divinam ex iis promicantem intelligi voluere, quam Latini *nimbum* dixere. Eodem fere sensu Servius vocabulum *nimbus* explicat, quando ad verba: *nimbo succincta* Aen. X. 634 haec notat: *id est: nubibus, quia praemisit*,

agens hyemem, quod nisi esset, splendorem acciperemus, qui est circa corpus deorum. Idem ad verba Aen. II. 616 *nimbo effulgens* addit: *nube divina*, cui in quibusdam ejus codicibus continuo subjicitur: *est enim fulgidum lumen, quo deorum capita cinguntur; sic etiam pingi solet*. Rursum ad verba: *Et lunam in nimbo* Aen. III. 587 *proprie nimbus est*, ait, *qui deorum vel imperantium capita quasi clara nebula ambire fingitur*. Sed nolim posteriori utrique Servii testimonio omnem habere fidem, quoniam in plerisque aliis ejus codicibus abesse video. Tamen pro hoc succurrit Isidorus, ^{d)} qui, ut habent castigatiora ejus exemplaria, *nam et lumen*, inquit, *quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur*. Forte et nimbus est illud capitis ornamentum, quod inter alia tanquam Augustis proprium sic describit Mamerlinus: ^{e)} *illa lux divinum verticem claro orbe complectens*.

Sequitur indagandum, quo tempore nimbus adhiberi in monumentis coeperit. Philippus Buonarrotus, qui in ornamentis hujus originem prolixè inquisivit, non reperit aliud antiquius pictura ex thermis Titi capta, quae nimbatum sic Apollinem sistit. ^{f)} Antiquius tempus adsignat pictura Herculanensis, in qua exhibentur duae figurae juveniles, ex quorum capite in orbem divergunt radii, quorum intervalla nebula tenuissima instar subtilis araneorum telae explet. ^{g)} Nimbatum etiam videas Iovem in gemma, quam dedit Montfauconius, ^{h)} tum

a) L. II. b) Poen. Act. I. sc. II. v. 135. c) in Avib. v. 1114. d) l. c. e) Paueg. ad Maximian. c. 3. f) Framm. di vetro pag. 61. g) Pitture d' Ercol. Tom. II. tab. X. h) Antiq. Supplem. Tom. I. pag. 41.

et in eadem tabula quatuor planetas nimbo circulari praeferentes. Ex numis, qui eum praeferunt, Buonarrotio,^{a)} et Bimardo^{b)} antiquissimus compertus est Antonini Pii, quem ostendit Oisselius,^{c)} in quo ejus Augusti caput in averfa stantis nimbus ambit. Est idem nitidissimus, ac primae formae aeneus in museo Caesareo, et inscriptus COS. IIII. In eo nimbus luculentus est, sed per intervalla radiis sectus. At vero nimbium purum, id est, sine radiis, sola circuli forma, post multos serius annos primus offert numus aureus Constantini M., quem vulgavit Morellius inscriptum: GAUDIVM. ROMANORVM,^{d)} sequitur alter aureus Faustae uxoris ab eodem vulgatus, sed sine iconismo,^{e)} deinde Constantis, Constantii, et obvii subinde alii imperatorum Orientis, ac praecipue in aureis praegrandibus Valentis, qui sunt in museo Caesareo.

Ejus nimbi significatio diversa non fuit ab ea, quam veteres adsignavere coronae radiatae, nimirum qua aeternitas, ac divina quaedam natura intelligebatur, ut alias diximus.^{f)} Hanc cum Graecorum, Romanorumque adulatio suis etiam principibus adsignaret, evidens est, illis in istud quoque ornamenti genus jus fuisse. Ex eadem causa illud artifices in omnis generis artefactis Christianam religionem spectantibus tribuerunt Christo, deiparae, angelis, hominibusque in coelum receptis, ut palsim docent monumenta Christiano-

rum inde a Constantino M. elaborata, atque inter haec numi quoque. Sed in his nimbus capiti Christi pone adfixus istud plerumque habet peculiare, quod crucem orbi suo inclusam exhibet. Secundum hos nimbo etiam ambiuntur capita Augustorum, Augustarumque, sic ut is, saltem in numis, horum symbolum fuisse proprium videatur. Colligo istud ex numo Valentis, in cujus averfa videas Valentinianum, et Valentem nimbatos, stantem vero in horum medio puellum Gratianum sine nimbo, quia tum Augustus nondum fuit. Mirandum autem foret, Christianos imperatores inde a Constantino M. in moneta publica divinitatis notam usurpasse, nisi aliorum constaret, ejus aetatis ingenia in summo adversus religionem adfectu saepenumero aut prave fuisse religiosa, aut rudia, et male exculta, et ipsos ejus aetatis imperatores in legibus suis ac edictis *numen* suum, *aeternitatem*, *divinitatem* jactare non esse reveritos, cujus arrogantiae, verius insaniae exempla collegit Vandalus.^{g)} Neque animalibus nimbi bonos negatus fuit, modo cum sacris illa, divinisque rebus connecterentur. Ita Romani adhuc idolorum cultores phoenici avi nimbium sunt largiti, quia nimirum aeternitatem significaverat, et illo Christiani artifices agnum dei, et quatuor evangelistarum animalia symbolica, sacrorum scilicet herorum reverentia, exornavere, neque alia de causa aquila duplex; jam ex longo Romani imperii insigne, nimbata

a) l. c.
tab. VII. n. 1.
c. 6:

b) ad Iobert. Tom. I. pag. 4to.
c) ibid. pag. 53.

d) Thef. num. tab. LXVII. 1.

e) Vol. VI. pag. 270.

f) Spec.
g) de Oraculis Dissert. II.

habet capita, nisi quod illud sacrum vulgo habetur, et dicitur.

Saepe imperatores coelitus in numis coronantur, idque tum peragit vel manus ex alto demissa, quod perfrequens, aut Christus ipse, unde vocati *θεοσεντοι*, a deo coronati, saepius deipara. Vide Ducangium. ^{a)})

Praetereo alia capitis tegmina, ut *camelaucium*, de quo Ducangius, ^{b)}) quae, ut alia omnia, in variis imperatoribus varia fuere. Vide etiam, quae Anna Comnena de varia coronarum vel diadematum forma, qua aevo suo sive imperator, sive sebastocrator, sive Caesar utebantur, enarrat. ^{c)})

Enarratis capitis ornamentis succedunt ea, quae imperatores praeferre manu consuevere.

Globus cruciger. Globus inde ab Augusto symbolum imperii in orbem terrarum est habitum, ut in hujus moneta diximus. Globo deinde imposita fuit Victoria, quia hujus beneficio imperium orbis non modo partum, sed et conservatum debebatur, quam opem cum subinde principes Christiani magis crucis signo acceptam referrent, in Victoriae locum crucem constituerunt. Globus hujus formae primum comparet in numis Ioviani Victoria eum gestante, serius frequens est in imperatorum manu. Neque vero novum istud imperii insigne scriptoribus fuit indictum, quorum testimonia dabunt Ducangius, ^{d)}) et Bandurius. ^{e)}) Vide, quae alia huc fa-

cientia diximus in moneta Ioviani.

Vexillum, quod fuit hastile, ex quo pannus quadratus pendebat, dictum etiam hoc aevo *labarum*, incerta vocabuli natura. Hujus formam vexilli fuisse perantiquam, et jam in usutempore Romae liberae, minime vero, quod contendit Ducangius, ^{f)}) repertam a barbaris, et nonnisi sero a Romanis receptam, disputavimus altius pag. 494. Inde a Constantino M. plerumque monogramma Christi illi inscriptum legitur.

Mappa, volumen, acacia. Saepe imperator aliquid cylindri specie manu praefert, quod quid sit, nondum hactenus inter eruditos convenit. Alii map-pam dixere, qua jacta imperatores, consulesve signum inchoandorum Circensium dedere. Alii volumen, quale saepe senatorum simulacra manu gestant. Alii acaciam, quae fuit pannus quidam pulverem intus continens, ut ait Codinus, quamque sinistra tenere imperatores, ut constanter admonerentur et humanitatis, et moderationis. Elige, posteaquam haec disputata legeris apud Ducangium, ^{g)}) Iobertum et Bimardum, ^{h)}) et Philippum Buonarrotum. ⁱ⁾)

Narthex secundum aliquorum testimonia imperatoris quoque manu gestatur. Insigne istud Ducangio minus quoddam labarum fuisse videtur. ^{k)}) Ejus formam reperisse mihi videor in binis numis apud Pelleriniam. ^{l)})

Supereissent adhuc nonnulla expedi-

a) Dissert. § 29. b) l. c. § 17. c) Alexiados L. III. p. m. 65. d) Dissert. § 18.
e) in numis Ioviani p. 445. f) Dissert. § 20. g) Dissert. § 12, 13. h) Science des
méd. Vol. I. p. 372 et 421. i) Framm. di vetri p. 251. k) Dissert. § 21. l) Mel. I.
tab. VI. n. 17 et 18.

enda, quae ad imperatorum in numis rem vestiariam pertinent, sed fas mihi puto hoc argumento abstinere, cum quia numi propter operis barbariem parum lucis adfundunt, tum quia haec causa etli sedulo tractata parum habet utilitatis, voluptatis certe nihil.

§ III.

De Christo, deipara, et sanctis.

Constantinus M. damnato palam idolorum cultu ad sacra Christiana conversus continuo novi cultus argumenta inferri monetae praecepit, non tamen adhuc in hac aliud praeterquam monogramma Christi literis XP. colligatis indicatum reperitur, ut dixi in numis huius Augusti, quo loco etiam monogrammati huius originem, et naturam explicavi. Serius crux ipsa illata numis additis variis inscriptionibus, ut: VI-CTORIA. AVGG. quae frequentissima, — DEVS. ADIVTA. ROMANIS, inde ab Heraclio I. — IHS. XPISTVS. NIKA inde a Constantino VI., — CVRIE. BOHΘH. TO. SO. ΔOVΛO, vide numos Theophili. Coepit ergo esse crux non modo argumentum fidei Christianae, sed etiam victorum hostium. Iam inde ab Augusto saepe vidimus Victoriam globo, seu pilae insistentem, cujus causam suppeditat Isidorus: ^{a)} *Pilam in signo constituisse fertur Augustus propter nationes sibi in cuncto orbe subjectas, ut magis figuram orbis ostenderet.* Serius globo dejecta Victoriae imagine imposita crux, argumento, ejus virtute non

veterem modo superstitionem, sed imperii etiam hostes fuisse profligatos. Vide etiam dicta articulo praecedente, tum et in numis Ioviani. Sed de hoc crucis signo ac forma in variis huius aevi monumentis habes largam messem in Iacobi Gretseri opere eruditissimo de Cruce, tum et nonnulla in laudata saepe Ducangii dissertatione.

Ipsa Christi effigies inde a Iustiniano II. Rhinotmeto in numis obvia. Sedet venerabili specie, nimbo caput ambiens, eoque crucis radiis quadrifariam secto. Attollitur dextera benedictis more, sinistra Evangeliorum librum tenet. Vide haec omnia latius exposita apud Ducangium. Scriptum juxta frequenter: D. N. IHS. XS. REX. REGNANTIVM, vel: IC. XC. O. EMA. NΘHA, quod postremum occurrit in numis Manuelis I. Comneni.

Secundum Christum maximus in huius aevi numis honos habitus virgini deiparae. Pingitur in numis placido ac tranquillo statu aut stans expansis ad protegendum manibus, vel sedens, et infantem Christum in sinu gerens. Inscriptiones sunt: ΔΕCΠOINΑ. CΩZOIC in numo Constantini XII. Monomachi, vel: ΘΕOTOC. BOHΘ. ΡΩΜΑΝΩ, Romani IV. Diogenis, frequentissima est sigla MP. ΘΤ. id est: *μητηρ θευ*. Singularis est imago deiparae moenibus urbis Constantinopolitanae circumdata, quam vide in numis Michaelis VIII. et Andronici II. Palaeologorum.

Sanctis quoque locus in moneta honorificus datus, ac primum quidem archangelo *Michaeli* in numo Theodori I.

a) de Orig. I. XVIII. c. 3.

Lascaris, aliisque nonnullis, scripto O. AFIOC. MI., vel: AFIOC. APX. MI., deinde *S. Georgio*: O. ΓΕΩΡΓΙΟC in numis Alexii I. Comneni, Ioannis II. Porphyrogeniti etc. Hitantum Ducangio fuere cogniti. Serius emerferunt *S. Eugenius*: O. ΑΓΙΟ. ΕΥΓΕΝΙΟ in numo Manuelis I. Comneni, et *S. Demetrius*: O. ΑΓΙΟC. ΔΗΜΗΤΡΙΟC, in numis Theodori I. Lascaris, et Andronici II. Palaeologi.

§. IV.

De inscriptionibus dubiis in numis inferioris aevi.

Inscriptiones in hujus aetatis moneta aut sunt ex vetere lege, ut: VICTORIA. AVG. — VOTA. PVBLICA etc. aut novae, et superiori aevo ignotae. Illae explicationem suapte facilem praebent. Hae, etsi novae, aut se ipsae quoque explicant, ut: GAVDETE. ROMANI — FELICITER. NVBTHS — DEVS. ADIVTA. ROMANIS etc. aut significationem continent, a qua eruditi seu propter reperiendi difficultatem abstinendam manum duxere, seu, ubi explicare ausi sunt, parum istud sibi feliciter celsisse communis fert opinio.

In harum censum veniunt primum sequentes:

XCVI. vel VCVI. in numis Diocletiani.

XCVI. in numis Maximiani Herculei.

XCVI. vel VCVC. in numis Constan-

tii Chlorig non dum Augusti.

XCVI. in numis Gal. Maximiani non dum Augusti.

Sunt hi numi omnes argentei, in omnibus epigraphe intra lauream, omnes Diocletiano imperante signati, nam in numis Chlorig, et Gal. Maximiani jam Augustorum hic modus non amplius comparet. Has literas Iobertus Harduinum secutus interpretatur *Decennialibus Constantii, Vota imperii.* ^{a)} Quam sententiam in subjecta nota jure sugillat Bimardus. Causam enim sibi dari postulat, cur vota decennialia Constantii Chlorig legantur in numis Diocletiani, et Maximiani, neque unquam horum decennialia, vel vicennialia in numis Chlorig? Ad haec, cur nunquam in his numis reperiantur decennialia Diocletiani, vel Maximiani indicata simili modo sic: XDVI., vel XCVI.? Quaeri etiam posset, quem deinde sensum Iobertus tribui velit literis VCVI. vel VCVC., sed vereor, ut haec lectio sit sincera; nam etsi eam sic promulget Bandurius, tamen in numis similibus, quorum justus numerus est in museo Caesareo, non aliud legitur, quam XCVI. Conjicit Bimardus, legi forte posse *Decennialibus Caesarum vota imperii*, at quaerere iterum licebit, cur tantum decennialia Chlorig et Gal. Maximiani Caesarum in his numis indicare placuerit, et non etiam vota Diocletiani et Maximiani Herculei Augustorum? Fatendum igitur, de harum significatione literarum nihil adhuc nobis certi constare.

a) Science des méd. Tom. II. pag. 153.

Eidem dubio subijcio etiam notas HK in numis Heraclii I., ΦK in numis Phocae, CN in numis Iustini I., de quibus egi in moneta Heraclii, et Iustiniani I.

Succedunt * numi aenei omnis formae inde ab Anastasio, et per proxima imperia signati:

Litterae E, I, K, M majore forma in medio numi expressae, non raro etiam V.

Harum loco inde a Iustino II.

Numeri X, XX, XXX, XXXX.

Horum explicatio signorum varias, et non raro frivolas opiniones parturivit. Conjecit aliquando Iobertus, M indicare *Maria*, I *Iesus*, K *Constantinus*, sed ab hac se conjectura serius purgavit. ^{a)} Sanxit olim Peyssonelus, ut testatur eruditus Guys, ^{b)} litteram M hujus aevi numis tam frequenter inscriptam esse initium nominis *Maria*, quia testibus historicis Graecis Constantinus M. Byzantium, cujus is alter conditor fuit, deiparae dedicavit. Similes opiniones commemorasse refutasse est.

Aliam sententiam parturivit fecundum Harduini ingenium, quam lubet verbis Ioberti exponere. ^{c)} Statuit is, numeros hos indicare varia tributa imperatoribus pendi solita decimi, vicesimi, tricesimi etc. denarii, ut loquuntur Galli. Quare notae Graecae I, K, M notant denarium decimum, vicesimum, quadragesimum, et notae Latinae X, XX, XXX, XXXX ejusdem numeri denarium. At enim haec ipsa Harduini dictata copiosis, solidisque ar-

gumentis refutavit Iobertus, ^{d)} quae restituere operae pretium non existimo, cum vix esse putem, qui sententiam hanc adprobare volent, et cupidis pateat ad laudatum auctorem aditus. Ipsi-
us Ioberti de his opinio fuit: ^{e)} his notis indicari pretium numi, sic ut notae I vel X significant decem obolos, vel quamcunque aliam minutoris pecuniae sub se contentae speciem, et sic per numeros alios progrediendo. Non repugnarem huic sententiae, partim quia jam moneta Romana stantis reip. similes habuit seu spectato pondere, seu valore divisiones, partim quia revera videmus, numos aeneos maximae formae semper praeferre M, vel ei respondens XXXX, aeneos III. formae semper I, eique respondens X, verum illud vellicat, quod M et XXXX legantur perinde etiam in numis I et II. formae, et I et X in numis quoque II. formae, et quidem in numis sub uno eodemque imperio signatis. Offendit et illud, quod admissa hac divisionis lege mirum videatur, cur nunquam, quod norim, occurrat littera A, cum tamen in numis divisionis Latinae frequenter occurrat respondens illi XXX. Priorem quidem difficultatem a fluctuante pondere captam Iobertus alibi, ubi idem argumentum latius persequitur, ^{f)} elevat dicendo, fuisse, ut olim tempore Romae liberae, sic etiam hoc aevo causas, cur imperatores necesse duxerint, minori monetae ponderi majorem assignare valorem. Sed vereor, ne haec omnia, etsi prae Harduinianis illis

a) Sc. des méd. Tom. I. p. 139.
d) Tom. I. p. 180.

b) Voyage litt. de la Grèce Tom. II. p. 15.
e) Tom. I. p. 140.

c) l. c.
f) Tom. II. pag. 46.

plus habent probabilitatis, speciosius dicta sint, quam verius. Quamquam, quaecunque sit manente eadem nota diversitas ponderis, salva tamen esse potest Ioberti doctrina, si perpendamus, hac aetate ut omnium rerum, sic et rei monetariae summam fuisse perversitatem. Ceterum si a removendis his dubiis manum retraho, tanto facilius veniam merebor, quanto certius constat, ne ipsos quidem illos, qui dedita opera hujus tantum aetatis monetam sibi explicandam sumpserunt, Ducangium intelligo, et Bandurium, viros perspicaces sane, ac eruditos, implexam hanc, atque intricatam doctrinae partem voluisse attingere, eamque etiam procul habuerit Bimardus de la Bastie, etsi severus hic censor in omnibus fere aliis causis Ioberti dictata aut correxerit, aut novis solidisque argumentis confirmaverit.

Praeter inscriptionem partis avergae, literasque, quae imum numi segmentum occupant, saepe, praecipue inde ab Aureliano, occurrunt in area numi litera una, duae, rarius tres quatuorve, eaeque vel Latinae, vel Graecae, vel utraeque permixtae. Eas Iobertus esse ἀρχαῖως vocabulorum existimat, sicut B T significet *Beata Tranquillitas*, F T *Felicitas Temporum*, C R *Claritas Reipublicae*, etc. atque hanc explicationem certissimam existimat propterea, quia similia vocabula saepe plene perscripta in numis reperiuntur, ipsa vero propter spatii angustias tota inscribi non potuerunt. *) At vero iudicium istud, utut ingeniosum videri potest, palam tamen

fallit. Certum est enim, inscriptionem avergae semper ad typum juxta positum referri, ergo si inscriptio quaedam typum jam habet, cujus causa adposita est, nonne otiosam putabimus epigraphen alteram, quae quorsum referatur, non habet? Esto Victoria et epigraphe, et typus partis avergae, quid quaeso ad hanc pertinebit *Beata Tranquillitas*, quam, ajunt, posita juxta literae B T eloquuntur? Ad haec non sufficit ad statuendam generalem quampiam legem, esse aliquas literas, ex quibus facilis quidam sensus possit erui, cum majore multo numero sint aliae, ex quibus istud obtineri nequit. Hujus generis sunt literae solitariae vel Latinae, vel Graecae, quae adeo initium epigraphes esse non possunt, cum haec raro, praecipue in numis inferioris aevi, unico vocabulo absolvetur, aut Latinae Graecis sociatae, ut ΓΓ. ΑΓ. etc. aut notae sine dubio arithmeticae seu Latinae, seu Graecae, ut VI vel KS, aut ejus rationis, quibus ne Harduini quidem ingenium significationem reperiatur, ut BKV, IKV. Consultius igitur erit statuere, has literas aut esse notas monetariorum, quibus aut officinae se distinxere, aut aliquid intellectum fuit, quod cum explicare volumus, aliud nisi temporis jacturam non auferimus.

Superfunt notae quaedam chronologicae hujus classis numis insertae. Inde a Iuliano I. et complura consequentia imperia in aversa monetae aeneae saepe legitur ANNO. I. II. III. etc. Hac epigraphe indicari annos imperii singu-

a) Tom. II. pag. 155.

lorum regnantium, dubium non est, cum quia, quid aliud intelligi possit, non satis appareat, tum quia inscriptus annorum numerus cum annis, singulorum imperiorum plerumque recte conspirat. Dixi plerumque; nam etsi verum istud sit in plerisque, ut in Iustino I., Iustiniano, Iustino II., et Mauricio, tamen auctior est in nonnullis annorum numerus, quam quem eorum imperium capere possit. Imperavit Iustinus II. annos nonnisi XIII., at in numo Pellerinii ^{a)} legitur ANNO. KA. id est: vicessimo primo. In numo Tiberii II., qui regnavit annos VIII., legitur ANNO. XX. ^{b)} At omnium maxime dissident numi Phocae, cujus imperium cum annos VIII. non excederet, en tibi ANNO. XXXX. XXXXII. XXXXIII. quin et mixto epifemo XXXX⁵l. Vide hos numos apud Bandurium, Taninium et in catalogo musei Caesarei. Vterque vir eruditus nodum hunc reliquit intactum, an quia dignus vindice non est vilis? an quia numismatica hujus aevi ulcera, in quo facile me sibi habent concordem, quamcunque opem medicam respuunt?

Numeri horum numorum jam Graeci sunt, jam Latini, jam ex utraque lingua temere compositi. Has inter notas una est, quae ad formam $\tau\epsilon$ G prope accedit, et est epifemon, id est, nota senarii, quam ex ipsis his numis captam jam alibi proposui. ^{c)} At displicet, me eodem loco notam proxime sequentem Ψ ex iisdem etiam his numis tanquam senarii notam proposuisse, quam tamen

in hujus aevi numis paucissim pro V positam conspiciamus. Quare haec nota inter varias epifemorum formas, quas ibi stiteram, locum habere non debet.

Indictiones memorantur in solorum Mauricii et Heraclii numis, quos vide.

§ V.

De pondere, et valore numorum inferioris aevi.

Qui in generalibus ad hoc opus Prolegomenis capite IX. legerit, atque, ut exopto, approbaverit quoque, me a disquisitionibus illis, quae ad pondus, ac valorem monetae veteris, etiam ejus, quae integerrimis Graecorum, Romanorumque rebus valuit, alieniore esse animo propterea, quod post praestantissimorum etiam virorum incredibiles conatus non magnopere profecimus, is nequaquam mirabitur, nolle me ad enucleandas easdem monetae praesentis causas operam longiorem, atque industriam conferre. Facile enim quisque intelligit, quanto nunc turbatiora, magisque ad prolapsionem vicina fuere imperia, tanto magis confusam, instantemque fuisse rei monetariae rationem. Neque vero aliam ob causam argumentum istud attingendum tamen visum, quam ne quis illud plane a me omissum neglectumque possit reprehendere. Commode factum, ut eruditus quidam Gallus Dupuy in naturam ejus monetae, quae inde a Constantino M. per orbem R. obtinuit, ampla dissertatione, et toto ingenii nisu inquireret. ^{d)}

^{a)} Mel. I. pag. 219.
L. Tom. XXVIII. pag. 647.

^{b)} Band. pag. 660.

^{c)} Vol. IV. pag. 384. num. 12.

^{d)} B.

Eruditus hic vir, ut conquiritis undique coaevalorum scriptorum testimoniis omnem impendit operam ad explicandam recte librae rationem, quantum ea solidorum numerum dederit, quae fuerit metalli unius ad aliud ratio, et quae sunt id genus alia, fatendum tamen est, eum illorum more, qui praecessere, grammaticum magis egisse, quam antiquarium, neglecta penitus quaestione, utrum ejus periodi moneta tanto numero hodieque superstes cum legibus, quas dictaverat, conspiret, quod tamen ii, qui arti numismatice propter numos ipsos dant operam, cum primis nosse cupiunt. Si potest haec monetae cum legibus concordia reperiri, cur eam nos docere negligunt eruditi? Sin numi ipsi vario suo, ac nimium divergente pondere non modo latas leges perturbant, sed plerumque palam violant, quae tanta potest esse artis nostrae studiosis scientiae operosae, parumque sibi ad summam profuturae utilitas? Omissio igitur omni in haec inquirendi conatu de uno *solido*, numo ejus aevi principe, variisque nominibus monetae tum inditis agere instituo.

SOLIDI praecipuum fuit in re monetaria inferiore nomen, non modo quod numus aureus fuit, maximique in moneta aurea ordinaria ponderis, sed etiam quia, ut olim in sestertiis, ita nunc in solidis, omnis ratio pecuniaria peragi coepit. Numi solidi, tanquam ab Alexandro Severo percussae jam meminit Lampridius, ^{a)} existimant tamen eruditi, Lampridium *πολυπτικως* locu-

tum, nomenque solidi nonnisi Constantini M. aetate in usum receptum, at perperam, jam enim video Apuleium, qui Antoninorum aevo floruit, *solidos aureos* memorare. ^{b)} Istud certum, inde a Constantino frequentem esse in imperatorum constitutionibus ejus mentionem. Nomen haud dubie tulit a partibus, quas continuit, ut revera Lampridius semisses et tremisses aureos ibidem, tanquam solidi partes memorat, quomodo denarius olim divisus est in quinaros et sestertios, et habemus numos aureos stante rep. signatos, quorum solidis, sive integris inscriptum LX, aliis XXXX, aliis XX. Ad pondus quod attinet, fuere in uncia solidi VI., ergo in libra solidi LXXII. Exstat constitutio Valentiniiani: ^{c)} *Quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in LXXII. solidos libra feratur accepto.* Hic solidorum LXXII. in libra numerus insulis adlusionibus hoc aevo ansam dedit. Sic in actis papae Marcellini LXXII. episcopi Sinuessae congregati vocantur *LXXII. solidorum libra occidua*, et LXXII. discipulos Sedulius appellat *auream libram*. Martialis similem lusum ^{d)} alias indicavi. ^{e)}

In hunc locum distuli mentionem ponderum, quae EXAGIVM. SOLIDI inscribuntur, suntque hactenus cognita sequentia:

D. N. HONORIVS. P. F. AVG. *Caput Honorii barbatum.* X EXAGIVM. SOLIDI. *Mulier stans d. bilancem, s. cornucopiae.* Pondus AE. parvum quadra-

a) in Alexandro c. 39.
d) L. X. ep. 24.

b) Metam. L. IX. p. m. 178.
e) Vol. V. pag. 29.

c) Cod. L. X. tit. 70 § 5.


tum. (du Cange Famil. Byzant. p. 63. Bandur. p. 539.)

DDD. NNN. AA AVVV GGG. *Tria capita imp. diademata, quorum medium puerile.* X EXAG. SOL. SVB. V. INL. IO-ANNI. (sic) COM. S. L. *Typus idem, in aera astrum, in imo CONS.* Pondus AE. rotundum II. formae. (Tanini ex mus. Borgia. p. 353, et tab. VIII.)

DDD. NNN. GGG. *Tria capita imp.* X EXAGIVM. SOLIDI. *Typus idem.* Pondus AE. rotundum II. formae. (ibidem ex eodem.)

De his solidorum exagiis erudite disseruit Ducangius. ^{a)} Nomine *ἐξάγισ* inferiore aevo intelligebatur *pondus*, *ponderatio*, fuitque pondus explorando legitimo solidi ponderi destinatum. Ait Novella XXV. de pretio solidi Theodosii jun. et Valentiniani: *De ponderibus quoque, ut fraus penitus amputetur, a nobis aguntur EXAGIA, quae sub interterminatione superius comprehensa sine fraude debeant custodiri.* Ergo his exagiis insculptae fuere Augustorum effigies, ut perinde atque numi ipsi sacra intelligerentur. Factum subinde, ut, quod olim in talento, asse etc. evenit, pondus in significationem adpensi, seu numi solidi transfret, et solidus ipse diceretur exagium, cujus testimonia ex ejus aevi scriptoribus petita vide apud Ducangium. Fuit ergo exagium ejusdem cum solido ponderis, et testatur Taninius, exagia a se vulgata, quae sunt denariorum trium, granorum sedecim, cum pondere solidorum Arcadii, Honorii et Theodosii jun. apprime convenire. Zonaras cum narrasset, ^{b)} Ni-

ceporum Phocam monetae ponderi detraxisse, addit: *μεχρι ἐκείνη παγος νομισματος ἐξάγισ σαθρον ἔλκοντος*, cum *hactenus singuli numi* (i. e. solidi aurei) *exagii pondus haberent.* Est in museo Caesareo exagium formae talis et magnitudinis:



Pondus ipsum est aeneum, sed literae introrsum sculptae argento expletae sunt. Pars averfa tota vacua est. Nemini non suapte occurret, epigraphen legendam SOLIDI VI., atque istud pondus revera esse exagium, sed solidorum plurium, nimirum quot inscriptione enunciantur, et competenti instituto ad bilancem examine, exagium istud solidos VI. Honorii vel Arcadii pondere fere aequare, modicum vero hunc defectum tribuendum utique aerugini, quae metallum adrofit. Atque haec praeterea experimenta nos instruunt, quinam ejus aetatis numi aurei (nam multiplex eorum est pondus, ac volumen) pro solidis sint habendi. Nimirum ii, qui secundum Taninii examen denarios III. grana XVI. librae hodiernae Romanae adpendunt, monetae vero nostrae aureum Hungaricum cum 12 circiter granorum excessu. Sed et hujus ponderis major tum monetae aureae pars fuit, duravitque, et cum

a) Diff. de inf. aevi num. § 77.

b) L. XVI, pag. 203 edit Paris.

aliqua deminutione, in Ducarum usque tempora. Mianus promptum de solidi partibus iudicium, quas aliqui semisses, et tremisses cum Lampridio amant appellare, nam instituto examine certam aliquam earum ad solidum rationem reperire non potui. Tremissis mentionem raro apud aevi huius scriptores occurrit, quo nomine, ut olim trientis in asse, indicatur tertia solidi pars. Vide haec latius apud Ducangium, ^{a)} tum de Exagii nomine et etymologia apud eundem in Glossario med. et inf. Graecitatis sub *Εξαγίον* et *σαγίον*, item apud Gothofredum Cod. Theod. Tom. V. pag. 175.

De exagio secundo aliqua adhuc restant observanda. In parte antica haud dubie proponuntur capita trium imperatorum, Arcadii, Honorii, et Theodosii jun. Pars aversa eloquitur confectum illud esse SVB. VIRO INLUSTRI IOANNI COMITE SACRARUM LARGITIONUM, neque dubium est, ut jam monuit cl. Taninius, hunc Iohannem esse eundem, qui summis sub Honorio muneribus functus hoc e vivis erepto imperium Ravennae occupavit, et cujus etiam numi supersunt.

Valebat solidus XII. *milliarses* monetae argenteae, *milliarses* XXIV. *folles* monetae aeneae. Sunt adhuc aliae numerorum species a scriptoribus memoratae, at quoniam omnium horum ratio ex residua moneta vetere colligi nequit, licebit his longius, curatiusque recensendis abstinere, et delectionem harum cu-

pediarum avidum ad prolixos Ducangii, Dupuy, et Gothofredi ^{b)} commentarios amandare, apud quos calculos quidem pecuniarios adfatim reperiās, nullam autem veteris monetae cum his compositae rationem, de qua modo lubet nonnulla distinctius commemorare.

Nimirum quaeritur, quae fuerit monetae imperatoriae, qualis ea sub Augusto, Tiberio etc. signabatur, ad eam, qualis inferiore aevo pondere iniquiore cusa fuit, ratio ac habitus. Quaestio implexa admodum atque impedita, quamque attingere malim, et expositis tantum meis dubiis alterius industriae atque ingenio solvendam relinquere, quam ipse privatis meis opibus explicare. Quod argumentum ut melius intelligatur, ex utroque codice eas proferam leges, quae causas explicandae poterunt servire, atque in uno tantum auro morabor, cum quia inferiore aetate, ut paullo altius dixi, causae pecuniariae ad monetae aureae modulum exigebantur, et principum constitutiones fere tantum monetae aureae meminere, tum quia constituta auri ratione facilius est ad viliora metalla progressus. Leges ergo huc facientes sunt hae:

Lex I. Valentiniiani et Valentis.

Solidos veterum principum veneratione formatos ita tradi ac suscipi ab ementibus et distrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur, modo ut debiti ponderis sint, et speciei probae, scituris universis, qui aliter fecerint, haud leviter in se vindicandum. ^{c)} Et paullo post: ^{d)}

a) Dissert. § 85. 86.
1. 1.

d) Ibid. l. 3.

b) ad Cod. Theod. L. IX. tit. 21.

c) Cod. Iust. L. XI. tit. 10.

(Vol. VIII.)

Imp. Grat. Valent. et Theod. *Univerfos auctoritas tua proposito edicto commoneat, obryzatorum omnium solidorum unifornae pretium postulare, capitali scilicet supplicio puniendo etc.*

Lex II. Theodosii II. et Valentiniani III.

Frequens ad nos, Quirites, temerarii ausus querela pervenit, ut in parentum nostrorum contumeliam insigniti solidi eorum nominibus ab omni emptore recusantur, quod diu impunitum esse non patimur. Hoc ergo edicto agnoscat universitas, capitale manere supplicium, si quisquam vel domini patris mei Theodosii, vel superiorum principum solidum aureum integri ponderis refutandum esse crediderit, vel pretio minori taxaverit. ^{a)}

Lex III. Leonis.

Si pecuniarum nervi sufficiens et copiosa illarum materia est, remque publicam pecuniarum vis stabilis, recte profecto veteres defectum velut morbum quendam ac tabem inde profugarunt, dum omne genus numismatis, etsi ad veteres et priscae principes referretur, similiter valere voluerunt. Verum egregium hoc institutum, haud scio, qua de causa posteriores principes in eadem forma consistere non permisierint, ac, tanquam subditorum opulentiae inviderent, quae numismata superiorum principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint, sua vero sola in communi commercio esse voluerint. Nae illi, quantum hinc in communibus negotiis novitatis, quantum item detrimenti, quod cum ad omnes, tum praecipue ad pauperiores, potiusque auxilio et defensione indigentes pertineat, existeret,

intelligere noluerunt. — — Eapropter nos novo recentiorum placito non acquiescentes, veterum autem providentiam sequentes, sancimus, ut secundum benignum illorum, reique publicae commodissimum iudicium numismatis omne genus, quod quidem formam, materiamque non adulteratam, et plenum pondus habeat, sive vetustioris cujuscumque principis, sive recentioris sit, aequaliter et aestimetur, et in republica tractetur. etc. ^{b)}

§ IV. De Nicephoro Phoca.

Numisma attenuavit tetrartero excogitato. Cumque eo modo duplex esset numus, pensiones publicae graviores exigebant, minor in sumptibus faciendis dissipabatur. Cumque esset lege et consuetudine receptum, ut omnes numi imagine imperatoris alicujus notati, modo pondere nihil decederet, idem valerent, ipse sua insignes imagine praeferrere aliorum depresso pretiis voluit, eaque re haud leviter subditis in permutationibus incommodavit. — Apparet, eundem avaritiae quoque sordibus fuisse contaminatum. Nam cum usque ad eum quodvis numisma hexagium ponderet, ille tetrarterum excogitavit pondere imminuto.

Verba haec extant in Constitutionibus imperatoris sub titulo: Nicephori Phocae, neque tamen sunt lex, sed enarratio eorum, quae Nicephorus hic in monetarum legibus nefarie mutavit. At enarrant haec Zonaras, ^{c)} et Cedrenus. ^{d)}

Haec ergo, quae coram proposui, testimonia docent omnia, veterum principum numos per totum imperium in commerciis, nisi pondere aut metalli probitate deficerent, justos validosque

^{a)} Leges Nov. Theod. tit. 25. edit. Paris.

^{b)} Leonis constitutio LII. ^{d)} Hist. sub Niceph. pag. 658 edit. Paris.

^{c)} Annal. L. XVI. pag. 203

fuisse agnitos, tum si forte venditores acceptare illos renuerent, graviter in fastidiosos hos fuisse animadversum, aut si eorum usu a nonnullis principibus fuit interdictum, a successoribus perniciosam hanc legem fuisse abrogatam. Falsum igitur, quod vir quidam praeclare eruditus adfirmare non dubitavit, mortuorum principum monetam continuo aboleri fuisse solitam, de quo egi alibi. *) Enimvero si mirus hic mos, et propter varias alias causas plane incredibilis apud Romanos obtinuisset, ferendis his, ac tanta cum severitate legibus opus non fuisset.

Quare cum vetus moneta ipsis legum praeceptis jus suum tueri pergeret, quaeri jure potest, cum tanta fuerit ponderis inaequalitas inter monetam auream primorum Caesarum, et alteram inferioris aevi, etsi non variaret auri puritas, illudque non subito, et lata certa

quapiam lege, sed paullatim, et, ut videri possit, arbitrarie imminutum fuerit, quaeri, inquam, potest, quis tum valor numis tam variis singulorum imperiorum, sive Augusti essent, sive Flaviorum, Antoninorum, Philipporum, fuerit publice constitutus. Praeclaro Rinckio verus monetae veteris status plane ignotus esse debuit, cum non dubitavit adserere: ^{b)} *Ex hac lege (quam altius primo loco dedi) etiam apparet, quod eo, nimirum Valentiniiani tempore, idem fuerit pondus in moneta aurea, quod antiquitus fuit receptum; nam verba, modo ut debiti ponderis sint, hoc satis innunt.* Aliud docent numi ipsi ad trutiniae judicium comparere jussi. Occupavit molestum laborem auctor musei Pembrockii, qui singulorum aureorum pondus adstituto granorum Anglicorum numero indicavit. En captum ex hac ejus industria generale quoddam specimen:

<i>Numi</i>						<i>granorum Angl.</i>
Augusti	circiter	—	—	—	—	125
Caligulae, Claudii	—	—	—	—	—	118
Neronis usque ad Nervam	—	—	—	—	—	114
Traiani usque ad Caracallam	—	—	—	—	—	112
Elagabali, Alexandri Sev.	—	—	—	—	—	100
Deinceps usque ad Constantinum M. varie nutando acquie-						
vere sumpto medio inter		—	—	—		90 et 80
A Constantino M. usque ad exitum		—	—	—		69

Omissi quinarios, aliosque minoris ponderis, sed qui cum respectu ad classem suam solidorum proportionem sequuntur.

Rudem dedi contracti in moneta aurea ponderis imaginem, sed ex qua tamen pondus summum cum infimo intendendo, tum et medias jacturas, con-

a) Vol. I. in Proleg. gen. cap. 16.

b) de vet. num. pot. pag. 98.

stituta haec publice aurei imperatorii imminutio, quantum ad praesens argumentum pertinet, abunde potest intelligi. Adcuratius, et quod optimum factu fuerat, ope bilancis hanc causam discutere Nauzeus et Barthelemyus, ^{a)} ex quorum examine confectum, aureos Augusti appendisse grana Parisina 149 $\frac{7}{8}$, inde ab extremis Neronis annis usque ad Caracallam grana 136 $\frac{1}{3}$, sequentium deinde imperatorum aureis valere iussis, quia ad nullam eos probabilem legem reducere poterant eruditi hi Ilviri. Pondus solidi sub Constantino M. et successoribus Dupuyus redigit ad grana Parisina 87 $\frac{1}{2}$, ^{b)} et durasse iustum hoc pondus saltem adhuc sub Nicephoro Phoca, et aliquamdiu postea, patet ex allato supra § IV., qui de Nicephori huius fraude palam conqueritur. Ex Plinio docui alibi, ^{c)} principio a Romanis ex libra auri deductos aureos XL., atque etsi paullatim eorum minueretur pondus, tamen imperante Nerone nonnisi aureos XLV. ex libra fuisse captos. En tibi ex Constantini lege ex libra auri enatos aureos omnino LXX., ut altius dictum.

Quapropter cum tantum sit in pondere discrimen inter aureos primorum imperatorum et inferiorum, aureo Constantini M. granis Parisinis LXII. ab aureo Augusti deficiente, an verisimile putabimus, graves hos veterum principum aureos inde a Constantino M. ad commercii adhuc usum valere potuisse? An tum in foro rerum venalium comparandum cum bilance fuit, ut exigere

posset emptor, quantum sibi pro exhibitio aureo graviore ex aurea moneta leviori sit rependendum? Leges altius a me recitatae non sine gravibus minis praecipere non desinunt: suscipiuntur aurei superiorum principum, modo *integri, debiti, iusti ponderis* sint. Quis negabit, aureos Neronis, Antoninorum, Gordiani, Valeriani, Diocletiani, etsi jam imminuti ponderis, tamen illa aetate, qua signabantur, integrum, debitum, iustumque pondus habuisse? Ergo si nomine *superiorum principum* comprehensi fuissent etiam illi, quos modo memoravi, alia scilicet lege opus fuisset, quae admoneret populum, quod in singulorum moneta aurea iustum pondus habendum sit, ut defectu aureorum sui temporis cum excessu superiorum comparato verum posset numo suo pretiam constituere. Atque propter eandem hanc causam, cum in edicto, quod supra sub lege I. exposui, iubent imperatores, *obryzatorum omnium solidorum uniforme pretium postulare*, non poterant eidem legi subicere aureos illos veteres ponderis tantopere divergentis. Ac demum, cum Constantinus M. capitis potestatem in istum decrevit, qui in moneta aurea *mensuram circuli exterioris adferret, ut ponderis minuat quantitatem*, ^{d)} non ille tum intelligere numos illos antiquos potuit, de quorum in singulis debito pondere non constabat, sed suos tantum intellexit solidos, quibus ipse certum pondus praescripsit.

Ex quo consequitur, verisimile plane esse, neque aliam mihi cognitam pro-

a) B. L. Tom. XXX. pag. 359.
pag. 28.

b) B. L. Tom. XXVIII. pag. 713 et 753.
d) Cod. Theod. L. IX. tit. 22. l. 1.

c) Vol. V.

positas difficultates explicandi viam, quam statuendo, veteres hos aureos, Augusteos intelligo, Neronianos etc. propter ponderis modum, qui cum moneta inferioris aevi conciliari non potuit, non amplius rationem monetæ, sed mercis habuisse, fufosque etiam passim, atque ad legem stabiliti tum numi aurei fuisse conversos, ea omnino ratione, qua olim Romæ cum peregrinis Victoriatis, Philippis, Cistophoris etc. fuisse actum, alibi diximus. ^{a)} Enimvero a moneta illos ordinaria fuisse exclusos, colligo ex Novella Majoriani, quæ exstat inter Novellas alias Codici Theodosiano sub finem adnexas, ^{b)} in qua omiffis aliis hæc præcipit imperator: *Præterea nullus solidum integri ponderis calumniosæ adprobationis obtentu recuset exactor, excepto eo Gallico, cujus aurum minore aestimatione taxatur. Omnis concussionum removeatur occasio, nihil mutaturæ nomine postuletur etc. Illis quoque fraudibus obviandum est, quas in varietate ponderum exactorum calliditas facere consuevit, qui vetustis caliginibus abuten-tes, FAVSTINAE, aliorumque nominum nescientibus faciant mentionem. Quibus penitus amotis, atque in perpetuum hac lege damnatis, a praetoriana sede ad singulas non solum provincias, sed etiam civitates pondera examinata mittantur, quibus tam omnis exactor, quam negotiator utatur etc.* Existimat cel. Gibbon, ^{c)} fraudem exactorum in eo constitisse, quod illi acceptare nollent leves ejus ætatis aureos, et exigenter ponderosiores illos, quales Faustinae ætate fe-

riri sunt soliti, quod si opportune contigit, propter auctius horum pondus ferre duplam fuisse exactionem. Dubitari nequit, diversitatem ponderis horum facinorosorum hominum fraudi occasionem dedisse. At istud jure displicet, quod illustris hic scriptor in subjecta nota 42 ex hujus legis verbis eruit, Majorianum aureis omnibus, commatis adeo etiam Augustei, etc., liberum in commercio cursum permisisse, cum tamen contrarium potius, si verba, etsi parum dilucide composita, curatius expendas, capiendum sit. Vocat lex monetam Faustinae aliorumque *vetustas caligines*, eorumque nomina vulgo *nesciri*. Vtrumque quo pacto verisimile putandum, si eorum hactenus moneta libere in commercio versabatur? Qua item ratione verisimile dicemus, a Majoriano veteri illi monetæ restitutam fuisse civitatem, quando ille hac sua lege has caligines vetustas *penitus amotas et in perpetuum damnatas* esse voluit?

Addo denique, illis, qui deinceps adhuc continuatum veteris hujus pecuniae valorem malunt, nequaquam suffragari verba in laudatis legibus occurrentia, ut: *solidi veterum principum, vel superiorum, vel priscorum*. Nam respectu Valentiniani et Valentis, qui primi legem hujus argumenti emisere, jam Constantinus M. filiique, veteres, superiores, prisci principes dici poterant, quin necesse sit, his *ἐπίθετοις* Augustum, Flavios, Antoninos designatos existimare. Manifeste istud eruo ex lege II., in qua queruntur Theodosius II. et Va-

a) Vol. I. Proleg. gen. pag. LXXXIV. Emp. chap. XXXVI. pag. m. 141.

b) Tom. VI. pag. 33.

c) Decline of the R.

lentinianus III., solidos nominibus parentum suorum insignitos, quos interdixit Theodosium M. nominat, ab emptoribus recusari. Ex quo satis apparet, hos aliosque principes in ferendis id genus legibus propositam sibi habuisse monetam superiorum proxime imperatorum, ejusque pondus a Constantino M. recens praescriptum, non viderem illam ab Augusto et successoribus signatam.

Hactenus dicta ad solam monetam auream pertinent. At si, ut verisimile dixi, jam superiorum principum aurei serius mercis modum habuere, multo illud certius de argenteis adfirmari poterit, quod horum non modo spectato pondere, sed etiam metalli mixtione vario Augustorum aevo varia fuit conditio, de quo alibi explicatius egimus. ^{a)} De comparata moneta aenea dicere nihil attinet, non modo quod haec nullas certas leges admittit, sed fuere etiam inferiore aevo imperia, quae, ut numis aureis abundabant, vix tamen vel argenteos, vel aeneos tulere.

§ VI.

De urbibus et officinis monetariis.

Diximus in Prolegomenis ad numos familiarum cap. VI., stante rep., primisque Augustorum saeculis Romae tantum monetam lege ordinaria signari consuevisse. At serius, barbaris quaquaversum Romano imperio imminutis, maxima legionum parte ad imperii fines

excubante, ipsis etiam imperatoribus propter has ipsas causas jam raro in urbe praesentibus, opportunius visum, ne Roma usque pecunia petenda esset ad stipendia aliosque sumptus necessaria, certas destinare per imperium urbes, in quibus signaretur moneta. Hujus distributionis aliqua etiam fortasse causa fuerit, quod multiplicata eodem in loco monetariorum corpora propter operarum multitudinem periculosa etiam urbi esse coepere. Enimvero imperante Aureliano tanta eorum uno consilio tumultuantium Romae coorta est seditio, ut jam non sufficerent cohortes vigilum, sed iusti exercitus robore esset suppressenda. ^{b)} Iam vero cum circa idem tempus urbium nomina coeperint numis inscribi, verisimile etiam, eodem tempore hanc officinarum per provincias distributionem fuisse peractam.

In marmore Muratorii, ^{c)} sed secundum restitutam a Marinio veram letionem, ^{d)} fuit Romae imperante Constantino M. *Valerius Pelagius procurator Sacrae Monetae Urbis*, additis continuo *Praepositis et Officinatoribus*. In Notitia imperii sex nominantur procuratores una cum urbibus, sed tantum imperii in Occidentem siti, quarum illi monetae praefuere, scilicet monetae Siscianae, Aquileiensis, urbis Romae, Lugdunensis, Arelatenensis, Trevirorum, quam postremam confirmat etiam marmor editum a Seb. Donato, ^{e)} in quo legitur MONETAE. TREVERICAE. PRAESES. Adde testimonium Trebellii, quod jam indicavimus in numis Victorinae Victorini

a) Vol. I. Proleg. gen. p. XXVI. b) Vopisc. in Aureliano. arv. pag. 470. c) Supplem. ad Thes. Murat. pag. 263. 7.

c) Pag. 260 3. d) Frat.

tyranni uxore: *culsi sunt ejus numi aerei, aurei, et argentei, quorum hodieque forma exstat apud Treviros.* His etiam Mediolanum accenset Ausonius, ^{a)} cum ab eo in illius urbis laudibus celebrentur etiam

Templa, Palatinaeque arces, opulensque MONETA.

Sidonius Narbonem: ^{b)}

Portis, porticibus, foro, theatro, Delubris, Capitoliis, MONETIS.

Praeter haec scriptorum marmorumque testimonia sunt etiam alia numorum, qui urbium monetariorum, et utriusque quidem imperii meminerunt, scriptis in eorum segmento harum nominibus, sed saepe nimium parce, una, vel duabus tantum literis initialibus, unde non raro explicandi nascitur difficultas. Harum notarum uberem catalogum dedit Ducangius, ^{c)} quem etiam Mediobarbus operi suo inseruit, ubi descriptus exstat inter numos Valentianiani I. Alium postea adornavit Iobertus. ^{d)} Ex his inscriptiones illas excerpam, quae iudicium de urbium nomini minus dubium faciunt.

Alexandria.

ALE. De monetariis apud Aegyptios agit Edictum XI. Iustiniani. De Dracontio monetae Alexandrinae praeposito egi in numis Iuliani II. p. 38.

Antiochia Syriae.

ANT. — ANTT. ANTA. ANTH. etc.

Aquileia.

AQ. — AQPS. — AQOBF. — SMAQP. Plenius in Iuliani aeneis II. formae: AQVILS.

Arelatum.

AR. ARL. PARL.

Carthago.

CAR. KAR. KART.

Catana.

CAT. reperitur in unius Mauricii numis. His exc. princeps Turris Muciae integram tabulam XXIV. Siciliae suae numismaticae implevit, testatus, eos copiose per insulam suam reperiri.

Constantinopolis.

CON. CONS. — In numis aeneis II. formae Iuliani: CONSPFA, PCONST. SCONST. T. CONST. MCONST. etc. CONOB. COMOB. CORNOB., de cuius inscriptionis significatione agemus infra separato articulo. — KONSTAN. in aureo Iuliani musei Caesarei.

Cyzicus.

CTZF. KTZ. KTZB. Plenius in numis Iuliani: CTZICA.

Officinae monetariae Cyzicenae aliquoties apud scriptores veteres fit mentio. Narrat Sozomenus agens de imperio Iuliani, ^{e)} jam ex praecepto superiorum principum numerosum corpus monetariorum cum uxoribus et omni familia Cyzicum translatum fuisse, jussumque, quotannis certum numerum numerum filco repraesentare. In Historia tripartita cap. 17 narratur, Iulia-

a) Carm. 289.
Tom. II. pag. 41.

b) Carm. 23.

c) Diff. de inf. aevi num. § 52.

e) Hist. eccl. L. V. c. 15.

d) Sc. des méd.

num publicos artifices opificesque cum uxoribus atque liberis Cyzicum habitare iussisse.

Heraclea, incertum quae, an Ponti, an, quae olim Perinthus dicta fuit, Thraciae.

HERACLA. in numis Iuliani.

Lugdunum.

LVG. LVGPS. LVGD. LVGDOFFP. LVGDOFFS.

Mediolanum.

MDPS. MED., quod posterius est in aureo Valentiniani I. mus. Caes.

Nicomedia.

NIC. NIKO.

Ravenna.

RAV. RV. RVPS. Vide dissertationem Phil. Argelati de num. Ravenn. in opere: *de Monet. Ital. P. III.*

Roma.

ROM. ROMA. PROM. — VRB. ROM. in aeneis III. formae Iuliani.

Serdica.

SERD. in numo Probi, quem dedi Vol VII. pag. 501.

Sirmium.

ASIRM. BSIRM. in numis Iuliani.

Siscia.

SIS. SISPP. SISCP. — ASISC. BSISC. FSISC.

Theffalonica.

TES. TESA. TESB. TESA.

Theupolis, eadem, quae Antiochia Syriac. V. hujus numos.

THEV. THEVP. inde a Iustiniano.

Dei urbem vocabulum istud notat, addendum fuerat: *irati*; nam non alia magis urbs saltem inde a Trajano Dei iram iteratis terrae tremoribus experta est, quae mala repetita causam dedere Iustiniano novae hujus appellationis. Lege Cedrenum sub Iustiniano. Commune ergo infelix haec *Dei urbs* cum Iudaeis, *Dei populo*, fatum habuit.

Treviri.

TR. TRP. TRMS. TRO. TROB. TROBS.

Ex hoc catalogo plane liquet, inscriptiones inferne positas designare urbes, quae numis vitam dedere, in quo, ut dixi, propositum mihi fuit, eas tantum commemorare, quae dubitandi causam non praebent. Sunt enim copiosae aliae, quae explicationis sunt sane iactatae. Sic literas PLON Iobertus legit: *Percussa Lugduni in Officina Nona*, pro quo Bimardus mavult: *Pecunia Londinensis*, quia, inquit, dubitari nequit, hoc aevo in Britannia quoque monetam fuisse signatam. Item obvia: MOSTQ. MOSTR. quae Ducangius legit: *Moneta Signata Treviris*, sic ut Q, R, T sint notae monetariorum, at Iobertus: *Moneta Officinae Secundae Trevirorum*. Item: S. M. T. S. B. interprete Ioberto: *Sacra Moneta, Treviris Signata Secundae Officinae*. Praetereo copiosa exempla alia aeque dubia, quae suppeditant ambo auctores laudati, quorum in multis explicatio, ut vera esse potest, firmum tamen ad sensum vix reperiat. Difficile enim est, cum inscriptio literis tantum ἀρχαῖαις constat, in iis explicandis non hallucinari. Inter omnes hac in causa praestant numi Iuliani,

quia maxime loquaces. Ab hac epigraphes parsimonia factum, ut, qui eas interpretari satergerunt, in sententias oppido diversas abirent. At vel ob hanc ipsam causam hierophantae Harduino uberem dedere materiam, in iis explicandis ingenium suum experiundi. Nam cum olim in Antirrhetico literas v. g. ANTA. juxta cum plerisque aliis legisset ANTiochia^e officina I., subinde in numis saeculi Constantiniani legere maluit *Primae Narbonensis tributum I.*, et v. g. literas SMLDV interpretari: *Societas Mercatorum Lugdunensium Donum Voluntarium, Gallie* dongratuit, et deinceps totus esse in corporibus, societatibus mercatorum Narbonensium, Lugdunensium etc. horumque tributis, beneficiis etc. Nolo in hujus generis inscriptionibus longius versari, quia, quae certa sunt, vel valde verisimilia, suapte se produnt, quae incerta, et aenigmatis similia, omittere praestat, cum nulla sani sensus eruendi spes adfulget.

De inscriptione CONOB.

In segmento monetae inferioris aevi obvium est legere epigraphen CONOB, frequenter etiam COMOB, rarissime CORNOB, quod postremum observavi tantum in numis Anthemii, quorum tres sunt in museo Caesareo, et observavit Taninius in uno Euphemiae, sed quae ipsa fuit Anthemii uxor. Valuit illa in moneta aurea, sic tamen, ut nonnunquam argenteam etiam invaserit, quin et aeneam, etsi rarissime, ut

dicetur. Coepta est adhiberi sub Valentiniano I., et duravit usque in imperium Leonis III. Isauri. Ait cl. Henricus mox laudandus, jam illam comparrere in aureis Constantini jun., et fratris Constantii, verum ubi sint hi numi, neque mihi compertum. Quin nullus dubitem, ipsos hos numos non esse filiorum Constantini M., sed Constantii Patricii, et Constantini III. tyranni, qui fuere Valentiniano I. posteriores.

Istud literularum quinque conlegium eruditorum ingenia magis vexavit, quam quaecunque alia epigraphe multorum versuum dives, et quod isto est molestius, necdum post tot saecula finita lis, vix aliqua ejus finiendae spe apparente. Labet praecipuas antiquariorum adferre sententias, addito juxta, quatenus laborent, ut sane laborare omnes quis facile intelliget.

Primus fuit Cedrenus, qui earum nobis literarum explicationem tradidit. ^{a)} *ὅτι, inquit, τα ἐν τοῖς νικαρίοις τῶ νομισματὸς ὑποκειμένα τὰ Ῥωμαῖκα γράμματα δηλοῦσι ταῦτα: τὸ Κ κισιτατες, τὸ Ο ὀμνες, τὸ Ν νοσραι, τὸ Β ὀβεδιαντ, τὸ Β βενερατιονι, τῆς τῆς, αἱ πόλεις πασαι τῇ ἡμετέρᾳ πειθαρχεῖτωσαν προσκυνήσει.* *Litterae Latinae, quae victoriatis numis subjectae leguntur, hanc habent sententiam: Civitates Omnes Nostrae Obediant Benerationi.* Ex quo patet, veteri etiam huic aevo suum non defuisse Harduinum, neque ego hanc sententiam commemorandam duxissem, nisi praefulgeret antiquitate.

Antonius Augustinus interpretatus est: *Constantinopolitanum OBryzum*, quia

^{a)} in Theodos. M.
(Vol. VIII.)

hujus aetatis scriptoribus obryzum idem fuit, quod purissimum. ^{a)} Ejus opinio- ni adhaesere non pauci alii.

Ducangius Ortelium, Occonem, Tri- stanum, aliosque secutus legendum cen- set: *CONstantinopoli. OBsignatum*, vel: *CONstantinopoli Moneta OBsignata*. ^{b)} In eadem sententia fuere Morellius, ^{c)} et Rinckius. ^{d)}

Iobertus sic legit: *CONstantinopoli Officina II.* vel: *CONstantinopoli Moneta Officinae II.* vel: *CONstantinopoli Romae Novae Officinae II.* ^{e)}

Mitto conjecturas aliorum alias, sed plane infirmas, quas videre potes apud Iac. Gretserum, ^{f)} et Vaillantium, de quo continuo.

Vaillantii patris, cujus deinde dicta- ta secutus est filius, Henrionis, et Gal- landi de hac epigraphe judicia expo- nuntur in dissertatione, quae inserta est Historiae academiae inscriptionum. ^{g)} Doctrina Vaillantii est, legendum *CON- flatum OBryzum*, vel: *CONflata Moneta OBryza*. Ejus capita praecipua sunt: In Codice Theodosiano, ait, reperiun- tur vocabula *solidi obryziacti*, *auri obry- za*, *solidi obryzati*. Ergo literae OB. in numis aureis facile possunt esse princi- pium *re obryzum*, indicando nimirum auri puritatem. Quod si literae CON. expleantur potius legendo *CONflatum*, quam *CONstantinopolis*, enervari omnes difficultates, quae alteram hanc lectio- nem vexant, quasque mox commemora- bimus. Atque haec Vaillantii senten- tia in cl. Henrione adversarium, in

Gallando patronum nacta est.

Enumeratis variorum sententiis, quid harum unicuique obstat, inquiramus.

Omnes, ut vidimus, dempto Vail- lantio, CON in Constantinopolin solvunt. At enim iudicium istud, etsi majorem suffragiorum partem nactum est, mole- stis impeditum laqueis video. Vale- re posset, si tantum legeretur in numis eorum imperatorum, quibus Oriens fu- it attributus, verum cur Honorius, et qui eum secuti sunt Occidentis principes, cum Romae famae multo illustrioriste- nerent, pro hac Constantinopolin inscri- berent? aut cum Romae possent, mal- lent aurum suum in urbe aemula signa- ri? Ait Ducangius, imperatorum utri- usque orbis numismata in utraque urbe fuisse cusa ad mutuae consensionis, con- cordiae, et benevolentiae argumentum. Promiscue utrinque cufos fuisse numos, tum dederō, cum mihi ostenderit au- reos imperatorum Orientis inscriptos ROM. ROMOB. vel similiter, et iusto quidem etiam numero, ut jactatum istud concordiae argumentum stare possit, quod praestare nobis vir eruditus nun- quam poterit. Quid quod CONOB istud non modo eorum numis inscriptum le- gitur, quorum cum imperatoribus Ori- entis constabat amicitia, sed etiam, quos hi in imperatorum Occidentis nu- mero non habuere, quales fuerunt Con- stantius III., Iohannes, Priscus Attalus, aliique, quin et Iovinus et Sebastianus Galliae tyranni. Sed et hanc difficul- tatem elevat Ducangius -dicendo, fa-

a) Dial. VII. b) Diss. de aevi inf. num. § 47. c) Specim. pag. 89. d) de vet. num. pot. c. X. pag. 72. e) Scienc. des méd. Tom. II. pag. 42. f) de Cruce L. II. c. 56. g) Tom. I. pag. 263.

ctum istud ab his propterea, quia volebant persuadere populis, non modo in totum imperium, sed etiam ejus metropolin sibi jus esse, vel quod istum invaluisse usus, ut characteres hi pro praecipua nota imperatoriae mone-tae haberentur, ne quid sibi ad supremae dignitatis claritudinem videretur deesse. Verum si illud, cur non potius Romam prae Constantinopoli inscribere placuit? sin istud, an etiam reges Franci in Gallia, et Gothi in Hispania monetam suam esse imperatoriam voluere, cum videamus eandem notam inscriptam numis aureis Theodeberti, et Childeberti, tum et Leovigildi, Hermenegildi, et Recaredi? ^{a)} Ceterum non nego, Occidentis post Honorium imperatores, quin et tyrannos etiam propterea numis suis *CONOB* inservisse, quia monetam suam volebant adsimilari illi, quae tum per imperium in usu fuit, verum istud pernego, literis *CON.* in epigrapha *CONOB.* Constantinopolin designari. Ad reges Francos et Gothos quod attinet, fuisse semper barbarorum, cultiorum gentium monetam temere et inconsulto imitari, alibi ostendimus. ^{b)}

Possent et illud delicatioribus displicere, quod in hac doctrina nimium saepe immutanda esset harum significatio literarum, atque ut Iobertum audiamus, *CONOB* significaret *Constantinopoli Officina II.*, *COMOB.* *Constantinopoli Moneta Officinae II.*, et *CORNOB.* *Constantinopoli Romae Novae Officina II.* ^{c)} At enim idem hic nodus quamcunque etiam

sententiam fatigat, ut conferenti patebit.

CONflatum OBryzum, vel *Conflata Moneta OBryza* Vaillantii eo saltem praestit, quod vocabulum *conflatum* ad omnes omnium urbium officinas potest referri, et quod haec sententia omnes scopulos vitat, ad quos altera mentione Constantinopolis addiditur. At vero quo is pacto explicabit scriptum *CORNOB.* in quo *N* ab *O* interjecto *R* se jungitur? Nemo non videt, hunc scribendi modum Vaillantii doctrinam magnopere sollicitare. Reliqua crisis, qua cl. Henrion vocabulum *conflare* objurgat, magni mihi momenti haud videtur. Minus illud placet propter insolentiam, nimirum dici *conflatum*, cum adessent formulae aliae cultus simplicioris, cujusmodi fuere *SACRA. MONETA*, vel, ut in Antiochenis, *MONeta VRBis*, vel, ut in numis familiarum: *ARG. PVB.*, vel *EX. A. PV.*, ad quorum normam planius fuerat scribere: *MON. OB.* vel *AVR. OB.* vel *EX. A. OB.* vel similiter. De vocabulo *obryzo* paullo infra agemus.

Iam vero in significationem literarum *OB* secundum triplicem eruditorum doctrinam inquiramus.

OB Ioberto est *Officina II.* Sin istud, mirum profecto, inde a Valentiniano I. usque ad Leonem III. semper constitisse morem, ut aurum non signaretur, nisi in officina II., nunquam I., vel III., aliave. Est in museo Caesareo aeneus Valentis, in cujus area est *OF. II.*, in imo *CON.* Ergo Constantinopoli in

^{a)} Bouteroue, Florez.

^{b)} Vol. IV. pag. 176.

^{c)} Sc. des méd. pag. 42.

Officina II. signabatur aes. At quod maxime sententiam hanc ferit, est, quod in plerisque hujus aevi aureis praeter solitum CONOB leguntur etiam literae A, B, Γ etc. vocabulis AVGG. vel AVGGG subjectae, quibus designari officinarum numerum, infra disputabimus. Ergo necesse est fallere traditam *τὸ OB* explicationem.

OB pro *OBsignatum* adrisit pluribus, ut diximus. Ducangius hanc sententiam firmat exemplis TROB. TROBS. AQOB. THSOB. id est: *TRevis, A-Quileiae, Thessalonicae OBsignata*. At enim an usque adeo certum est, in his quoque *τὸ OB* significare *obsignatum*? Sin istud, necesse non fuisset Ioberto aliam circumspicere explicationem, qui in omnibus his exemplis legit *Officina II*. Hoc ergo pacto incertum incerto explicatur. Quaeri praeterea jure potest, quod jam Ducangio dubium est visum, utrum Latini pro *signare monetam* dixerint etiam *obsignare*. Legimus *obsignare literas, testamentum, lagenam*, id est: *ὑπογράφειν*, an etiam *monetam*, magno-
pere dubito.

OB pro *OBryzum* constituit Ant. Augustinus, et praeter alios Vaillantius uterque. Huic sententiae maxime adversatur illud, quod, etsi verum est, literas CONOB in aurea hujus aetatis moneta dominari, tamen non raro reperiantur etiam in argento, quin et nonnunquam in aere, cui utrique metallo vox *obryzum* non competit. Argenteos complures hoc signo notatos per opus suum dedit Bandurius, v. g. Pri-

sci Attali, Valentiniani III., Zenonis, Constantis II., Constantini Pogonati etc. etsi is in singulis observet, id genus numos ad exemplar aureorum fufos fuisse. Verum diu ante Bandurium testatus est Iac. Gretserus, ^{a)} vidisse se argenteos aeneosque probi commatis his literis insignes, majorem vero similibus argenteorum numerum citat cl. Henrion in laudata Vaillantii dissertatione, neque eorum exempla desunt in museo Caesareo. Ex aeneis unum maximae formae Valentiniani III. dedit Bandurius, et teste Henrione Vaillantius ipse aeneum III. formae Hanniballiani vulgavit. Accedit, literas OB reperiri in obviis aeneis, v. g. OBSIS. TROB. TROBS. TESOB. etc. Cum ergo illae in his, quippe aeneis, *obryzum* significare non possint, haud dubie in aureis quoque alium exigent explicatum. Minus tamen commode Henrion objicit Vaillantio, maximam numorum nota CONOB insignium partem esse auri impuri, atque adeo non obryzi. Satis comper-
tum, hujus quoque aevi aureis auri bonitatem non deesse. Quod si nonnulli occurrunt pejoris naturae, aut tales sunt avaritia principum, aut prava falsariorum arte, sed quorum interfuit ad-
dito CONOB. fraudem dissimulare, quo modo videmus a quibusdam Augustis jactari in numis victoriam, etiam cum maxime vincerent.

Peracta variarum sententiarum crisi, si quis a me requirat, quo pacto explicandas has notas putem, candide profitebor, tam parum mihi de earum ve-

a) de Cruce L. II. c. 56.

ro sensu constare, quam adhuc parum quaecunque eruditorum proposita doctrina satisfecit. Est hoc in omnibus fere disciplinis, ut saepe earum rerum, quae maxime sunt obviae, causas non intelligamus. Nihil in arte nostra frequentius, quam legere notam NCAPR primorum imperatorum numis incusam, tamen nemo hactenus explicationem attulit, quae plane omnibus adrideret. Ex sententiis antiquariorum, quas dedimus, omnium minime videtur laborare ea, quae fuit Vaillantiorum, atque etiam id, quod maxime illi officere videtur, nimirum CONOB etiam in sequiorum metallorum numis legi, excusat Gallandus adferendo exempla numorum III. formae altioris imperii, qui, etsi aenei sunt, tamen coaevi imperatorum aureis aeneisque sunt simillimi, quo modo Cistophoros, qui natura argentei fuere, aeneos, et certae antiquitatis ipse vidi. R. TERTIA Valentiniani aetate numis tantum aeneis inscriptum fuit, illud tamen offert aureus Valentis apud Pellerinium. ^{a)} Observo denique, eandem sententiam praeplacuisse quoque acutissimo Bimardo. ^{b)}

* * *

Superfunt nonnulla de officinis quoque monetariis observanda, quarum numi aut certam earum faciunt mentionem, aut verisimilem. Ea horum exempla ex numis, qui sunt in museo Caesareo, petita.

OF. I. — OF. II. — OF. III. obvia

in aeneis III. formae. Exstat etiam ibi argenteus Valentis cum OF. II. In imo plerumque legitur CON. In numo Gratiani per aream scriptum OF. II. RS. in imo LVGF. Sunt haec in numis Valentiniani I., Valentis, Gratiani.

LVGDOFFP. LVGDOFFS. in numis Iuliani, legendum: LVGDuni OFFicina Prima — Secunda.

VIENNA. DE. OFFICINA. LAVRENTI, de quo numo egimus in moneta Mauricii Aug.

Hi numi disertam faciunt officinarum mentionem. At sunt praeterea alii, qui eas haud dubie designant:

R. PRIMA. — R. SECUNDA. — R. TERTIA. — R. QUARTA. in aeneis III. formae Valentiniani, et Valentis. Sed est etiam R. TERTIA in aureo Valentis, quem ex Pellerinio paulo ante citavi. R. praecedens aut Romam significat, aut aliud, quod ignoro. In marmore Sponii Calvius dicitur *maniceps officinarum aerariarum quinque*. ^{c)}

Officinas verisimiliter quoque indicant notae arithmeticae Graecae urbium nominibus vel praefixae, vel suffinae, ut: ASIS. BSIS. TSIS, etc. vel TESA. TESB. TESI. etc. tum et obvia in numis aureis, praecipue inde ab Arcadio: VICTORIA. AVGGGA. vel AVGGGB. vel Γ, Δ, Ε, Σ, Ζ, Η, Θ, Ι, quo postremo auctiorem me videre non memini, neque diutius inquirere lubet. Lectae opinor fuere notae Graecorum, quia in Latinis dubitari posset, utrum Q quartam vel quintam

a) Mel. I, tab. VI, n. 11.

b) ad Iobert, Tom. II, p. 384.

c) Misp. p. 214.

officinam, S secundam vel sextam indicent. Vix credam, refutandos adhuc esse antiquarios, qui adjectis his literis indicari annos imperii sibi plane persuaserant; quos inter fuit Norisius, qui

explicans literas SMNF ait: *Etenim ibidem visitur Γ, qua numerali Graecorum nota tertium imperii annum designari ex innumeris numismatibus antiquariis omnibus compertum est.* ^{a)}

FINIS VOLVMINIS VIII.



a) Diff. de numo Licinit cap. III.

INDICES III.

IN VOLVMINA VI. VII. VIII.

QVORVM

I. est: Augustorum, Caesarum, tyrannorum etc.

II. Inscriptionum.

III. Rerum.

INDEX I.

AVGVSTORVM, CAESARVM, TYRANNORVM etc.

Achilleus tyrannus. VIII. 28.
Aelianus. (A. Pomponius) VIII. 41.
Aelianus. (Q. Valens) VII. 450.
Aelius (L.) Caesar. VI. 524.
Aemilianus (Aemilius) VII. 371.
Aemilianus (Alexander) VII. 468.
Agrippa (Marcus) VI. 162.
Agrippa Postumus Caesar. VI. 174.
Agrippina Germanici. VI. 212.
Agrippina Claudii. VI. 255.
Albinus (Clod.) VII. 161.
Alexander Severus. VII. 267.

Alexander Aemilianus. VII. 468.
Alexander tyrannus. VIII. 60.
Alexander Basilii I. fil. VIII. 244.
Alexius I. Comnenus. VIII. 260.
Alexius II. Comnenus. VIII. 262.
Alexius III. Angelus. VIII. 264.
Alexius IV. Angelus. VIII. 264.
Alexius V. Ducas Murzuphlus. VIII. 264.
Allectus. VIII. 49.
Amandus. VIII. 40.
Anastasius I. VIII. 205.
Anastasius II. (Artemius) VIII. 230.

- Andronicus I. Comnenus. VIII. 263.
 Andronicus II. Palaeologus. VIII. 268.
 Andronicus III. Palaeologus. VIII. 269.
 Andronicus IV. Palaeologus. VIII. 271.
 Anthemius. VIII. 196.
 Antinous. VI. 528.
 Antonia Claudii filia. VI. 251.
 Antonia Drusi sen. VI. 178.
 Antoninus Pius. VII. 1.
 Antoninus (Vranus.) VII. 288.
 Antoninus (Sulpicius.) VII. 288.
 Antonius (M.) IIIvir. VI. 35.
 Antonius (M.) IIIviri fil. VI. 68.
 Antonius (C.) IIIviri frater. VI. 40.
 Antonius (L.) IIIviri frater. VI. 42.
 Aquilia (Iul. Severa) Elagabali. VII. 259.
 Arcadius. VIII. 168.
 Artavasdus. VIII. 233.
 Artemius Anastasius. VIII. 230.
 Athalaricus Gothus. VIII. 213.
 Athenodorus Palmyrenus. VII. 492.
 Attalus Priscus. VIII. 180.
 Attila Hunnorum rex. VIII. 190.
 Augustus-Octavianus. VI. 69.
 Avitus (M. Maecil.) VIII. 193.
 Aurelianus. VII. 479.
 Aurelius (M.) Antoninus. VII. 43.
 Aureolus. VII. 464.
 Baduila Gothus. VIII. 212.
 Baduila alter. VIII. 214.
 Balbinus (Caelius.) VII. 305.
 Balduinus I. imperator Orientis, capta
 a cruce signatis Constantinopoli, ejus-
 que successores Latini Henricus, Pe-
 trus, Robertus, Balduinus II., om-
 nes sine numis. VIII. 264.
 Balista tyrannus. VII. 461.
 Basiliscus. VIII. 204.
 Basilus I. Maced. VIII. 242.
 Basilus II. Romani II. fil. VIII. 249. 252.
 Bonofus. VII. 507.
 Britannicus Claudii fil. VI. 253.
 Brutus (M. Iunius) VI. 19.
 Caesar (Iulius) dictator. VI. 1.
 Caesonia Caligulae. VI. 229.
 Caius M. Agrippae fil. VI. 169.
 Caligula. VI. 218.
 Caracalla. VII. 199.
 Carausius. VIII. 42.
 Carinus. VII. 513.
 Carus. VII. 508.
 Calsius (Caius.) VI. 25.
 Celsus. VII. 469.
 Cenforinus. VII. 477.
 Chlorus (Constantius I.) VIII. 28.
 Christophorus Romani Lecapeni fil.
 VIII. 245.
 Clara (Didia) Iuliani I. filia. VII. 151.
 Claudia Neronis filia. VI. 287.
 Claudius I. (Ti.) VI. 233.
 Claudius II. Goth. VII. 470.
 Clodius Macer. VI. 238.
 Commodus. VII. 102.
 Constans I. Constantini M. fil. VIII. 109.
 Constans II., qui et Constantinus. VIII.
 225.
 Constans tyrannus. VIII. 177.
 Constantina Constantii Galli. VIII. 126.
 Constantinus I. Magnus. VIII. 71.
 Constantinus II. Magni fil. VIII. 105.
 Constantinus III. tyrannus. VIII. 176.
 Constantinus, qui et Constans II. VIII. 225.
 Constantinus IV. Pogonatus. VIII. 226.
 Constantinus V. Copronymus. VIII. 232.
 Constantinus VI. Leonis IV. filius. VIII.
 236.
 Constantinus VII. Theophili fil. VIII. 240.
 Constantinus VIII. Basilii I. fil. VIII. 243.
 Constantinus IX. Romani Lecapeni fil.
 VIII. 245.

- Constantinus X. Porphyrogenitus, VIII. 246.
 Constantinus XI. Romani II. fil. VIII. 253.
 Constantinus XII. Monomachus. VIII. 254.
 Constantinus XIII. Ducas. VIII. 256.
 Constantinus XIV. Palaeologus. VIII. 272.
 Constantius I. Chlorus. VIII. 28.
 Constantius II. Constantini M. fil. VIII. 113.
 Constantius Gallus. VIII. 124.
 Constantius III. patricius. VIII. 175.
 Crispina Commodi. VII. 138.
 Crispus. VIII. 100.
 Cyriades tyrannus. VII. 470.
 Decentius. VIII. 123.
 Decius. VII. 342.
 Delmatius. VIII. 103.
 Desiderius. VIII. 124.
 Diadumenianus. VII. 240.
 Diocletianus. VIII. 1.
 Domitia Domitiani. VI. 399.
 Domitianus Vespasiani fil. VI. 367.
 Domitianus (L. Domitius.) VIII. 41.
 Domitilla Vespasiani. VI. 345.
 Domitilla Vespasiani filia. VI. 349.
 Domna (Iulia) VII. 194.
 Donata (Iunia) Postumi. VII. 447.
 Drusilla Agrippinae sen. filia. VI. 231.
 Drusus senior. VI. 175.
 Drusus Tiberii fil. VI. 202.
 Drusus Germanici fil. VI. 216.
 Dryantilla (Sulpicia) VII. 463.
 Elagabalus. VII. 244.
 Etruscilla (Herennia) Decii. VII. 347.
 Eudocia (Aelia) Arcadii. VIII. 170.
 Eudocia Constantini XIII. et Romani IV. VIII. 257.
 Eudoxia (Aelia) Theodosii II. VIII. 184.
 Eudoxia (Licina) (Valentiniani III. VIII. 188.
 Eugenius. VIII. 167.
 Euphemia (Ael. Marc.) Marciani filia. VIII. 197.
 Eutropia Maximiani Herc. VIII. 27.
 Fausta (Fl. Maxima) Constantini M. VIII. 98.
 Fausta, incertum quae. VIII. 118.
 Faustina Antonini Pii. VII. 37.
 Faustina M. Aurelii. VII. 76.
 Faustina Elagabali. VII. 260.
 Filepicus Bardanes. VIII. 229.
 Firmus (M.) VII. 496.
 Flaccilla (Aelia) Theodosii M. VIII. 164.
 Florianus. VII. 499.
 Focas. VIII. 221.
 Galba. VI. 290.
 Galerius Antoninus Antonini Pii fil. VII. 42.
 Galla Placidia Theodosii M. filia. VIII. 175.
 Galliena (Licina) VII. 437.
 Gallienus. VII. 389.
 Gallienus (Q. Iulius) Caesar. VII. 435.
 Gallus (Constantius) VIII. 124.
 Germanicus Caesar. VI. 208.
 Geta. VII. 227.
 Glycerius. VIII. 198.
 Gordiani Africani I. et II. VII. 299.
 Gordianus III. Pius. VII. 309.
 Grata (Iusta) Honoria Valentiniani III. soror. VIII. 189.
 Gratianus. VIII. 157.

(Vol. VIII.)

X x x

- Hadrianus. VI. 473.
 Hanniballianus. VIII. 104.
 Helena Constantii Chlorig. VIII. 33.
 Helena Crispi. VIII. 101.
 Helena Iuliani II. VIII. 142.
 Heraclius I. VIII. 222.
 Heraclius II. Constantinus. VIII. 224.
 Herennianus Palmyrenus. VII. 491.
 Herennius Etruscus Decii fil. VII. 348.
 Herodes Palmyrenus. VII. 491.
 Honorius. VIII. 171.
 Hostilianus. VII. 350.

 Ingenuus. VII. 470.
 Ioannes I. Zimisces. VIII. 250.
 Ioannes II. Comnenus Porphyrogenitus.
 VIII. 261.
 Ioannes III. Vatatzes. VIII. 265.
 Ioannes IV. Lascaris. VIII. 265.
 Ioannes V. Palaeologus. VIII. 270.
 Ioannes VI. Cantacuzenus. VIII. 270.
 Ioannes VII. Palaeologus. VIII. 271.
 Ioannes VIII. Palaeologus. VIII. 271.
 Iohannes tyrannus. VIII. 185.
 Iovianus. VIII. 147.
 Iovinus. VIII. 179.
 Irene Leonis IV. VIII. 235.
 Isaacius I. Comnenus. VIII. 256.
 Isaacius II. Angelus. VIII. 263.
 Iulia Augusti filia. VI. 167.
 Iulia Titi filia. VI. 365.
 Iulianus (Didius) VII. 147.
 Iulianus (M. Aur.) VII. 521.
 Iulianus (Fl.) VIII. 127.
 Iusta Grata Honoria Valentiniani III.
 soror. VIII. 189.
 Iustinianus I. VIII. 203.
 Iustinianus II. Rhinotmetus. VIII. 227.
 Iustinus I. VIII. 206.
 Iustinus II. VIII. 216.

 Laelianus (Vlp. Corn.) VII. 448.
 Leo I. VIII. 194.
 Leo II. VIII. 199.
 Leo III. Isaurus. VIII. 231.
 Leo IV. Chazarus. VIII. 234.
 Leo V. Armenius. VIII. 238.
 Leo VI. Sapiens. VIII. 243.
 Leontius I. VIII. 201.
 Leontius II. VIII. 228.
 Lepidus IIIvir. VI. 34.
 Libius Severus. VIII. 196.
 Licinius pater. VIII. 61.
 Licinius filius. VIII. 68.
 Livia Augusti. VI. 146.
 Lollianus. VII. 449.
 Lucilla L. Veri. VII. 98.
 Lucius M. Agrippae filius. VI. 169.

 Macer (Clodius) VI. 288.
 Macriani pater et filius. VII. 465.
 Macrinus. VII. 236.
 Maeonius Palmyrenus. VII. 491.
 Maesa (Iulia) VII. 266.
 Magnentius. VIII. 121.
 Majorianus. VIII. 195.
 Mamaea (Iulia) VII. 286.
 Manuel I. Comnenus Porphyrogenitus.
 VIII. 261.
 Manuel II. Palaeologus. VIII. 271.
 Marcellus Octaviae filius. VI. 161.
 Marciana Traiani soror. VI. 467.
 Marcianus. VIII. 191.
 Marcus Bassifci filius. VIII. 204.
 Maria Michaelis VII. VIII. 259.
 Mariniana Valeriani. VII. 388.
 Marinus. VII. 337.
 Marius (M. Aur.) VII. 454.
 Martinianus. VIII. 70.
 Matidia Marcianae filia. VI. 469.
 Mathaeus Cantacuzenus. VIII. 271.
 Mauricius. VIII. 219.

- Maxentius.** VIII. 55.
Maximianus (Valer.) Hercules. VIII. 15.
Maximianus (Galer.) VIII. 34.
Maximinus (Iul. Verus) VII. 290.
Maximinus Daza. VIII. 51.
Maximus (Iul. Verus) VII. 297.
Maximus (Magnus) VIII. 165.
Maximus tyrannus. VIII. 178.
Messalina (Valeria) Claudii. VI. 251.
Messalina (Statilia) Neronis. VI. 287.
Michael I. Rhangabe. VIII. 237.
Michael II. Balbus. VIII. 239.
Michael III. Theophili filius. VIII. 241.
Michael IV. Paphlago. VIII. 254.
Michael V. Calaphates. VIII. 254.
Michael VI. Stratioticus. VIII. 256.
Michael VII. Ducas. VIII. 258.
Michael VIII. Palaeologus. VIII. 267.
Michael IX. Palaeologus. VIII. 269.

Nepos (Iulius) VIII. 202.
Nepotianus. VIII. 119.
Nero Germanici filius. VI. 216.
Nero Domitius. VI. 260.
Nerva. VI. 403.
Nicephorus I. VIII. 233.
Nicephorus Logotheta. VIII. 237.
Nicephorus Focas. VIII. 249.
Nicephorus Botaniates. VIII. 260.
Nigrinianus. VII. 520.
Nonius. VIII. 120.
Numerianus. VII. 510.

Octavia soror Augusti. VI. 159.
Octavia Neronis. VI. 285.
Odenathus Palmyrenus. VII. 491.
Olybrius (Anicius) VIII. 198.
Orbiana (Sall. Barb.) Alexandri Sev. VII. 284.

Oriuna credita Carausii uxor. VIII. 43.
Otacia (Marcia Severa) Philippi I. VII. 332.
Otho. VI. 300.

Pacatianus. VII. 338.
Paula (Iul. Corn.) Elagabali. VII. 258.
Paulina Maximini I. VII. 296.
Pertinax. VIII. 140.
Pescennius Niger. VII. 152.
Petronius Maximus. VIII. 190.
Philippus I. pater. VII. 320.
Philippus II. filius. VII. 333.
Phocas. VIII. 221.
Piso Frugi. VII. 460.
Placidia (Galla) VIII. 175.
Plautilla (Fulvia) VII. 224.
Plotina Trajani. VI. 465.
Pompeius (Sextus) VI. 26.
Poppaea Sabina Neronis. VI. 286.
Postumus pater. VII. 437.
Postumus filius. VII. 447.
Priscus Attalus. VIII. 180.
Probus. VII. 500.
Procopius. VIII. 156.
Proculus. VII. 507.
Pulcheria Marciani. VIII. 192.
Pupienus (Clodius) VII. 305.

Quartinus (T.) VII. 299.
Quietus. VII. 468.
Quintillus. VII. 477.

Regalianus. VII. 461.
Romanus I. Lecapenus. VIII. 245.
Romanus II. Constantini X. fil. VIII. 248.
Romanus III. Argyrus. VIII. 254.
Romanus IV. Diogenes. VIII. 257.
Romulus Maxentii fil. VIII. 59.

Xxx 2

Romulus Aug. VIII. 203.

Sabina Hadriani. VI. 519.

Salonina Gallieni. VII. 418.

Saloninus Gallieni fil. VII. 421.

Saturninus I. VII. 470.

Saturninus II. VII. 507.

Saturninus III. VIII. 113.

Scantilla (Manlia) Did. Iuliani. VIII. 150.

Sebastianus. VIII. 179.

Severa (Iul. Aquil.) Elagabali. VII. 259.

Severina Aureliani. VII. 487.

Severus (Septimius) VII. 166.

Severus (Fl. Val.) VIII. 50.

Severus (Libius) VIII. 196.

Soaemias (Iul.) Elagabali mater. VII. 264.

Sophia Iustini II. VIII. 217.

Sponsianus. VII. 340.

Stauracius. VIII. 237.

Stephanus Romani Lecapeni fil. VIII. 245.

Sulpicius Antoninus. VII. 288.

Supera (Cornelia) Aemiliani. VII. 374.

Sylvanus. VIII. 127.

Tacitus. VII. 496.

Tetricus pater. VII. 455.

Tetricus filius. VII. 459.

Thecla Theophili filia. VIII. 241.

Theia Gothus. VIII. 212. 215.

Theodahatus Gothus. VIII. 213.

Theodora (Fl. Maximiana) Constantii Chlori. VIII. 33.

Theodora Theophili. VIII. 241.

Theodora Constantini XI. filia. VIII. 255.

Theodoricus Gothus. VIII. 211.

Theodorus I. Lascaris. VIII. 265.

Theodorus II. Angelus. VIII. 265. 266.

Theodorus III. Lascaris. VII. 265.

Theodosius I. Magnus. VIII. 162.

Theodosius II. VIII. 180.

Theodosius III. Adramytenus. VIII. 230.

Theophano Romani II. VIII. 248.

Theophilus. VIII. 240.

Tiberius. VI. 182.

Tiberius Drusi jun. fil. VI. 207.

Tiberius II. Constantinus. VIII. 218.

Tiberius Iustiniani II. fil. VIII. 228.

Tiberius Abdimarus. VIII. 229.

Timolaus Palmyrenus. VII. 491.

Titiana Pertinacis. VII. 146.

Titus Vespasianus. VI. 350.

Trajanus. VI. 411.

Tranquillina (Sabinia) Gordiani III. VII. 318.

Trebellianus. VII. 469.

Trebonianus Gallus. VII. 354.

Vabalathus Palmyrenus. VII. 492.

Valens tyrannus. VII. 461.

Valens (Aur. Val.) VIII. 70.

Valens Valentiniani I. frater. VIII. 152.

Valentinianus I. VIII. 149.

Valentinianus II. VIII. 160.

Valentinianus III. (Placidius) VIII. 186.

Valeria (Gal.) VIII. 40.

Valerianus sen. VII. 376.

Valerianus jun. VII. 436.

Verina (Aelia) Leonis I. VIII. 195.

Verus (Annius) M. Aurelii fil. VII. 82.

Verus (L. Aurelius) M. Aurelii frater. VII. 87.

Vespasia Polla Vespasiani mater. VI. 349.

Vespasianus. VI. 319.

Vespasianus jun. VI. 402.

Vetranio. VIII. 119.

Victor (Fl.) VIII. 166.

Victorina Victorini I. mater. VII. 453.

Victorinus pater. VII. 450.

Victorinus filius. VII. 453.

Vitalianus. VIII. 207.

Vitellius. VI. 308.

Vitigea Gothus. VIII. 214.
 Volusianus. VII. 366.
 Vranus Antonius. VII. 288.
 Vrbica (Magna) Carini. VII. 517.
 Zeno. VIII. 199.

Zenobia Palmyrena. VII. 493.
 Zenonis (Aelia) Basilisci. VIII. 204.
 Zimisces (Ioannes) VIII. 250.
 Zoe Carbonopina Leonis VI. VIII. 243.
 Zoe Constantini XII. Monomachi. VIII.
 255.

INDEX II.

INSCRIPTIONVM.

- ABVNDANTIA. *Tetricus I. VII. 456.*
 ABVNDANTIA AVG. *Decius VII. 343.*
Gallien. VII. 405. Tetricus II. VII.
459.
 ABVNDANTIA TEMPORVM. *Saloni-*
na. VII. 418.
 ACHILLIS PENTESILEA. *Contorn.*
VIII. 287.
 ACT. IMP. *August. VI. 107. 110.*
 ADIVTRIX AVG. *Victorin. I. VII. 451.*
Carausius. VIII. 44.
 ADLOCVTIO AVG. *Gallienus VII. 401.*
Probus. VII. 502.
 ADLOCVTIO AVGG. *Numerianus VII.*
512.
 ADLOCVTIO COH. *Caligula. VI. 221.*
Nero. 268.
 ADLOCVTIO MILITVM. *Probus VII.*
503.
 ADOPTIO TRIBVNIC. POTESTAS. *Hadrianus VI. 475.*
 ADVENT. *vel* ADVENTVS AVG. *vel*
AVGG. Hadrianus VI. 476. et dein-
ceps obvium.
 ADVENTVI AVG. AFRICAE. *VI. 483.*
 ALEXANDRIAE. 489. ARABIAE.
 492. ASIAE. 492. BITHYNIAE. 492.
 BRITANNIAE. 493. CILICIAE. 494.
 GALLIAE. 494. ITALIAE. 495. IV-
 DÆÆ. 495. MACEDONIAE. 498.
 MAVRETANIAE. 498. MOESIAE.
 499. PHRYGIAE. 500. SICILIAE.
 500. THRACIAE. 501. *Sunt omnes*
Hadriani.
 ADVENTVS AVGVSTI. *Caracalla. VII.*
208. Geta. 231. Elagabalus 248.
 ADVENTVS AVGVSTORVM. *Philip-*
pus I. VII. 320. Valerianus. 380.
 ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. *Se-*
verus VII. 175.
 ADVENT. AVG. GALL. *Severus VII.*
187.
 ADVENTVI CARI AVG. *Carus. VII.*
508.
 ADVENTVS S. D. N. AVG. *Marcianus*
VIII. 191.

- AED. DIV. FAVSTINAE. *Faustina sen.* VII. 39.
- AEDE. DIVI AVG. REST. *Antoninus.* VII. 25.
- AEGYPTOS. *Hadrianus.* VI. 488.
- AEGYPTO CAPTA. *Augustus.* VI. 83.
- AELIANA PINCENSIA. *Hadrianus* VI. 446.
- AENEAS. *Contorn.* VIII. 288.
- AEQVITAS AVG. *Hofilianus.* VII. 353.
et in aliis obvium.
- AEQVITAS AVGVSTI, in spurio *Vitellii.* VI. 318.
- AEQVITAS II. *Severus.* VII. 167.
Domna. 196.
- AEQVITAS PVBLICA. *Aquila.* VII. 260. *Salonina.* 418.
- AEQVITATI PVBLICAE. *Severus.* VII. 188.
- AESCVLAPIVS. *Antoninus.* VII. 32.
- AETERNITAS. *Vespasianus.* VI. 337.
Titus. 355. *Faustina sen.* VII. 39. *Faustina jun.* 81. *Pertinax.* 144.
- AET. AVG. *Trajanus.* VI. 423. *Hadrianus.* 478.
- AETERNITAS AVG. *Pescennius.* VII. 154. et deinceps obvium.
- AETERNIT. IMPERI. *Severus.* VII. 179.
Caracalla. 202. *Geta.* 228.
- AETERNITAS IMPER. *Philippus I.* VII. 328.
- AETERNITAS P. R. *Vespasianus.* VI. 323.
- AETERNITATI AVGG. *Valerianus.* VII. 381. *Gallienus.* 406.
- AETERNITATI FLAVIORVM. *Titus.* VI. 360.
- AETERNITATIBVS. *Alexander Sev.* VII. 278.
- AETERNA-MEMORIA. *Chlorus.* VIII. 32. *Max. Herc.* 27. *Romulus.* 59.
- AETERNAE MEMORIAE. *Gal. Max.* VIII. 38.
- AETERNA PIETAS. *Constantinus M.* VIII. 92.
- AFRICA. *Hadrianus.* VI. 488. *Antoninus.* VII. 4. *Severus.* 171.
- AGIT SPE TESEVS. *Contorn.* VIII. 288.
- AGRIPPINA IVLIA. *Caligula.* VI. 220.
- AGRIPPINA DRVSIILLA IVLIA. *Caligula.* VI. 219.
- AHALA. *Brutus.* VI. 20.
- ALACRITATI. *Gallienus.* VII. 406.
- ALAMANNIA DEVICTA. *Crispus.* VIII. 100.
- ALEXANDER MAGNVS MACEDON. *Contorn.* VIII. 289.
- ALEXANDRIA. *Hadrianus.* VI. 489. *Antoninus.* VII. 4.
- ALIM. ITAL. *Trajanus.* VI. 424.
- AMOR MVTVVS AVG. *Balbinus.* VII. 305.
- AMPLIATORI CIVIVM S. P. Q. R. *Antoninus.* VII. 12.
- ANCILIA. *Antoninus.* VII. 13.
- ANNO I. II etc. *Iustinus I.* VIII. 207. et deinceps.
- ANN. DCCCLXXXIII. NAT. VRB. P. CIR. CON. *Hadrianus.* VI. 501.
- ANNOA AVG. *M. Aurelius.* VII. 62. *Macrinus.* 239. *Salonina.* 418.
- ANNOAE AVG. *Severus.* VII. 176.
- ANNO. AVG. *Commodus.* VII. 111.
- ANNOA AVG. CERES. *Nero.* VI. 268.
- ANN. AVG. SAEVLI FELICISSIMI. *Caracalla.* VII. 203.
- APOLLINI ACTIO. *Augustus.* VI. 105.
- APOLLINI CONS. *Claudius Goth.* VII. 475. *Carausius.* VIII. 44.
- APOLLINI CONS. AVG. *Gallienus.* VII. 395.
- APOLLINI CONSERVA. *Gallienus.* VII.

395. *Macrianus*. 467.
 APOL. CONSERVAT. *Aemilianus*. VII.
 372.
 APOLLINI AVGVSTO. *Antoninus*. VII.
 13. *Severus*. 171.
 APOL. MONETAЕ. *Commodus*. VII.
 122.
 APOL. PAL. vel PALATINO. *Commodus*. VII. 124.
 APOLLI. PAL. S. P. Q. R. *Gallienus*.
 VII. 395.
 APOLL. SALVTARI. *Volusianus*. VII.
 368.
 APOLLO SALVTARIS. *Trebonianus*.
 VII. 357.
 APOLLINI SANCTO. *Pescennius*. VII.
 154.
 APOLLONISANCTO. *Julianus II*. VIII.
 137. 141. 142.
 APOLONIVS TYANEVS. *Contorn*. VIII.
 292.
 A POP. FRVG. AC. *Domitianus*. VI.
 387.
 APVLEIVS. *Contorn*. VIII. 292.
 AQVA TRAIANA. *Trajanus*. VI. 425.
 ARA PACIS. *Nero*. VI. 268. *Lollianus*.
 VII. 449.
 ARA PVDIC. *Plotina*. VI. 465.
 ARAB. ADIAB. *Severus*. VII. 172. 173.
 ARAB. ADQ. *Trajanus*. VI. 420.
 ARCVS AVGG. *Severus*. VII. 185. *Caracalla*. 204.
 ARMENIA. *Nero*. VI. 263. *Verus*. VII.
 93.
 ARMEN. M. *Aurelius*. VII. 50. *Verus*.
 90. 91.
 ARMENIA CAPTA. *Augustus*. VI. 98.
 ARMENIA DEVICTA. M. *Antonius*.
 VI. 47.
 ARMEN. RECEP. IMP. VII. *Augustus*.
 VI. 82.
 ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN
 POTESTATEM P. R. REDACTAE.
Trajanus. VI. 438.
 ARNASI vel ARNAZI. *Trebonianus*.
 VII. 357. *Volusianus*. 368.
 ARTEMIVS VINCAS IMPERATOR
 PLENA. *Contorn*. VIII. 293.
 ASIA. *Hadrianus*. VI. 492. *Antoninus*.
 VII. 4.
 ASIA RECEPTA. *Augustus*. VI. 82.
 ASINA. *Honorius*. VIII. 173.
 AVCTOR PIETAT. *Commodus*. VII. 118.
 AVG. *Vespasianus*. VI. 326.
 AVGV R. PONT. MAX. *Iul. Caesar*.
 VI. 6.
 AVGV R. PONTIF. *Augustus*. VI. 82.
 AVGV R. TRI. POT. *Vespasianus*. VI.
 331. *Titus*. 359.
 AVGVSTA. *Galba*. VI. 292. *Faustina*
sen. VII. 39.
 AVGVSTA IN PACE. *Salonina*. VII.
 418.
 AVGVSTI COS. *Caracalla*. VII. 203.
 AVG. PARENTI SVO. M. *Aurelius*.
 VII. 67.
 AVGVSTVS AVGVSTA. *Nero*. VI. 269.
 AVSPIC. FEL. *Diocletianus*. VIII. 5.
 BASILICA VLPIA. *Trajanus*. VI. 438.
 433.
 BEATA TRANQVILLITAS. *Licinius*
jun. VIII. 69. *Crispus*. 100 et alii de-
 inceps.
 BEATITVDO PVBLICA. *Magnentius*.
 VIII. 121.
 BONAE FORTVNAE. *Valerianus*. VII.
Gallienus. 406.
 BONAE SPEI. *Pescennius*. VII. 154.
Severus. 170.
 BONO GENIO PII IMPERATORIS.
Max. Daza. VIII. 54. *Licinius sen*. 64.

- AED. DIV. FAVSTINAE. *Faustina sen.* VII. 39.
- AEDE. DIVI AVG. REST. *Antoninus.* VII. 25.
- AEGYPTOS. *Hadrianus.* VI. 488.
- AEGYPTO CAPTA. *Augustus.* VI. 83.
- AELIANA PINCENSIA. *Hadrianus* VI. 446.
- AENEAS. *Contorn.* VIII. 288.
- AEQVITAS AVG. *Hosilianus.* VII. 353. *et in aliis obvium.*
- AEQVITAS AVGVSTI, *in spurio Vitellii.* VI. 318.
- AEQVITAS II. *Severus.* VII. 167. *Demna.* 196.
- AEQVITAS PVBLICA. *Aquila.* VII. 260. *Salonina.* 418.
- AEQVITATI PVBLICAE. *Severus.* VII. 188.
- AESCVLAPIVS. *Antoninus.* VII. 32.
- AETERNITAS. *Vespasianus.* VI. 337. *Titus.* 355. *Faustina sen.* VII. 39. *Faustina jun.* 81. *Pertinax.* 144.
- AET. AVG. *Trajanus.* XI. 423. *Hadrianus.* 478.
- AETERNITAS AVG. *Pescennius.* VII. 154. *et deinceps obvium.*
- AETERNIT. IMPERI. *Severus.* VII. 179. *Caracalla.* 202. *Geta.* 228.
- AETERNITAS IMPER. *Philippus I.* VII. 328.
- AETERNITAS P. R. *Vespasianus.* VI. 323.
- AETERNITATI AVGG. *Valerianus.* VII. 381. *Gallienus.* 406.
- AETERNITATI FLAVIORVM. *Titus.* VI. 360.
- AETERNITATIBVS. *Alexander Sev.* VII. 278.
- AETERNA-MEMORIA. *Chlorus.* VIII. 32. *Max. Herc.* 27. *Romulus.* 59.
- AETERNAE MEMORIAE. *Gal. Max.* VIII. 38.
- AETERNA PIETAS. *Constantinus M.* VIII. 92.
- AFRICA. *Hadrianus.* VI. 488. *Antoninus.* VII. 4. *Severus.* 171.
- AGIT SPE TESEVS. *Contorn.* VIII. 288.
- AGRIPPINA IVLIA. *Caligula.* VI. 220.
- AGRIPPINA DRVSYLLA IVLIA. *Caligula.* VI. 219.
- AHALA. *Brutus.* VI. 20.
- ALACRITATI. *Gallienus.* VII. 406.
- ALAMANNIA DEVICTA. *Crispus.* VIII. 100.
- ALEXANDER MAGNVS MACEDON. *Contorn.* VIII. 289.
- ALEXANDRIA. *Hadrianus.* VI. 489. *Antoninus.* VII. 4.
- ALIM. ITAL. *Trajanus.* VI. 424.
- AMOR MVTVVS AVG. *Balbinus.* VII. 305.
- AMPLIATORI CIVIVM S. P. Q. R. *Antoninus.* VII. 12.
- ANCILIA. *Antoninus.* VII. 13.
- ANNO I. II etc. *Iustinus I.* VIII. 207. *et deinceps.*
- ANN. DCCCLXXIII. NAT. VRB. P. CIR. CON. *Hadrianus.* VI. 501.
- ANNOA AVG. *M. Aurelius.* VII. 62. *Macrinus.* 239. *Salonina.* 418.
- ANNOAE AVG. *Severus.* VII. 176.
- ANNO. AVG. *Commodus.* VII. 111.
- ANNOA AVG. CERES. *Nero.* VI. 268.
- ANN. AVG. SAEVLI FELICISSIMI. *Caracalla.* VII. 203.
- APOLLINI ACTIO. *Augustus.* VI. 105.
- APOLLINI CONS. *Claudius Goth.* VII. 475. *Caracallus.* VIII. 44.
- APOLLINI CONS. AVG. *Gallienus.* VII. 395.
- APOLLINI CONSERVA. *Gallienus.* VII.

395. *Macrianus. 467.*
 APOL. CONSERVAT. *Aemilianus. VII.*
 372.
 APOLLINI AVGVSTO. *Antoninus. VII.*
 13. *Severus. 171.*
 APOL. MONETAE. *Commodus. VII.*
 122.
 APOL. PAL. vel PALATINO. *Commodus. VII. 124.*
 APOLLI. PAL. S. P. Q. R. *Gallienus. VII. 395.*
 APOLL. SALVTARI. *Volusianus. VII.*
 368.
 APOLLO SALVTARIS. *Trebonianus. VII. 357.*
 APOLLINI SANCTO. *Pescennius. VII.*
 154.
 APOLLONISANCTO. *Julianus II. VIII.*
 137. 141. 142.
 APOLONIVS TYANEVS. *Contorn. VIII.*
 292.
 A POP. FRVG. AC. *Domitianus. VI.*
 387.
 APVLEIVS. *Contorn. VIII. 292.*
 AQVA TRAIANA. *Trajanus. VI. 425.*
 ARA PACIS. *Nero. VI. 268. Lollianus. VII. 449.*
 ARA PVDIC. *Plotina. VI. 465.*
 ARAB. ADIAB. *Severus. VII. 172. 173.*
 ARAB. ADQ. *Trajanus. VI. 420.*
 ARCVS AVGG. *Severus. VII. 185. Caracalla. 204.*
 ARMENIA. *Nero. VI. 263. Verus. VII.*
 93.
 ARMEN. M. *Aurelius. VII. 50. Verus.*
 90. 91.
 ARMENIA CAPTA. *Augustus. VI. 98.*
 ARMENIA DEVICTA. M. *Antonius.*
 VI. 47.
 ARMEN. RECEP. IMP. VII. *Augustus.*
 VI. 82.
 ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN
 POTESTATEM P. R. REDACTAE.
Trajanus. VI. 438.
 ARNASI vel ARNAZI. *Trebonianus.*
 VII. 357. *Volusianus. 368.*
 ARTEMIVS VINCAS IMPERATOR
 PLENA. *Contorn. VIII. 293.*
 ASIA. *Hadrianus. VI. 492. Antoninus.*
 VII. 4.
 ASIA RECEPTA. *Augustus. VI. 82.*
 ASINA. *Honorius. VIII. 173.*
 AVCTOR PIETAT. *Commodus. VII. 118.*
 AVG. *Vespasianus. VI. 326.*
 AVGVR PONT. MAX. *Iul. Caesar.*
 VI. 6.
 AVGVR PONTIF. *Augustus. VI. 82.*
 AVGVR TRI. POT. *Vespasianus. VI.*
 331. *Titus. 359.*
 AVGVSTA. *Galba. VI. 292. Faustina*
sen. VII. 39.
 AVGVSTA IN PACE. *Salonina. VII.*
 418.
 AVGVSTI COS. *Caracalla. VII. 203.*
 AVG. PARENTI SVO. M. *Aurelius.*
 VII. 67.
 AVGVSTVS AVGVSTA. *Nero. VI. 269.*
 AVSPIC. FEL. *Diocletianus. VIII. 5.*
 BASILICA VLPIA. *Trajanus. VI. 438.*
 433.
 BEATA TRANQVILLITAS. *Licinius*
jun. VIII. 69. Crispus. 100 et alti de-
inceps.
 BEATITVDO PVBLICA. *Magnentius.*
 VIII. 121.
 BONAE FORTVNAE. *Valerianus. VII.*
Gallienus. 406.
 BONAE SPEI. *Pescennius. VII. 154.*
Severus. 170.
 BONO GENIO PII IMPERATORIS.
Max. Daza. VIII. 54. Licinius sen. 64.

- BONONIA OCEANEN. *Constans I. VIII.* 110.
 BON. EVENT. *Galba. VI.* 293. 298. *Gallienus. VII.* 406.
 BONVS EVENTVS. *Pescennius. VII.* 154. *Severus.* 170. *Caracalla.* 201.
 BONVS EVENTVS AVGVSTI. *Titus. VI.* 359.
 BONO REIPVBLICAE. *Grata. VIII.* 189.
 BONO REIPVBLICAE NATI. *Fl. Victor. VIII.* 186.
 BRITANNIA. *Hadrianus. VI.* 493. *Antoninus. VII.* 4. 14. *Commodus.* 113.
 BRITANNIS (DE) *Claudius. VI.* 240.
 BRVTVS (L.) PRIM. COS. *Brutus. VI.* 20.

 CAESARES GEMINI. *Caius et Lucius. VI.* 174.
 CAES. AVG. CONS. S. C. OB. R. P. CONS. *Augustus. VI.* 103.
 CALLIOPE AVG. *Probus. VII.* 504.
 CAPIT. RESTIT. *Domitianus. VI.* 377.
 CAPPADOCIA. *Hadrianus. VI.* 493. *Antoninus. VII.* 5.
 CARITAS MVTVA AVGG. *Balbinus. VII.* 305.
 CASTOR. *Geta. VII.* 229. *Gallienus.* 396. *Postumus.* 441.
 CENSOR. *Claudius. VI.* 242.
 CERES. *Tiberius. VI.* 185.
 CERES AVGVSTA. *Claudius. VI.* 239. *Julia Titi.* 366.
 CERERI FRVGIFERAE. *Pescennius. VII.* 154. *Severus.* 170.
 CERTAM. QVINQ. ROM. CON. *Nero. VI.* 264.
 CHORTIS SPECVLATORVM. *M. Antonius. VI.* 53.
 CHORTIVM PRAETORLARVM. *M. Antonius. VI.* 52.
 CIVIBVS SERVATEIS. *Augustus. VI.* 88.
 CIVIB. ET SIGN. MILIT. A PARTH. RECV. *Augustus. VI.* 101.
 CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. *Tiberius. VI.* 192.
 CLARITAS AVG. *Postumus. VII.* 441.
 CLEM. M. *Aurelius. VII.* 47.
 CLEMENTIA AVG. M. *Aurelius. VII.* 63. *Albinus.* 163.
 CLEMENTIAE. *Tiberius. VI.* 187.
 CLEMENTIAE CAESARIS. *Jul. Caesar. VI.* 9.
 CLEOPATRAE REGINAE REGVM FILIORVM PEGVM. *M. Antonius. VI.* 47.
 CL. V. *Augustus. VI.* 96. 121. 128.
 COCLES. *Antoninus. VII.* 32.
 COHORT. PRAEF. PRINCIPI SVO. *Gallienus. VII.* 406.
 COL. L. AN. COM. *Commodus. VII.* 122.
 COMES AVG. *Tetricus sen. VII.* 456. *Probus.* 504. *Carausius. VIII.* 44.
 COMITI AVG. *Postumus. VII.* 442.
 COMITATVS AVGG. *Diocletianus. VIII.* 5. *Chlorus.* 29.
 COM. ASI. vel ASIAE. *Augustus. VI.* 100. *Claudius.* 245.
 COM. ASI. ROM. ET AVG. *Nerva. VI.* 410. *Trajanus.* 444.
 COM. BIT. ROMSPAVG. *Hadrianus. VI.* 514.
 COMM. CONSENS. *Augustus. VI.* 105.
 CONCORDIA. *Galba. VI.* 298. *Hadrianus.* 475. *Antoninus. VII.* 14. *Faustina sen.* 38. *Faustina jun.* 77. *Aquilina.* 260. *Faustina Elag.* 261. 262. *Otacilia.* 332.
 CONCORDIA AVGVST. *Julia Titi. VI.* 366. *Domitia.* 401. *M. Aurel. VII.* 48.

- CONCORDIA AVG. *Sabina. VI. 521. Paula. VII. 258. Gordiani I. et II. 302. Decius. 343. Supera. 374.*
 CONCORDIA AVGG. *Geta. VII. 231. Orbiana. 285. Tranquillina. 318. Herennius. 349.*
 CONCORDIA AVGGG. vel AVGGGG. *Valentinianus I. VIII. 150.*
 CONCORDIA AVGG. ET CAESS. NNN. *Max. Herc. VIII. 18.*
 CONCORDIA AVGG. vel AVGVSTORVM. (in antica) *Philippus I. VII. 320. 321. 323. Decius. 345. Trebo-
 wianus. 355. Valerianus. 380. Gallie-
 nus. 408. 410.*
 CONCORDIA AETERNA. *Paula. VII. 258.*
 CONCORDIAE AETERNAE. *Caracalla VII. 203. Plantilla. 226.*
 CONCORD. EQVIT. *Postumus. VII. 442. Aureolus. 465.*
 CONCORDIA EXERCITVVM. *Nerva, VI. 404.*
 CONCORDIA III. EXERCIT. *Valerianus. VII. 383.*
 CONCORD. EXERC. VIII. *Gallienus. VII. 406.*
 CONCORDIA FELIX. *Caracalla. VII. 203. Plantilla. 226.*
 CONCORDIA IMPERII. *Fl. Severus. VIII. 50. Constantinus M. 72.*
 CONC. MIL. *Commodus. VII. 114.*
 CONCORDIA MILITVM. *Did. Iulianus. VII. 149. Paratianus. 339. Ma-
 rius. 454. Severina. 487.*
 CONCORD. MILIT. FELIC. ROMA-
 NOR. *Max. Herc. VIII. 25.*
 CONCORDIA P. P. *Pescennius. VII. 154.*
 CONCORDIA PROVINCIARVM. *Gal-
 ba. VI. 293.*
 CONG. DAT. POP. *Nero. VI. 270.*
 CONGIAR. P. R. *Nerva. VI. 404.*
 CONG. P. R. *Trajanus. VI. 413.*
 CONGIAR. PRIMVM P. R. DAT. *Ti-
 tus. VI. 354.*
 CONGIAR. SECVND. *Trajanus. VI. 417.*
 CONG. II. COS. II. *Domitianus. VI. 370.*
 CONGIARIVM TERTIVM. *Trajanus. VI. 426.*
 CONG. AVG. III. *M. Aurelius. VII. 51.*
 CONG. AVG. III. *M. Aurelius. VII. 53. Verus. 93.*
 CONG. AVG. VIII. *Antoninus. VII. 27.*
 CONS. PRINC. AVG. *Aurelianus. VII. 481.*
 CONSECRATIO. *Nomi sic inscripti
 exhibentur in tractatu singulari de
 nominis consecrationum Vol. VIII. pag.
 456.*
 CONSEN. EXERCIT. *Vespasianus. VI. 323.*
 CONSENSV SENAT. ET EQ. ORDIN. *P. Q. R. Augustus. VI. 126.*
 CONSERVATOR AVG. *Elagabalus. VII. 249. Valerianus. 383. Gallienus.
 395. Tacitus. 497. Florianus. 499.
 Probus. 500.*
 CONSERVATORES AVG. *Postumus. VII. 442.*
 CONSERVATORI AVGGG. *Carausius. VIII. 44.*
 CONSERVATOR AFRICAE SVAE. *Max. Herc. VIII. 25. Maxentius. 57.*
 CONSERVATORES KART. SVAE. *Max. Herc. VIII. 25. Maxentius. 58.*
 CONSERVATORES VRB. SVAE. *Max.*

(Vol. VIII.)

Yyy

- Herc. VIII.* 26. *Maxentius.* 56. 57.
 CONSERVAT. PIETAT. *Gallienus.* VII. 406. *Claud. Goth.* 472.
 CONSTANT. AVG. *Carausius.* VIII. 44.
 CONSTANTIAE AVGVSTI. *Antonia.* VI. 179. *Claudii.* 236.
 CONSTANTINIANA DAPHNE. *Constantinus M.* VIII. 81.
 CONSVL. AVGG. NN. *Max. Herc.* VIII. 16.
 COS. QVINQ. *Iul. Caesar.* VI. 8.
 COS. OCTAVO DESIG. IX. *Augustus.* VI. 89.
 COS. ITERO. *Hadrianus.* VI. 477.
 DACIA. *Hadrianus.* VI. 494. *Antoninus.* VII. 5. *Decius.* 343.
 DACIA AVGVST. PROVINCIA. *Trajanus.* VI. 428.
 DACIA CAP. *Trajanus.* VI. 418.
 DACIA FELIX. *Decius.* VII. 343. *Aurelianus.* 481.
 DACICA. *Trajanus.* VI. 423.
 DANVBIVS. *Constantinus M.* VIII. 85.
 DANVVIVS. *Trajanus.* VI. 418.
 DARDANICI. *Trajanus.* VI. 446.
 DEAE SEGETIAE. *Gallienus.* VII. 399. *Salonina.* 419.
 DEBELLATORI GENTIVM BARBARVM. *Constantinus M.* VIII. 83. *Constantius II.* 116.
 DECVRGIO. *Nero.* VI. 271. *Hadrianus.* 503. *Contorn.* VIII. 305.
 DEDICATIO AEDIS. *Faustina sen.* VII. 39.
 DEO AVGVSTO. *Gallienus.* VII. 396.
 DEO CABIRO. *Claud. Goth.* VII. 472.
 DEO MARTI. *Gallienus.* VII. 398.
 DEO VOLKANO. *Valerianus.* VII. 384. *Gallienus.* 400. *Saloninus.* 422.
 DEO SANCTO NILO. *Iulianus II.* VIII. 136.
 DEO SANCTO SERAPIDI. *Iulianus II.* VIII. 136. *seq.*
 DEO ET DOMINO NOSTRO (vel NASTO) AVRELIANO AVG. (*in antica.*) *Aurelianus.* VII. 482.
 DEO ET DOMINO CARO INVIC. AVG. (*in antica*) *Carus.* VII. 508.
 DESTINATO IMPERAT. *Caracalla.* VII. 200.
 DEVS ADIVTA ROMANIS. *Heraclius I.* VIII. 223. *et deinceps.*
 DIANA. *Carausius.* VIII. 45.
 DIANA EPHESIA. *Claudius.* VI. 245. *Hadrianus.* 514.
 DIANA PERGENSIS. *Nerva.* VI. 410. *Trajanus.* 444.
 DIANA E CONS. *Carausius.* VIII. 45.
 DIANA E CONS. AVG. *Gallienus.* VII. 396.
 DIANA E REDVCI. *Postumus.* VII. 442.
 DIANA E VICTRI. *Trebonianus.* VII. 358. *Aemilianus.* 372.
 DII NVTRITORES. *Saloninus.* VII. 421.
 DII PATRII. *Caracalla.* VII. 205. *Geta.* 228.
 DIS AVSPICIB. *Severus.* VII. 171.
 DIS CVSTODIBVS. *Pertinax.* VII. 141.
 DIS GENITALIBVS. *Crispina.* VII. 139.
 DIS GENITORIBVS. *Pertinax.* VII. 141.
 DISCIPLINA AVG. *Hadrianus.* VI. 503.
 DIVA AVGVSTA. *Galba.* VI. 293.
 DIVAE MATIDIAE SOCRVI. *Matidia.* VI. 472.
 DIVI CAESARIS MATER. *Domitia.* VI. 401.
 DIVI M. PII F. *Severus.* VII. 173. 174.
 DIVI NERVA ET TRAIANVS PAT.

- Trajanus. VI. 433.*
 DIVVS PARENTIBVS. *Plotina. VI. 466.*
 DIVVS AVGVSTVS PATER. *Tiberius. VI. 193.*
 DIVVS PATER TRAIANVS. *Trajanus. VI. 433.*
 D. N. IHS. XPS. DEI. FILIVS. *Contorn. VIII. 174.*
 DONA AVG. *Gallienus. VII. 406.*
- EID. MAR. *Brutus. VI. 24.*
 EMMANOVHL. *Zimisces. VIII. 250.*
 ENTLOICKCSS. *Philippus I. VII. 329.*
 EPHE. *Vespasianus et filii. VI. 339.*
 EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT. *Nero. VI. 261. Commodus. VII. 104.*
 *EQVIS ROMANVS. *Constantinus M. VIII. 82.*
 EXERCITVS BRITANNICVS. *Hadrianus. VI. 493. Cappadocius. 493. Dacicus. 494. Germanicus. 494. Hispanicus. 495. Iudaicus. 496. Mauretanicus. 498. Mosiacus. 499. Noricus. 500. Parthicus. 500. Raeticus. 500. Syriacus. 501.*
 EXERCITVS INLVRICVS. *Decius. VII. 344.*
 EXERCITVS ISC. *Postumus. VII. 442.*
 EXERCITVS PERS. *Probus. VII. 504.*
 EXERCITVS VAC. *Postumus. VII. 442.*
 EXORACVLO APOLLINIS. *Philippus I. VII. 321.*
 EXPECTATE VENI. *Carausius. VIII. 45.*
 EX S. C. *Claudius. VI. 244. Vespasianus. 338.*
 EX S. C. OB CIVES SERVATOS. *Claudius. VI. 239.*
- EX SENATVSCONSVLTO. *Marciana. VI. 469.*
 EXVLES ROMAE RED. S. P. Q. R. *Nerva. VI. 411.*
 EXVPERATOR OMNIVM GENTVM. *Constantinus M. VIII. 83.*
- FATIS VICTRICIBVS. *Diocletianus. VIII. 6.*
 FECVNDITAS. *Lucilla. VII. 99. Domna. 196. Etruscilla. 347.*
 FECVND. AVGVSTAE. *Faustina jun. VII. 78.*
 FECVNDITAS AVG. *Maesa. VII. 267. Gallienus. 407. Vran. Antoninus. 289.*
 FECVNDITAS TEMPORVM. *Otacilia. VII. 332.*
 FELICITAS. *Carausius. VIII. 45.*
 FEL. AVG. *Commodus. VII. 114.*
 FELICITAS AVG. M. *Aurelius. VII. 58. Postumus. 442.*
 FELICITAS AVGVSTA. *Paula. VII. 258.*
 FELICITAS CAES. NOSTR. *Fl. Severus. VIII. 50.*
 FELICIT. DEORVM. *Mariniana. VII. 388.*
 FELICITASIMPP. *Philippus I. VII. 328.*
 FELICITAS PERPETVA. *Mamaea. VII. 287. Constans I. VIII. 110.*
 FELICITAS PVBLICA. *Severus. VII. 179. Volusianus. 368.*
 FELICITAS REIPVBLICAE. *Carus. VII. 508. Constantinus M. VIII. 84.*
 FELICITAS ROMANORVM. *Constantinus H. VIII. 113. 116. Gallus. 125.*
 FELICITAS SAECVLE. *Severus. VII. 179. 182. Caracalla. 218. Geta. 229.*
 FEL. TEMP. M. *Aurelius. VII. 49.*

- FELICIT. TEMPOR. *Pescennius. VII. 155. Severus. 170.*
 FELICITAS TEMPORVM. *Tranquillina. VII. 318. Iulian. tyr. 521.*
 FELICITATI AVG. *M. Aurelius. VII. 64.*
 FELICITATI CAES. *Commodus. VII. 105.*
 FELICITATI PVBLICAE. *Carus. VII. 508.*
 FELICITATEM ITALICAM. *Caracalla. VII. 219.*
 FELICITATEM PO. R. *Gordianus III. VII. 314.*
 FELICIA DECENNALIA. *Constantius I. VIII. 110.*
 FELICIA TEMPORA. *Caracalla. VII. 218. Probus. 504. Constantinus M. VIII. 84.*
 FELIX ADVENTVS AVGGG. *Valens. VIII. 153.*
 FELIX ADVENTVS AVGG. NN. *Dio-cletianus et sequentes. VIII. 7.*
 FELIX INGRESSVS SEN. AVG. *Max. Herc. VIII. 26.*
 FELIX PROCESS. CONSVLAT. AVG. *N. Maxentius. VIII. 56.*
 FELIX PROCESSVS COS. II. AVG. *Constantinus II. VIII. 107.*
 FELIX PROCESSVS COS. IIII. AVG. *N. Constantinus M. VIII. 74. — COS. VI. AVG. N. Idem. 75.*
 FELIX RESPVBL. *Iustinus II. VIII. 217.*
 FELIX TEMPORVM REPARATIO. *Constantius I. VIII. 111. et deinceps frequenter.*
 FELIX CARTHAGO. *Max. Herc. VIII. 18. Maxentius. 55.*
 FELIX TICINVS. *Baduila. VIII. 215.*
 FEL. MVNICIPI VELITERNI. *in numo plumbeo. VIII. 318.*
- FELICITER NVBTIIS. *Marcianus. VIII. 191.*
 FIDES AVGVST. *Plotina. VI. 466.*
 FIDEI COH. *vel COHORTIVM. Commodus. VII. 123.*
 FIDEI EQVITVM. *Gallienus. VII. 407.*
 FIDEXERCITVM. *Vitellius. VI. 317.*
 FIDES EXERCITVVM. *Pertinax. VII. 145.*
 FIDES EXERCITVS. *Gordianus III. VII. 314.*
 FIDES EXERCITVS VIII. *Gallienus. VII. 407.*
 FIDEI LEG. *Severus. VII. 167. 168.*
 FIDES MAXIMA. *Probus. VII. 504.*
 FIDES MILITVM. *Macrinus. VII. 239. et plures deinceps.*
 FIDES MVTVA AVGG. *Balbinus. VII. 305.*
 FID. PRAETORIANORVM. *Gallienus. VII. 407.*
 FIDEM MILITVM NN. *Carausius. VIII. 45.*
 FISCO IVDAICI CALVMNIA SVBLATA. *Nerva. VI. 404.*
 FLOREAS SEMPER. *Baduila. VIII. 215.*
 FLORENTE FORTVNA P. R. *Galba VI. 298.*
 FLVRENS SEMPER. *Iustinus I. VIII. 207.*
 FORTI FORTVNAE. *Gal. Maximianus. VIII. 38.*
 FORTVNA AVGVST. *Domitilla. VI. 345.*
 FORT. DVCI. *M. Aurelius. VII. 63. Commodus. VII. 115.*
 FORTVNAE MANENTI. *Commodus. VII. 115.*
 FORTVNAE MVLTIEBRI. *Faustina jun. VII. 78.*
 FORTVNA OPSEQVENS. *Antoninus.*

- VII. 24.
 FOR. RE. *Augustus*. VI. 100.
 FORT. RED. *Hadrianus*. VI. 476. *M. Aurelius*. VII. 57. 62. *Caracalla*. 208. *Geta*. 231.
 FORT. RED. AVG. S. P. Q. R. *Augustus*. VI. 100.
 FORTVNA REDVX. *Pacatianus*. VII. 339.
 FORTVNAE REDVCI. *Pescennius* VII. 155. *Severus*. 170.
 FORTVNAE REDVCI CAES. NN. *Diocletianus*. VIII. 8.
 FORVM TRAIANI. *Trajanus*. VI. 432.
 FVNDATOR PACIS. *Severus*. VII. 178. *Licinius jun.* VIII. 69.
 GALLIA, addito etiam HISPANIA. *Galba*. VI. 293. 294.
 GALLIENS CVM EXER. SVO. *Valerianus*. VII. 385.
 GAVDETER ROMANI. *Max. Herc.* VIII. 18.
 GAVDIVM ROMANORVM. *Max. Herc.* VIII. 19. *Daza*. 54. *Constantius II.* 113. *Iovianus*. 147.
 GAVDIVM ROMANORVM ALAMAN-
 NIA vel FRANCIA. *Constantinus M.* VIII. 84. *Crispus*. 100.
 GAVDIVM ROMANORVM SARMA-
 TIA. *Constantinus II.* VIII. 107.
 GENIO ANTIOCHENI. *Julianus II.* VIII. 137. 141.
 GENIO AVGVSTI. *Nero*. VI. 272. *Gal. Max.* VIII. 38.
 GENIO CIVITATIS. *Julianus II.* VIII. 137. 141.
 GENIO EXERCITVS. *Gal. Max.* VIII. 38.
 GENIVS EXERC. ILLVRICIANI. *Decius*. VII. 344.
 GENIO FIL. AVG. *Constantinus M.* VIII. 73.
 GEN. vel GENIVS ILLVRICI. *Decius*. VII. 344. *Aurelianus*. 481.
 GENIO IMPERATORIS. *Gal. Max.* VIII. 38.
 GEN. LVG. *Albinus*. VII. 163.
 GENIO P. R. *Galba*. VI. 296.
 GENIO POPVLI ROMANI. *Diocletianus*. VIII. 8. *aliique deinceps*.
 GENIVS P. R. *Augustus*. VI. 97. 98. *Vitellius*. 317. *Gallienus*. VII. 416.
 GENIO S. P. Q. R. *Gallienus*. VII. 416.
 GERMANIA. *Hadrianus*. VI. 494.
 GERMANIA CAPTA. *Domitianus*. VI. 379.
 GERMANIA SVBACTA. *M. Aurelius*. VII. 60.
 GERMANICVS MAX. TER. *Valerianus*. VII. 385. *Gallienus*. 401.
 GERMANICVS MAX. V. *Gallienus*. VII. 401. *Postumus*. 442.
 GERMANIS (DE) *Drusus sen.* VI. 176. 177. *M. Aurelius*. VII. 63. *Commodus*. 105.
 GLORIA EXERCITVS. *Delmatius*. VIII. 103.
 GLORIA EXERCITVS GALL. *Constantinus M.* VIII. 83.
 GLORIA EXERCITVS KARTH. *Alexander tyr.* VIII. 60.
 GLORIA NOVI SAECVLI. *Gratianus*. VIII. 159.
 GLORIA ORBIS. *Probus*. VII. 502.
 GLORIA ORBIS TERRAE. *Theodosius II.* VIII. 181.
 GLORIA ORVIS (sic) TERRARVM. *Theodosius M.* VIII. 163. *Theodosius II.* 181. *Marcianus*. 192.
 GLORIA REIPVBLICAE. *Constantius II.* VIII. 216.

- GLORIA ROMANORVM. *Julianus II.* *du.* VII. 131.
VIII. 128. *Iovianus.* 147. *Valens.* 153. *Gratianus.* 159.
 GOTHIA. *Constantinus M.* VIII. 83.
 HERCVLES ADSECTOR. *Galba.* VI. 298.
 HERCVLES ARGIVVS. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI COMITI AVG. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI COMITI CAESS. NOSTR. *Max. Daza.* VIII. 54.
 HERC. COMMODIANO. *Commodus.* VII. 125.
 HERCVLI CONS. AVG. *Gallienus.* VII. 396.
 HERCVLI CRETENSI. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI DEBELLATORI. *Max. Herc.* VIII. 19.
 HERC. DEVSONIENSI. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI ERYMANTHINO. *Postumus.* VII. 443. *ERYMANTHIO.* *Probus.* 504.
 HERC. GADIT. *Hadrianus.* VI. 504.
 HERCVLI IMMORTALI. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI INVICTO. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI LIBYCO. *Postumus.* VII. 443.
 HERCVLI MAGVSANO. *Postumus.* VII. 444.
 HERCVLI NEMAEO. *Postumus.* VII. 444.
 HERC. PAC. *Verus.* VII. 91.
 HERCVLI PACIFERO. *Postumus.* VII. 444. *Probus.* 501.
 HERCVLI ROMANO. *Commodus.* VII. 131. *Postumus.* 444. *Probus.* 504.
 HERC. ROM. CONDITORI. *Commo-*
du. VII. 131.
 HERCVLI THRACIO. *Postumus.* VII. 444.
 HERCVLI VICTORI. *Fl. Severus.* VIII. 51.
 HERCVLI MAXIMIANO AVG. *Diocle-*
tianus. VIII. 9.
 HEROLEANDRVM. *Contorn.* VIII. 238.
 HILARITAS. *Commodus.* VII. 105.
 HILARITAS AVGG. *Tetricus I.* VII. 456.
 HILAR. TEMPOR. *Clara.* VII. 151.
 HISPANIA. *Galba.* VI. 294. *Vespasia-*
nus. 338. *Hadrianus.* 495. *Anto-*
ninus. VII. 5.
 HISPANIA CLVNIA SVL. *Galba.* VI. 294.
 HOC SIGNO VICTOR ERIS. *Constan-*
tius II. VIII. 116. *Vetramio.* 120.
Gallus. 126.
 HONOS. *M. Aurelius.* VII. 44.
 HONOS ET VIRTVS. *Galba.* VI. 295.
Vitellius. 310.
 HORATIVS. *Contorn.* VIII. 292.
 IANO CONSERVATORI. *Pertinax.* VII. 141.
 IANO PATRI. *Gallienus.* VII. 396.
 IAN. CLV. *Augustus.* VI. 89.
 IHS. CRIST. D. F. REX REGNANTI-
 TIVM. *Iustinianus II.* VIII. 228. *et*
similiter deinceps.
 IMP. ET CAESAR AVG. FILI. *Carac-*
alla. VII. 205.
 IMPER. RECEPT. *Claudius.* VI. 235.
 IMPERII FELICITAS. *Caracalla.* VII. 200. 201.
 IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *The-*
odosius II. VIII. 182. *Eudoxia.* 184.
Valentinianus III. 187. *Pulcheria.* 192.
Leo I. 194.

- IND. *vel* INDICTIONE *additis numeris.*
Mauricius. VII. 221. Heraclius I. 224.
 INDVLG. AVG. *Gallienus. VII. 407.*
 INDVLGENTIA AVG. *Antoninus. VII.*
22. Alexander. 268.
 INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. *Severus. VII. 183. Caracalla. 204.*
 INDVLGENTIA AVGG. IN ITALIAM. *Severus. VII. 190.*
 INDVLG. FECVNDÆ. *Caracalla. VII.*
207.
 INDVLG. PIA POSTVMI AVG. *Postu-*
mus. VII. 444.
 IN HOC SIN. VIC. *Constantinus M.*
VIII. 83.
 INT. VRB. *Gallienus. VII. 416.*
 INVICTA ROMA AETERNA. *Priscus*
Attalus. VIII. 180.
 INVICTA ROMA FELIX KARTHA-
 GO. *Alexander tyr. VIII. 61.*
 INVICTA ROMA FELIX SENATVS.
Contorn. VIII. 302.
 INVICTA VIRTVS. *Severus. VII. 190.*
 INVICTO IMP. TROPÆ. *Pescennius.*
VII. 155. Severus. 170.
 INVICTVS AV. *Carausius. VIII. 45.*
 INVICTVS SACERDOS AVG. *Elaga-*
balus. VII. 249.
 INVICTVS (*sc. Sol.*) *Gallienus VII. 408.*
 IO CANTAB. *Gallienus. VII. 398.*
 IOVI AVGG. *Diocletianus. VIII. 9.*
 IOVI CONSERVATORI. *Domitianus.*
VI. 379 et deinceps frequenter.
 IOVI CONSER. IOVII CONS. *Diocle-*
tianus. VIII. 9.
 IOVI CONSERVATORI LICINI AVG.
Licinius sen. VIII. 64.
 IOVI CONSERVATORIN. K. L. Y. K.
C. Max. Herc. VIII. 20.
 IOVI CRESCENTI *Gallienus. VII. 398.*
Saloninus. 422.
 IOVI CVSTODI. *Domitianus. VI. 398.*
 IOVI DEO. *Augustus. VI. 127.*
 IOVI DEFENS. SALVTIS AVG. *Com-*
modus. VII. 127.
 IOVI EXSVPER. *Commodus. VII. 115.*
 IOVI FVLGERATORI. *Claudius Goth.*
VII. 472. Diocletianus. VIII. 9.
 IOVI IVVEN. *Commodus. VII. 120.*
 IOVI OLYM. *Augustus. VI. 122.*
 IOVI PACATORI ORBIS. *Valerianus.*
VII. 385.
 IOVI PRÆ. ORBIS. *Pescennius. VII.*
155. Severus. 168.
 IOVI PROPVGNATORI. *Severus. VII.*
178. Gallienus. 398. Diocletianus. VIII.
9.
 IOVI STATORI. *Gallienus. VII. 398.*
Vabalathus. 492.
 IOV. TON. *Augustus. VI. 92.*
 IOVITVTATORI. *Diocletianus. VIII. 9.*
 IOVI VICTORI. *Commodus. VII. 108.*
aliique passim.
 IOVI VLTORI. *Gallienus. VII. 398.*
 IOVI VOT. SVSC. PRO SAL. CAE-
 SARIS AVG. S. P. Q. R. *Augustus.*
VI. 103.
 IOVIS CONSERVATOR. *Max. Herc.*
VIII. 19.
 IOVIS CVSTOS. *Vespasianus. VI. 337.*
 IOVIS PROPVGNATOR. *Alexander.*
VII. 278.
 I. O. M. *Commodus. VII. 111.*
 I. O. M. SPONSORI SAECVLI AVG.
Postumus. VII. 444.
 I. O. M. SPONSOR SEC. AVG. *Com-*
modus. VII. 127.
 I. O. M. ET FORT. CONSER. DD.
 NN. AVG. ET CAES. *Licinius sen.*
VIII. 65.
 I. O. M. ET VICT. CONSER. DD. NN.
 AVG. ET. CAES. *Licin. sen. ibid.*

- I. Q. M. ET VIRTUTI DD. NN. AVG. ET CAES. *Licin. sen. ibid.*
- I. O. M. S. P. Q. R. V. S. PR. S. IMP. CAE. QVOD. PER. EV. R. P. IN. AMP. ATQ. TRAN. S. E. *Augustus. VI. 105.*
- I. O. MAX. CAPITOLINVS. *Vitellius. VI. 312. 317.*
- IOVI ET HERCVLI CONS. AVGG. *Carausius. VIII. 46.*
- IOVIO ET HERCVLIO. *Diocletianus. VIII. 9.*
- IO. IO. TRIVMP. *Domitianus. VI. 393. Tesser. VIII. 316.*
- IO. SAT. IO. *Tesser. VIII. 316. 318.*
- IOX. *Carausius. VIII. 46.*
- ISIS FARIA. *Julianus II. VIII. 136. 140.*
- ITALIA. *Hadrianus VI. 495. Commodus. VII. 113.*
- IVDAEA. *Hadrianus. VI. 495.*
- IVDAEA CAPTA. *Titus. VI. 354.*
- IVNO. *Otacilia. VII. 332.*
- IVNO AVG. *Salonina. VII. 419.*
- IVNO AVGVSTAE. *Mamaea. VII. 288.*
- IVNO REGINA. *Scantilla. VII. 150. Soaemias. 265. Etruscilla. 347. Sappha. 374. Gallienus. 397. Claud. Goth. 472.*
- IVNONI REGINAE. *Sabina. VI. 521.*
- IVNONI REGINE. *Dryantilla. VII. 464.*
- IVNONI LVCINAE. *Lucilla. VII. 99.*
- IVNONI MARTIALI. *Trebonianus. VII. 358. Volusianus. 367. 368. Hostilianus. 353.*
- IVNONI SISPIAE. *Antoninus. VII. 14. Commodus. 107.*
- IVPPITER CVSTOS. *Nero. VI. 272. Domitianus. 393.*
- IVPPITER LIBERATOR. *Nero. VI. 272.*
- IVSSV RICHARI REGES. *Honorius. VIII. 172.*
- IVSTITIA. *Hadrianus. VI. 476.*
- IVSTITIA AVGVSTI. *Pescennius. VII. 153.*
- IVST. VENER. MEMOR. *Constantinus M. VIII. 93.*
- IVVENTA IMPERII. *Caracalla. VII. 201.*
- IVVENTAS. *M. Aurelius. VII. 45. Claudius Goth. 472.*
- IVVENTVS. *M. Aurelius. VII. 46. Crispus. VIII. 101.*
- IVBENTVS AVG. *Gallienus. VII. 408.*
- LAETITIA. *Antoninus. VII. 20. Faustina jun. 78. Aquilia. 260.*
- LAETITIA AVG. *Claud. Goth. VII. 475.*
- LAETITIAE S. P. Q. R. *Commodus. VII. 116.*
- LAETITIA TEMPORVM. *Severus. VII. 182.*
- LAOCOON. *Contorn. VIII. 238.*
- LARGITIO. *Constantinus II. VIII. 117.*
- LEANDRVM HERO. *Contorn. VIII. 238.*
- LEG. etc. *Catalogum legionum, quas nunci offerunt, vide Vol. VIII. p. 488.*
- LIBERALITAS etc. *epigraphe obvia.*
- LIBERALITAS AVGGG. *Regalianus. VII. 462.*
- LIBERALITAS AVG. II. *Antoninus. VII. 14. Severus. 175. Caracalla. 200. Elagabalus. 248. Alexander. 271. Gordianus III. 310. Philippus sen. 322.*
- LIBERALITAS AVG. III. *Hadrianus. VI. 504. Verus. VII. 92. Severus. 182. Elagabalus. 249. Alexander. 271. Gordianus III. 312. Philippus I. 323. Philippus II. 334. Gallienus. 408.*
- LIBERALITAS AVG. IIII. *Hadrianus. VI. 504. Antoninus. VII. 17. Commodus. 110. Severus. 184. Elagabalus.*

249. *Alexander*. 272. *Gordianus III.*
312. *Gallienus*. 408.
LIBERALITAS AVG. V. *Hadrianus*.
VI. 504. *Antoninus VII.* 18. *M. Aurelius*. 57. *Commodus*. 110. *Severus*.
186. *Caracalla*. 205. *Geta*. 231. *Alexander*. 276.
LIBERALITAS AVG. VI. *Hadrianus*.
VI. 504. *Antoninus VII.* 19. *M. Aurelius*. 62. *Commodus*. 116. *Severus*.
187. *Caracalla*. 206. 208. *Geta*. 230.
LIBERALITAS AVGG. VI. ET V.
Caracalla VII. 208. *Geta*. 231.
LIBERALITAS AVG. VII. *Hadrianus*.
VI. 504. *Antoninus VII.* 23. *M. Aurelius*. 62. 64. *Commodus*. 123. *Caracalla*. 209.
LIBERALITAS AVG. VIII. *Antoninus*.
VII. 24. *Commodus*. 131. *Caracalla*.
210.
LIBERALITAS AVG. VIII. *Antoninus*.
VII. 27.
LIBERATIS CIVIBVS. *Pertinax VII.*
142.
LIBERATOR ORBIS. *Constantinus M.*
VIII. 85.
LIBERATOR REIPUBLICAE. *Magnentius VIII.* 122.
LIBERI IMP. *Vitellius VI.* 315.
LIBERI IMP. AVG. *Vespasianus VI.*
327. 332.
LIBERIS AVG. COL. A. A. P. *Claudius VI.* 246.
LIBERO PATRI. *Severus VII.* 171.
LIBERO P. CONS. AVG. *Gallienus VII.* 398.
LIBERTAS. *Brutus VI.* 20. 24. *Cassius*. 25. *Nero*. 273.
LIBERTAS AVGVSTA. *Claud. VI.* 239.
Claud. Goth. VII. 475.
LIBERTAS P. R. *Galba VI.* 295.
LIBERTAS PVBLICA. *Marciana VI.*
469. *Julianus Iyr. VII.* 521.
LIBERTAS RESTITVTA. *Galba VI.*
295. 298. *Hadrianus*. 505.
LIBERTATIS P. R. VINDEX. (in anti-
tica) *Augustus VI.* 83.
LOCVPLETATORI ORBIS TERRA-
RVM. *Hadrianus VI.* 505.
LVD. SAEC. vel LVDOS SAE. *Augustus VI.* 102.
LVD. SAEC. FEC. *Damianus VI.* 385.
Severus VII. 185.
LVGVDVNI A. XL. *M. Antonius VI.*
38.
LVNA LVCIFERA. *Gallienus VII.* 398.
MAC. AVG. *Nero VI.* 273.
MAG. IVVENT. *Tessera VIII.* 315. 318.
MAGNIFICENTIAE AVG. *Commodus VII.* 127.
MARS ADSECTOR. *Galba VI.* 298.
MARTI AVGVSTO. *Pescennius VII.*
155.
MARTI CONSER. *Gallienus VII.* 398.
MART. PACAT. *Commodus VII.* 121.
MARTI PACIF. *Probus VII.* 501.
MARTI PATR. SEMP. VICTORI.
Constantinus M. VIII. 85.
MARTI PROPAG. IMP. AVG. N. *Maxentius VIII.* 58.
MARTI PROPVGNATORI. *Hosilianus VII.* 352.
MARS VICTOR. *Numerianus VII.* 54.
MARTE VICTORI. *Pescennius VII.*
156. *Severus*. 170. *Gordianus*. 314.
MARS VLTOR, vel MARTI VLTORI.
Augustus VI. 96. 97. 100. *Galba*. 296.

298. *Albinus. VII. 163. Caracalla. VII. 163.*
 200. *Carausius. VIII. 46.*
 MATER AVGG. *Domna. VII. 196.*
 MATER AVGVSTI ET CASTRORVM. *Mamaea, VII. 288.*
 MAT. AVGG. MAT. SEN. M. PATRI-
 AE. *Domna. VII. 196.*
 MATER CASTRORVM. *Domna, VII. 196.*
 MATRI CASTRORVM. *Faustina jun. VII. 79. 81.*
 MATER DEVM. *Soaemias. VII. 265.*
 MATRI DEVM CONSERV. AVG. *Commodus. VII. 127.*
 MATRI DEVM SALVTARI. *Faustina sen. VII. 39. Contorn. VIII. 284.*
 MAVRETANIA. *Antoninus. VII. 5.*
 MAVRETANIA. *Hadrianus. VI. 498.*
Antoninus. VII. 5. Commodus. 132.
 MEMORIA DIVI CONSTANTI. *Chlorus. VIII. 32.*
 MEMORIAE AETERNAE. *Claud. Goth. VII. 474. Max. Herc. VIII. 27. Chlorus. 32.*
 MEMORIAE AGRIPPINAE S. P. Q. R. *Agrippina sen. VI. 213.*
 MEMORIAE DOMITILLAE S. P. Q. R. *Domitilla Vesp. F. VI. 346.*
 MEMORIA FELIX. *Chlorus. VIII. 32.*
 MENTI LAUDANDAE. *Pertinax. VII. 142.*
 MERCVRIO CONS. AVG. *Gallienus. VII. 398.*
 MERVIO FELICI. *Postumus. VII. 445.*
 MET. METALLI etc. *Vide numos metallorum in moneta Trajani VI. 445.*
 MILIARIVM SAECVLVM. *Philippus I. VII. 324.*
 MINERVA AVG. *Gallienus. VII. 399.*
 MINER. FAVTR. *Postumus. VII. 445.*
 MINERVA SANCTA. *Severus. VII. 190.*
 MINERVA VICTRIX. *Commodus. VII. 121. Pescennius. 156. Severus. 170. Orbiana. 285.*
 MINERVALES. *Teffera. VIII. 318.*
 MLETHRM PROPVGNATOREM PII. *Gordianus III. VI. 316.*
 MODERATIONI. *Tiberius. VI. 187.*
 MON. RESTITVTA. *Alexander. VII. 279.*
 MONETA AVG. *Trebonianus. VII. 361. et saepe deinceps.*
 MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. *Diocletianus. VIII. 9.*
 MONETA VRBIS VESTRAE. *Crispus. VIII. 101. Constantinus II. 107.*
 MONETA vide SACRA.
 MVNIFICENTIA. *Antoninus. VII. 19. Commodus. 111. Severus. 176.*
 MVNIFICENTIA GORDIANI AVG. *Gordianus III. VII. 315.*
 NAVIVS. *Antoninus. VII. 32.*
 NEP. RED. *Vespasianus. VI. 327.*
 NEPTVNI. *Sex. Pompejus. VI. 29.*
 NEPTVNO AVG. *Claud. Goth. VII. 473.*
 NEPTVNO CIRCENS. CONSTITVT. *Nerva. VI. 406.*
 NEPTVNO CONS. AVG. *Gallienus. VII. 399. Tetricus sen. 456.*
 NILVS. *Hadrianus. VI. 499.*
 NOBILITAS. *Geta. VII. 228. Elagabalus. 248.*
 NOBIL. AVG. *Severus. VII. 169.*
 NOBILITAS AVG. *Commodus. VII. 116. 118. Philippus sen. 328. Tetricus pat. 456.*
 NOVA SPES REIPVBLICAE. *Arcadius. VIII. 169.*
 OB CIVES SERVATOS. *Galba. VI. 298.*

- OB CIVIS SERVATOS. *Augustus. VI.* 121. 123.
 OB CONSERVATIONEM PATRIAE. *Gallienus. VII.* 408.
 OB CONSERVATIONEM SALVTIS. *Gallienus. VII.* 408.
 OB LIBERTATEM RECEPTAM. *Gallienus. ibid.*
 OB REDDIT. LIBERT. *Gallienus. ibid.*
 OB VICTORIAM TRIVMFALEM. *Constantinus I. VIII.* 111. *Constantius II.* 117.
 OLYMPIAS REGINA. *Contorn. VIII.* 289. 290.
 OPI AVG. *Antoninus. VII.* 15.
 OPI DIVIN. *Pertinax. VII.* 143.
 OPTIME MAXIME. *Commodus. VII.* 116.
 ORIENS. *Hadrianus. VI.* 478. *Allectus. VIII.* 49.
 ORIENS AVG. *Valerianus. VII.* 386. *Saloninus. 422.* *Regalianus. 462.* *Numerianus. 512.*
 ORIGINI AVG. *Probus. VII.* 505.
 ORIVNA AVG. *Carausius. VIII.* 46.
 PACATOR ORBIS. *Severus. VII.* 190. *Caracalla. 219.* *Gallienus. 398.* *Marius. 455.*
 PACE P. R. TERRA MARIQ. (vel VBIQ.) PARTA IANVM CLVSIT. *Nero. VI.* 273.
 PACI. *Herennius. VII.* 349.
 PACI AVGVSTAE. *Claudius. VI.* 236. 240. *Domitillae. 345.* *Titus. 352.*
 PACI AVGVSTI. *Claudius VI.* 236. *Vespasianus. 334.*
 PACI ORB. TERR. AVG. *Vespasianus. VI.* 334.
 PACI PERP. *Augustus. VI.* 92.
 PACIS EVENT. *Vespasianus. VI.* 334.
 PALATIVM NERVAE. *Nerva. VI.* 411.
 PANNONIA. *L. Aelius. VI.* 526.
 PANNONIAE. *Decius. VII.* 345. *Hostilianus. 352.* *Aurelianus. 481.*
 PANNONIAE AVG. *Julianus tyr. VII.* 521.
 PAR. AR. AD. *Severus. VII.* 177.
 PART. ARAB. PART. ADIAB. *Severus. VII.* 172.
 PARTHIA. *Antoninus. VII.* 5.
 PARTHIA CAPTA. *Trajanus. VI.* 439.
 PATER SENATVS. *Commodus. VII.* 118.
 PATRESSENATVS. *Balbinus. VII.* 306.
 PATIENTIA AVGVSTI. *Hadrianus. VI.* 506.
 PAVLLIN. *Nero. VI.* 265.
 PAX. *Augustus. VI.* 83. 126. *Hadrianus. 476.*
 PAX AETERNA. *Pacatianus. VII.* 339.
 PAX AVG. AVGG. AVGGG. *M. Aurelius. VII.* 52. *Gallienus. 392.* *Saloninus. 422.* *Claud. Goth. 475.* *Max. Herc. VIII.* 20. *Carausius. 47.*
 PAX AVGVSTI. *Vespasianus. VI.* 334. *Maximinus I. VII.* 291. *Probus. 501.*
 PAX FVNDATA CVM PERSIS. *Philippus I. VII.* 321.
 PAX. GERM. ROMA. *Vitellius. VI.* 316.
 PAX ORBIS TERRARVM. *Otho. VI.* 302.
 PAX PERPETVA. *Valentinianus I. VIII.* 150.
 PAXS. AVG. *Galba. VI.* 296. *Aemilianus. VII.* 372.
 P. D. *Commodus. VII.* 116.
 PENTESILEA. ACHILLIS. *Contorn. VIII.* 287.

- PERPETVA CONCORDIA. *Severus. VII. 179.*
 PERPETVETAS. (*sic*) *Valentinianus II. VIII. 162.*
 PERPETVITAS AVG. *Fl. Severus. VIII. 50.*
 PERPETVITATE AVG. *Florianus. VII. 499. Carus. 509.*
 PERPETVITATI AVG. *Alexander. VII. 279.*
 PHOENICE. *Antoninus. VII. 5.*
 PIET. *Trajanus. VI. 423.*
 PIETAS. *Sex. Pompejus. VI. 27. Livia. 150. Drusus jun. 205. Hadrianus. 476. Sabina. 521. Antoninus. VII. 2. 20. 22. Otacilia. 332.*
 PIETAS AVG. *vel* AVGG. *M. Aurelius. VII. 46 et frequenter deinceps.*
 PIETAS AVGVST. *Domitilla. VI. 345. Domitia. 401. Matidia. 471.*
 PIETAS AVGVSTAE. *Otacilia. VII. 332. Fausta. VIII. 99.*
 PIETAS AVGVSTORVM. *Decius. VII. 345.*
 PIETAS AVGVSTORVM (*in antica*) *Valerianus. VII. 380. 385.*
 PIETATI AVG. *Sabina. VI. 522. Antoninus. VII. 26. Pescennius. 156. Severus. 170.*
 PIETAS COS. *L. Antonius. VI. 42.*
 PIETAS DDD. NNN. AVGVSTORVM. *Valens. VIII. 154.*
 PIETAS MVTVA AVGG. *Balbinus. VII. 306.*
 PIETAS FALERI. *Gallienus. VII. 409.*
 PIETAS ROMANA. *Theodora. VIII. 34.*
 PIET. SAECVLI. *Gallienus. VII. 409.*
 PIETATI SENATVS. *Commodus. VII. 117.*
 PIETATIS AVGVSTAE. *Livia. VI. 157.*
 PINCENSIA (AELIANA) *Hadrianus. VI. 446.*
 PIO IMP. OMNIA FELICIA. *Commodus. VII. 124.*
 PLEBEI VRBANAE FRUMENTO CONSTITVTO. *Nerva. VI. 406.*
 PLVR. NATAL. FEL. *Constantinus M. VIII. 72.*
 PNR. *Claudius. VI. 238.*
 POPVL. IVSSV. *Augustus. VI. 73.*
 POR. OST. AVGVSTI. *Nero. VI. 276.*
 PORTVM TRAIANI. *Trajanus. VI. 426.*
 POTESTAS PERPETVA. *Alexander. VII. 279.*
 P. R. REST. *Brutus. VI. 24.*
 PRAEF. CLASS. ET ORAE MARIT. EX S. C. *Sex. Pompejus. VI. 28.*
 PRAETOR. RECEPT. *Claudius. VI. 235.*
 PRAESIDIA REIPVBLIC. *Chlorus. VIII. 29.*
 PRIMI DECENNALES. *Antoninus. VII. 18. M. Aurelius. 59. Commodus. 113.*
 PRIMIS X. MVLTIS XX. *Diocletianus. VIII. 12.*
 PRIMI XX. IOVI AVGVSTI. *Diocletianus. VIII. 12.*
 PRIMO AVSPIC. *Gal. Maximianus. VIII. 35.*
 PRINCIPI IMPERII ROMANI. *Maxentius. VIII. 58.*
 PRINC. IVVENT. *Cajus et Lucius. VI. 172. Commodus. VII. 105.*
 PRINCEPS IVVENTVTIS. *Obvium primo in numis Caesarum, serius et Augustum.*
 PRINCIPLA IVVENTVTIS. *Crispus. VIII. 101.*
 PROF. AVG. *Caracalla. VII. 206.*
 PROPECTIO AVG. *Trajanus. VI. 431. M. Aurelius. VII. 58. Verus. 90. Severus. 175. 176. 178. Caracalla. 210.*

- Alexander.* 275. 277.
 PROPAGO IMPERI. *Caracalla.* VII. 203. *Plautilla.* 226.
 PROPVGNATORI. *M. Aurelius.* VII. 64.
 PRO VALETVDINE CAESARIS S. P. Q. R. *Augustus.* VI. 103.
 PROVID. *Iul. Caesar.* VI. 12.
 PROVIDENT. *Augustus.* VI. 128.
 PROVIDENTIA *Severus.* VII. 186.
 PROVID. AVG. *Commodus.* VII. 117. 119.
 PROVIDENTIA AVG. *obvium.*
 PROVIDENTIAE AVG. *Commodus.* VII. 128.
 PROVIDENTIA DEORVM. *Hadrianus.* VI. 507. *M. Aurelius.* VII. 49. *Pertinax.* 144. *Caracalla.* 207. *Max.* *Herc.* VIII. 24.
 PROVIDENTIA DEORVM, QVIES AVGG. *Diocletianus.* VIII. 14. *Max.* *Herc.* 24.
 PVDIC. *Hadrianus.* VI. 507.
 PVDICITIA. *Sabina.* VI. 521. *Faustina jun.* VII. 79. *Maesa.* 267. *Otacilia.* 333. *Etruscilla.* 347.
 PVDICITIA AVG. *Orbiana.* VII. 285. *Gordianus III.* 315. *Tranquillina.* 318. *Dectus.* 345. *Hostilianus.* 352. *Volusianus.* 368. *Vrbica.* 519.
 PVELLAE FAVSTINIANAE. *Faustina sen.* VII. 40.
 QVADRAGENSUMA REMISSA. *Galba.* VI. 296.
 QVIES AVGVSTORVM. *Diocletianus.* VIII. 14.
 QVI LVDIT ARRAM DET QVOD SATIS SIT. *Tiessa.* VIII. 316.
 QVINQVENNALES POSTVMI AVG. *Postianus.* VII. 433.
 QVOD VIAE MVNITAE SVNT. *Augustus.* VI. 105.
 RCC. *Caligula.* VI. 224.
 RECTOR ORBIS. *Did. Iulianus.* VII. 49. *Severus.* 190. *Caracalla.* 219.
 RECVPERATOR VRBIS SVAE. *Constantinus M.* VIII. 85.
 REDITVS AVG. *Florianus.* VII. 499.
 REGI ARTIS. *Claudius Goth.* VII. 473.
 REGNA ADSIGNATA. *Trajanus.* VI. 439.
 RELIG. AVG. *M. Aurelius.* VII. 60.
 RELIGIO AVGG. *Valerianus.* VII. 386.
 RELIQVA VETERA HS NOVIES MILIES ABOLITA. *Hadrianus.* VI. 478.
 REN. (HADRIANVS AVG. P. P.) *Hadrianus.* VI. 514.
 RENOVATIO VRBIS ROMAE. *Magnentius.* VIII. 122.
 REPARATIO MVNERIS FELICITER. *Contorn.* VIII. 302.
 REPARATIO TEMPORVM. *Valentinianus I.* VIII. 150.
 REQVIES OPTIME MERITO. *Max.* *Herc.* VIII. 27.
 REQVIES OPTIMORVM MERITORVM. *Claudius Goth.* VII. 475. *Max.* *Herc.* VIII. 27. *Chlorus.* 32.
 REST. NVM. *Galba.* VI. 297.
 REST. ITALIAE. *Trajanus.* VI. 427.
 RESTITVTOR GALLIAE. *Galienus.* VII. 402.
 RESTIT. GALLIAR. *Galienus.* VII. 409.
 RESTITVT. ORIENTIS. *Valerianus.* VII. 386.
 RESTITVT. SAECVLI. *Probus.* VII. 505.
 RESTITVTOR LIBERTATIS. *Magnentius.* VIII. 122.
 RESTITVTOR VRBIS. *Severus.* VII.

178. *Caracalla*. 219.
 RESTITVTOR MON. *Alexander*. VII.
 279.
 RESTITVTORI ITALIAE. *M. Aurelius*.
 VII. 58.
 RESTITVTORI ACHALAE. VI. 487.
 AFRICAE. 488. ARABIAE. 492. A-
 SIAE. 492. GALLIAE. 494. HISP-
 ANIAE. 495. ITALIAE. 495. LIBYAE.
 497. MACEDONIAE. 498. MAV-
 RETANIAE. 498. NICOMEDIAE.
 499. PHRYGIAE. 500. SICILIAE.
 500. *Sunt omnes Hadriani*.
 RESTITVT. GENER. HVMANI. *Valerianus*. VII. 386.
 RESTITVTOR ORBIS. *Valerianus*. VII.
 386. *Aurelianus*. 482.
 RESTITVTORI ORBIS TERRARVM.
Hadrianus. VI. 507.
 REX PARTHVS. *Trajanus*. VI. 437.
 REX ARMENIIS DATVS. *Antoninus*.
 VII. 15. *Verus*. 91.
 REX PARTHIS DATVS. *Trajanus*.
 VI. 439.
 REX QVADIS DATVS. *Antoninus*. VII.
 15.
 RHENVVS. *Domitianus*. VI. 380.
 ROMA. *Nero*. VI. 266. 277. *Otho*. 302.
 ROMA RENASCES. *Galba* VI. 297. 298.
 ROMA RESVRGES. *Vespasianus*. VI.
 327.
 ROMAE AETERNAE. *Pescennius*. VII.
 156. *Gordianus I. et II.* 302. *Hoflianus*.
 353. *Macrianus*. 467. *Alexander*
tyr. VIII. 61.
 ROMAE AETERNAE V. *Carausius*.
 VIII. 48.
 ROMAE RESTITVTAE. *Constantinus M.*
 VIII. 85.
 ROM. ET AVG. *Augustus*. VI. 100.
 135, *aliquae*.
 ROMANO. RENOVA. *Carausius*. VIII.
 48.
 ROMVLO AVGVSTO. *Antoninus*. VII.
 15.
 ROMVLO CONDITORI. *Hadrianus*.
 VI. 507.
 R. XL. LIBERTAS AVG. *Galba*. VI.
 296.
 R. XL. ROMA. *Galba*. *ibid.*
 SABINAE. *Contorn.* VIII. 287.
 SACERD. COOPT. IN OMN. CONL.
 SVpra NVM. EX S. C. *Nero*. VI.
 261.
 SACERDOS DEI SOLIS ELAGAB.
Elagabalus. VII. 250.
 SACERDOS DIVI AVGVSTI. *Antonia*.
 VI. 179. *Claudius*. 235.
 SACERDQS VRBIS. *Alexander*. VII.
 270.
 SACRA MONET. AVGG. ET CAESS.
 NOSTR. *Diocletianus*. VIII. 10. *et*
coaeui alii.
 SACRA MON. VRBIS. *Constantinus II.*
 VIII. 107.
 SACRA MON. VRB. AVGG. ET CAESS.
 NN. *Diocletianus*. VIII. 10. *et coaeui*
alii.
 SAECVLARES AVGG. *Philippus pat. et*
fil. et Otacilia. VII. 325. *Max. Herc.*
 VIII. 20.
 SAECVLARES vel SAECVLARHS AVG.
Gallienus VII. 409.
 SAECVLARIA SACRA. *Severus*. VII.
 185.
 SAEC. AVR. *Hadrianus*. VI. 508.
 SAEC. FEL. *Commodus*. VII. 114.
 SAECVLI FELICITAS. *Faußina jun.*
 VII. 79. *Trebonianus*. 361. *Marina*
 455. *Probus*. 505. *Carnus*. 509.

- SAECVLO FECVNDQ. *Albinus. VII.*
162.
SAECVLO FRVGIFERO. *Pertinax. VII.*
144. *Albinus. 162. Severus. 169.*
SAECVLVM. *Tetricus fil. VII. 459.*
SAECVLVM NOVVM. *Philippus pat.*
VII. 327. Hostilianus. 352. Trebonia-
nus. 361. Volusianus. 368.
SAL. *Sex. Pompejus. VI. 27.*
SALVATOR REIPVBLICAE. *Vetranio.*
VIII. 120.
SALVIS AVGG. ET CAESS. AVCTA
(vel FELIX) KART. *Diocletianus.*
VIII. 11. et coaevi.
SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. OR-
BIS TERR. *Max. Herc. VIII. 23.*
SALVS. *Nero. VI. 277. Hadrianus. 478.*
SALVS AVG. *Tetricus fil. VII. 460.*
Claudius Goth. 473.
SALVS AVGVSTA. *Livia. VI. 157.*
SALVS AVG. NOSTRI. *Constantius II.*
VIII. 117.
SALVS GENERIS HVMANI. *Augustus.*
VI. 98. 108. Galba. 297. Caracalla.
VII. 219.
SALVS MVNDI. *Olybrius. VIII. 198.*
SALVS PROVINCIARVM. *Postumus.*
VII. 445.
SALVS REIPVBLICAE. *Constantinus M.*
VIII. 85. Fausta. 99.
SALVS ET GLORIA ROMANORVM.
Iustinianus I. VIII. 209.
SALVTI AVG. *M. Aurelius. VII. 58.*
SALVTI AVGVSTI. *Pescennius. VII. 156.*
SALVTI AVGVSTOR. *M. Aurelius.*
VII. 49.
SALVSTIVS AVTOR. *Contorn. VIII.*
292.
SANCT. DEO SOLI ELAGABAL. *Elagabalus. VII. 249.*
SAPIENTIA. *Constantinus M. VIII.*
85. Contorn. 287.
SAPIENTIA PRINCIPIS. *Licin. pater.*
VIII. 65. Constantinus M. 87.
SARMATIA GAVDIVM ROMANO-
RVM. *Constantinus II. VIII. 107.*
SARMATIA DEVICTA. *Constantinus M.*
VIII. 87.
SARM. (DE) *M. Aurelius. VII. 64. Com-*
modus. 106. 107.
SCYTHIA. *Antoninus. VII. 5.*
SEC. ORB. *Commodus. VII. 121.*
SECVRITAS AVG. vel AVGG. *Gordia-*
nus I. et II. VII. 302. Herennius. 349.
Hostilianus. 353. Licin. pater. VIII.
66.
SECVRIT. ORB. *Commodus. VII. 121.*
SECVRITAS PERPETVA. *Caracalla.*
VII. 199. 200. Saloninus. 422. Pro-
bus. 502. Gal. Max. VIII. 37.
SECVRITATI PERPETVAE. *Caracalla.*
VII. 207.
SECVRITAS P. R. *Otho. VI. 302. Vi-*
tellius. 317.
SECVRIT. PVBLICA. *M. Aurelius. VII.*
62. Hanniballianus. VIII. 104.
SECVRITAS REIPVBLICAE. *Hannibal-*
lianus. VIII. 104. Iulianus II. 133.
Iovianus. 147.
SECVRITAS TEMPORVM. *Macrinus.*
VII. 239.
SENATVS PIETATI AVGVSTI. *Galba.*
VI. 297.
SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS.
Trajanus. VI. 431.
SENATVS ROMANVS. *Vitellius. VI.*
317.
SENTIAM FELICITER. *Tessera. VIII.*
318.
SERAPIDI COMITI AVG. *Gallienus.*
VII. 400.
SERAPIDI CONSER. AVG. *Commodus.*

- VII. 128.
 SEVERI AVG. PM FIL. *Caracalla*. VII. 200. 201. *Geta*. 223.
 SIC V. SIC X. *Licinius fil.* VIII. 69.
 SICIL. *Augustus*. VI. 93. 101. 108. 110.
 SICILIA. *Hadrianus*. VI. 300. *Antoninus*. VII. 5.
 SIDERIBVS RECEP. *Faustina jun.* VII. 81.
 SIGNA P. R. *Augustus*. VI. 96. 97. 98.
 SIGNIS RECEPTIS. *Augustus*. VI. 94. *seq.* *Vespasianus*. 329.
 SIGNIS RECEPTIS S. P. Q. R. *Augustus*. VI. 95. 100. 128.
 SIGNIS RECEPT. DEVICTIS GERM. *Germanicus*. VI. 209.
 SIGNIS A SARMATIS RESTITVTIS. *Domitianus*. VI. 371.
 SIS. *Constantinus II.* VIII. 108.
 SISCIA AVG. *Gallienus*. VII. 410.
 SISCIA PROBI AVG. *Probus*. VII. 505.
 SOL AVG. *Claud. Goth.* VII. 473.
 SOL DOMINVS IMP. ROMANI. *Aurelianus*. VII. 482.
 SOLI CONSER. *Tetricus fil.* VII. 459.
 SOLI CONS. AVG. *Gallienus*. VII. 460.
 SOLI INVICTO. *Gallienus*. VII. 400. *Macrianus*. 467.
 SOLI INVICTO COMITI. *Daza*. VIII. 54. *Constantinus M.* 75. *Crispus*. 101.
 SOLVS AVG. *Claudius Goth.* VII. 473.
 SOVSTI. *Faustina sen.* VII. 41.
 SPES. *Drusus sen.* VI. 177.
 SPES AVGVSTA. *Claudius*. VI. 238.
 SPES PVBLICA. *Diadumenianus*. VII. 241. *Aemilianus*. 372. *Saloninus*. 422. *Constantinus M.* 87.
 SPES RP. *Valens*. VIII. 155.
 SPES REIPVBLICAE. *Fausta*. VIII. 99.
 SPES ROMANORVM. *Mag. Maximus*. VIII. 165.
 SPEI FIRMAE. *Pescennius*. VII. 156.
 SPEI PERPETVAE. *Caracalla*. VII. 199.
 S. P. Q. R. *Augustus* VI. 81. *Galba*. 297. 298. *Faustina jun.* VII. 80. *Gallienus*. 410.
 S. P. Q. R. ADSECTORI LIBERTATIS PVBLICAE. *Vespasianus*. VI. 329.
 S. P. Q. R. AN. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI. *Hadrianus*. VI. 508. *Antoninus*. VII. 11. *Alexander*. 280.
 S. P. Q. R. EX S. C. *Hadrianus*. VI. 509.
 S. P. Q. R. IVLIAE AVGVST. *Livia*. VI. 149. *Domna*. VII. 197.
 S. P. Q. R. MEMORIAE AGRIPPAE. *Agrippina sen.* VI. 213.
 S. P. Q. R. OB C. S. *Caligula*. VI. 222. 223. *Albinus*. VII. 163.
 S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. *Trajanus passim*. *Antoninus*. VII. 18. *Severus*. 170. *Gallienus*. 410. *Daza*. VIII. 54. *Alexander tyr.* 61. *Licin. pater*. 66. *Constantinus M.* 87.
 S. P. Q. R. P. P. OB. C. S. *Caligula*. VI. 225.
 S. P. Q. R. PARENT. CONS. SVO. *Augustus*. VI. 113.
 S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD. V. M. S. EX EA P. Q. IS AD A. DE. *Augustus*. VI. 105.
 S. P. Q. R. QVOD INSTINCTV DIVINITATIS etc. *Constantinus M.* VIII. 87.
 S. P. Q. R. V. P. RED. CAES. *Augustus*. VI. 63.
 S. P. Q. R. V. S. PRO. S. ET. RED. AVG. *Augustus*. VI. 103.
 STA BOV. *Geta* VII. 234.
 SVFPO. *Domitianus*. VI. 387.

- SVMMVS SACERDOS AVG. *Elagabalus. VII. 250.*
 SYRIA. *Antoninus. VII. 5.*
 TELLVS STABILITA. *Hadrianus. VI. 509. Commodus. VII. 119.*
 TEMPLVM DIVIAVG. REST. *Antoninus. VII. 25.*
 TEMPORVM FELICITAS. *Antoninus. VII. 20. Ann. Verus. 83. Commodus. 112. 129. Alexander. 280. Orbiana. 285. Laelianus. 449.*
 TARENTIVS. *Contorn. VIII. 292.*
 TIBERIS. *Galba. VI. 298.*
 TRAIECTVS. *Caracalla. VII. 206. Gordianus. III. 312. Carinus. 514.*
 TRANQVILLITAS AVGG. *Philippus pat. VII. 328. Tacitus. 497.*
 TRES GALLIAE. *Galba. VI. 293.*
 TR. P. XXXVII. COS. XVII. P. P. *Theodosius II. VIII. 182.*
 TR. P. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Theodosius II. ibid.*
 TRIVMFVS CAESARVM. *Constans I. VIII. 109.*
 TRIVMP. AVG. *Vespasianus. VI. 326.*
 TRIVMPHVS PARTHICVS. *Trajanus. VI. 441.*
 TRIVMPHVS QVADORVM. *Numerianus. VII. 512.*
 TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. *Constans I. VIII. 111. Constantinus II. 117. Valentinianus I. 151. Valens. 155. Theodosius M. 163. Arcadius. 169. Honorius. 173.*
 TVTELA AVGVSTI. *Vitellius. VI. 318. Vespasianus. 329.*
 TVTELA AVG. *Carausius. VIII. 48.*
 TVTELA ITALIAE. *Nerva. VI. 407.*
 VBERITAS. *Carausius. VIII. 48.*
 VBERITAS AVG. *Hofilianus. VII. 352.*
 VBIQVE PAX. *Gallienus. VII. 411.*
 VBIQVE VICTOR vel VICTORES. *Licin. pat. VIII. 66. Constantinus M. 90.*
 VCVI. *Diocletianus. VIII. 12.*
 VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA. *Nerva. VI. 408.*
 VENVS. *Maconius. VII. 491.*
 VENVS AVG. *Domitia. VI. 401. Claudius Goth. VII. 474. Amandus. VIII. 41.*
 VENVS AVGVST. *Julia Titi. VI. 365.*
 VENVS CAELESTIS. *Soaemias. VII. 265.*
 VENERIS FELICIS. *Hadrianus. VI. 510.*
 VENVS GENITRIX. *Paula. VII. 258.*
 VENERI GENETRICI. *Plotina. VI. 466. Hadrianus. 511.*
 VENVS VICTRIX. *Caracalla. VII. 211. Supera. 374. Faustina jun. 80. Carinus. 515. Gal. Valeria. VIII. 40.*
 VERONA NPRITE COND. *Max. Herc. VIII. 10.*
 VESTA. *Livia. VI. 150. 151. 152. Caligula. 221. Vespasianus. 332. Julia Titi. 366. Trajanus. 423. Faustina sen. VII. 38. Aquilia. 260. Supera. 374.*
 VESTA P. R. QVIRITIVM. *Vitellius. VI. 317.*
 VIA TRAIANA. *Trajanus. VI. 421.*
 VICTOR GENTIVM BARBARAR. *Constantinus M. VIII. 90.*
 VICTOR OMNIVM GENTIVM. *Maxentius. VIII. 59. Constantinus M. 90. Constantinus II. 117.*
 VICTORES AVGVSTI. *Valens. VIII. 155.*

(Vol. VIII.)

A a a a

- VICTORIBVS AVGG. NN. *Constantinus M. VIII.* 91.
 VICTORIA AET. *Gallienus. VII.* 415.
 VICTORIA ALEXANDRI AVG. *Alexander tyr. VIII.* 61.
 VICTORIA AVG. III. VI. VII. VIII. VIII. *Gallienus. VII.* 415.
 VICTORIA AAAAGGGG. *Constantinus III. VIII.* 177.
 VICTORIA AVG. LIB. ROMANOR. vel LIB. ROM. ORB. *Magnentius. VIII.* 122. *Decentius.* 123.
 VICTORIA BEATISSIMORVM CÆSS. *Chlorus. VIII.* 30. *Constantinus II.* 115.
 VICTORIAE BRITANNICAE. *Severus. VII.* 188. *Caracalla.* 207. *Geta.* 231.
 VICTORIA CARPICA. *Philippus pater. VII.* 323.
 VICTORIA CEA. *Carausius. VIII.* 48.
 VICT. CONSTANT. AVG. *Chlorus. VIII.* 31.
 VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Daza. VIII.* 54.
 VICTORIAE DD. NN. AVGG. *Magnentius. VIII.* 122.
 VICT. GAL. AVG. *Gallienus. VII.* 415.
 VICT. GAL. AVG. III. *Gallienus. VII.* 415.
 VICTORIAE AVGG. IT. GERM. *Gallienus. VII.* 402. *Saloninus.* 422.
 VICT. GERM. *M. Aurelius. VII.* 60. et deinceps frequenter.
 VICTORIA G. M. *Valerianus. VII.* 386. *Claud. Goth.* 474.
 VICTORIA GOTHICA. *Claud. Goth. VII.* 474. *Aurelianus.* 484. *Tacitus.* 498. *Probus.* 506. *Constantinus M. VIII.* 90.
 VICTOR. IVST. AVG. *Pescennius. VII.* 156. *Severus.* 170. *Dormna.* 197.
 VICTORIA NAVALIS. *Vespasianus. VI.* 330. *Titus.* 354. *Domitianus.* 370.
 VICTORIA OTHONIS. *Otho. VI.* 302.
 VIC. PARTHICAE. *M. Aurelius. VII.* 57. *Severus.* 178. *Caracalla.* 218. *Macrinus.* 238. *Valerianus.* 378. *Gallienus.* 415. *Saloninus.* 422.
 VICTORIA PARTHICA MAXIMA. *Severus. VII.* 180. *Caracalla.* 202.
 VICTORIA PONTICA AVG. *Tacitus. VII.* 498.
 VICTORIA PRINCIPVM. *Theodahatus. VIII.* 214.
 VICTORIAE SARMATICAE. *Diocletianus. VIII.* 12 et sequentes.
 VICTOR. SEVER. AVG. *Severus. VII.* 170.
 VICTORIOSO SEMPER. *Probus. VII.* 505.
 VIENNA DE OFFICINA LAVRENTI. *Mauricius. VIII.* 220.
 VIRTVS. *M. Aurelius. VII.* 46.
 VIRTVS EXERCITVS GALL. *Constantinus M. VIII.* 91. *Constantinus I.* 112. *Julianus II.* 134.
 VIRT. EXERC. ROM. *Theodosius M. VIII.* 164.
 VIRTVS HERCVLI CAESARIS. *Chlorus. VIII.* 30.
 VIRTVTI HERCVLIS. *Max. Herc. VIII.* 23.
 VIRTVS ILLYRICI. *Aurelianus. VII.* 484. *Diocletianus. VIII.* 12. *Max. Herc.* 23. *Chlorus.* 30.
 VIRTVS IOVI CAESARIS. *Gal. Max. VIII.* 36.
 VIRTVS MILITVM. *Max. Herc. VIII.* 26.
 VIRTVS VALERI. *Gallienus. VII.* 416.
 VIRTVTI ET FELICITATI. *Trajanus. VI.* 436.
 VITELL. (L.) CENSOR II. vel COS. III.

- CENSOR. *Vitellius. VI. 313.*
 VNDIQUE VICTORES. *Numerianus. VII. 513. Chlorus. VIII. 30.*
 VN MR. *Constantinus M. VIII. 93.*
 VOLKANVS VLTOR. *Augustus. VI. 96.*
 VOTA. *Aurelius. VII. 53.*
 VOTA AVGVSTI. *Victorinus. VII. 452.*
 VOT. DECENN. *Pertinax. VII. 144.*
 VOTA ORBIS. *Valerianus. VII. 386.*
 VOTA ORBIS ET VRBIS SEN. ET P. R. *Constantinus M. VIII. 91.*
 VOTA PVBLICA. *Augustus. VI. 113 et deinceps frequenter usque ad Honorium. Vide horum plerosque collectos, et explicatos Vol. VIII. pag. 136.*
 VOTAROMANORVM. *Arcadius. VIII. 169.*
 VOTA SOLVTA DECENN. (vel X.) *Antoninus. VII. 25. M. Aurelius. 59. Commodus. 118. 119. Caracalla. 206. Probus. 506.*
 VOTA SVSCEPTA. *Trajanus. VI. 439.*
 VOT. P. SVSC. PRO. SAL. ET. RED. I. O. M. SACR. *Augustus. VI. 103.*
 VOTA SVSCEPTA X. *Antoninus. VII. 19. Caracalla. 203.*
 VOTA SVSCEP. DECENN. *Antoninus. VII. 25. Commodus. 110. 112. 114.*
 VOTASVSCEP. DECENN. II. *M. Aurelius. VII. 59.*
 VOTA SVSCEPTA XX. *Severus. VII. 182. Caracalla. 203.*
 VOTA SVSCEPTA DEC. III. *Antoninus. VII. 26.*
 VOTA VICENNALIOR. *Constantinus II. VIII. 108.*
 VOTIS DECENNALIBVS. *Severus. VII. 179.*
 VOTIS FELICIBVS. *Commodus. VII. 126. 129.*
 VOTIS MVLTIS. *Majorianus. VIII. 195.*
 VOTIS ROMANORVM. *Diocletianus. VIII. 12.*
 VOTIS VICENNALIBVS. *Alexander. VII. 275.*
 VOTIS V. — X. etc. *Vide haec enumerata et explicata in tractatu de numis votorum Vol. VIII. pag. 473.*
 VOT. XIII. *Iustinus I. VIII. 207.*
 VOTO PVBLICO MVLTIS XX. IMP. *Carausius. VIII. 49.*
 VOTVM PVBLICVM. *Carausius. VIII. 49.*
 VRBS ROMA. *Constans I. VIII. 112.*
 VRBS ROMA AETERNA. *Trajanus. VI. 428. Hadrianus. 510*
 VRBS ROMA BEATA. *Constans I. VIII. 112.*
 VRBEM RESTITVTAM. *Vitellius. VI. 316.*
 VTILITAS PVBLICA. *Max. Herc. VIII. 18. Fl. Severus. 50. Constantinus M. 92.*
 XV. S. F. *Augustus. VI. 102.*
 XV VIR. SACR. FAC. *Vitellius. VI. 316.*
 XXXX. REMISSAE. *Galba. VI. 296.*
 X. CONSTANTI AVG. *Chlorus. VIII. 31.*
 X. M. XX. *Gal. Max. VIII. 86.*
 XX. MAXIMIANI AVG. *Max. Herc. VIII. 23.*
 XC. — XCVI. — XCVIT — XCVIIT — VCVC. *Diocletianus. VIII. 12. Max. Herc. 23. Chlorus. 30. Gal. Max. 36.*

INDEX GRAECVS.

- ΑΝΑΞΑΡΚΟΣ. ΝΙΚΟΚΡΕΩΝ. *Contorn.* VIII. 291.
 ΑΝΑΓΓΑΚΙΣ. *Zimisces.* VIII. 251.
 ΑΦΙΕΡΩΚΙΣ. *Carus.* VII. 509.
 ΓΕΩΡΓΙΟΣ. (Ο.) *Alexius I.* VIII. 260.
et deinceps.
 ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. (Ο. ΑΓΙΟΣ.) *Theodorus*
Ducas. VIII. 266. *Andronicus II.* 269.
Ioannes VI. 270.
 ΔΙΜΙΤΡΙ. (Ο. Α.) *Constantinus VI.* VIII. 236.
 ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΣ. (ΜΕΓΑΣ) *Ioannes VI.* VIII. 270.
 ΔΡΑΧΜΗ. ΔΙΑΔΡΑΓΜΟΝ. *Nero.* VI. 279.
 ΕΝ. ΤΟΤΩ. ΝΙCΑΤ. *etc.* *Basilus II.* VIII. 252.
 ΕΤΗCΙΑ. ΕΤCΕCΙΑ. *Antoninus.* VII. 35.
 ΕΥΓΕΝΙΟ. (Ο. ΑΓΙΟ.) *Manuel I.* VIII. 262.
 ΕΦ. CΚΩΠΙ. *Teffera.* VIII. 317.
 ΗΡΩC. ΑΓΑΘΟC. ΑΝΤΙΝΟΟC. *Antinous.* VI. 530.
 ΘΕΟΝ. ΑΝΤΙΝΟΟΝ. Η. ΠΑΤΡΙC. *Antinous.* VI. 532.
 ΘΕΟΓΟC. ΒΟΗΘ. ΡΩΜΑΝΩ. *Romanus IV.* VIII. 258.
 ΘΕΟΤ. ΟΠΛΟΦΟΡΟΤ. *Gordianus III.* VII. 314.
 ΙΑΚΧΟC. ΑΝΤΙΝΟΟC. *Antinous.* VI. 530.
 ΙΑΚΧΟC. ΝΕΟC. ΑΝΤΙΝΟΟC. *Antinous.* VI. 535.
 ΙΗCΥC ΧΡΙCΤΥC ΒΑCΙΛΕΥ ΒΑCΙΛΕ. *Zimisces.* VIII. 250 *et deinceps.*
 ΙΗC. ΧΡC. ΡΕΧ ΡΕΓΝΑΝΤΙΥΜ. *vel*
 ΙΗCΥC ΧΡΙCΤΥC ΝΙΚΑ. *Michael II.* VIII. 239 *et deinceps.*
 ΚΑΡΠΟΦΟΡΟC. *Livia.* VI. 168.
 ΚΟCΩΝ. *Brutus.* VI. 20.
 ΚΥΡΙΕ. (vel ΚΕ.) ΒΟΗΘΕΙ. *Alexius I.* VIII. 260. *Andronicus II.* 269.
 CΥΡΙΕ ΒΟΗΘΗ ΤΟ CΟ ΔΟΥΛΟ. *Theophilus.* VIII. 240.
 ΜΙ. (Ο. ΑΓΙΟC) *Theodorus Ducas.* VIII. 266.
 ΜΡ. ΘΥ. *Zemisces.* VIII. 251 *et deinceps.*
 ΝΕΑ. (ΗΡΑ) *Messalina Claudii.* VI. 252.
 ΝΕΙΚΗ. ΟΠΛΟΦΟΡΟC. *Gordianus III.* VII. 314.
 ΝΙΚΟΚΡΕΩΝ. ΑΝΑΞΑΡΚΟC. *Contorn.* VIII. 291.
 ΟΜΟΝΟΙΑ. CΕΒΑCΤΗ. *Domitianus.* VI. 394.
 ΟΠΛΟΦΟΡΟC. *Gordianus III.* VII. 314.
 ΟΥΔΕΝ. ΕΜΟΤ. CΟΤ. ΕCΤΑΙ. ΑΚΚΙ-
 ΖΟΜΕΝΟΤ. *Contorn.* VIII. 291.
 ΠΑΝΙ. ΑΝΤΙΝΩ. *Antinous.* VI. 535.
 536.
 ΠΑΤΡΟC. ΠΑΤΡΙΔΟC. *Livia.* VI. 148.
 ΠΛΑΤΩΝ. *Augustus.* VI. 131.
 ΠΟΛΙΟΥΧΟC. *Domitianus.* VI. 394.
 ΠΡΟΝΟΙΑ. ΘΕΩΝ. *Pescennius.* VII. 157.
 ΠΥΘΙΟC. ΝΕΟC. ΑΝΤΙΝΟΟC. *Antinous.* VI. 535.
 ΤΩ. CΩΤΗΡΙ. ΤΗC. ΟΙΚΟΤΜΕΝΗC. *Nero.* VI. 278.
 ΦΥΛΑΞΕ. *Teffera.* VIII. 318.
 ΩΜΗΡΟC. *Contorn.* VII. 291.

INDEX III.

RERV M.

- Acacia in manibus imp. infimi aevi. VIII. 505.
- Acclamations in circensibus: VINCAS, NIKA, PLACEAS, contorniatas inscriptae. VIII. 301.
- Achaiae infinita beneficia praestat Hadrianus. VI. 487.
- Achilles cum Penthesilea a se caesa. VIII. 287.
- Adfinis Maxentii in numis dictus Chlorus. VIII. 32.
- Adoptio insolens Severi in gentem M. Aurelii. VII. 173.
- Aegidis Palladiae origo. VI. 375.
- Aeneas Anchisen efferens. VI. 4. VII. 30. Scrofae cum fuculis occurrens. *ibid.*
- Aenei max. mod. sub Hadriano feriri coepti. VI. 512.
- Aeolis dicta Agrippina utraque, et cur. VI. 214.
- Aera orbis conditi a Graecis post abolitum consulatus inuenta. VIII. 267. 333.
- Aesculapius in numo Gallieni. VII. 395. cum Hygeia sacrificans adstante cane. VII. 33. serpentis specie Romam inductus. VII. 32. Ei Caracalla Pergami sacra facit. VII. 212.
- Aeterni dicti Augusti. VII. 181.
- Aeternitas attributum divinum. VIII. 457.
- Ejus significatio. *ibid.* Principibus applicata habuit rationem pii voti. *ibid.* Solis et lunae specie adumbrata. VII. 181.
- Aeternitatis symbola. VI. 423.
- Afinia verisimilis Treboniani uxor. VII. 370.
- Africae imago. VIII. 25.
- Alamannia Romanorum gaudium. VIII. 84.
- Alexander M. Numi contorniatas hoc nomine inscripti non indicant Alexandrum Sev., sed regem Macedonum. VIII. 289. Ex causis politicis deus Ammon. VII. 174. Ejus aemulus Caracalla. VII. 219. Cum eo Constantinus M. tam virtute, quam corporis forma comparatus. VIII. 80.
- Alexander Marci Antonii et Cleopatrae filius. VI. 49.
- Alimenta pueris a Trajano praestita. VI. 424.
- Alban quadrigarius. VIII. 293.
- Amazonis caput cum capite Commodi jugatum. VII. 128.
- Ammonis caput in numo Augusti. VI. 87.
- Amphion et Zethus novercam Dircentauro adligatam raptantes. VIII. 287.
- Amphitheatrum Flavium. VI. 357. 375. in numo Alexandri Sev. VII. 270. in

- numis spurii Vespasiani. VI. 340.
 Anagninae Latii officina monetaria M. Antonii. VI. 48.
 Anastasis illustre templum Hierosolymis a Constantino M. in honorem Christi resurgentis aedificatum. VIII. 251.
 Anaxarchus philosophus in contorniato. VIII. 291.
 Ancilium forma. VII. 13.
 Annus primus apud Graecos in numerandis annis regum vel imperatorum, etiam serius Germanicorum, plerumque incompletus. VIII. 448.
 Annus natalis in principibus R. duplex. VI. 508.
 Anni imperii numis infimi aevi inscripti. VIII. 509.
 Antinous in lunam deductus. VI. 533.
 Antiochiae typus in numo Hadriani comitatus Romani. VI. 513.
 Antonia Claudii Aug. et Petinae filia. VI. 251.
 Antonii ab Hercule oriundi. VI. 44.
 Antonius IIIvir provincias inter Cleopatrae filios distribuit. VI. 47. Habitus Bacchus et Osiris. 64 seq.
 Antonini quot? VII. 254.
 Antoninus V. dictus Elagabalus. VII. 234.
 Anubin portat Commodus. VII. 118.
 Apis cum inserta lateri lunula. VI. 530.
 Apollo Actius stolatus. VI. 107. Apollo Augustus idem cum Actio VII. 13. Palatinus stolatus instar Actii. 124.
 Apollo Moneta. 122. Sanctus in numo Pescennii, ut in numis Antiochiae. 154. Salutis praefes. 357. Propterea a Caracalla auxilio vocatus. 212. Ab Augusto impensius cultus, et cur. VI. 81. 93. 107. Ejus oraculum in numo Philippi I. VII. 321.
 Apollodorus Damascenus pontis Danubii architectus. VI. 419 et Fori Trajani. 432.
 Apollonius Tyaneus in contorniato. VIII. 292.
 Apuleius philosophus in contorniato. VIII. 292.
 Aquaeductus Trajani. VI. 425.
 Aquila princeps legionis signum. VIII. 493.
 Aquila stans in medio noctuae et pavonis. VII. 33.
 Ara Lugdunensis Romae et Augusti. VI. 135 seq.
 Ara maxima Iovi ab Hercule statuta. VII. 30.
 Arabes et Adjabeni a Severo devicti. VII. 172.
 Arcus triumphalis. VI. 277.
 Argentariorum varia nomina. VIII. 307. posita mensa usuram exercere soliti, unde mensarii et trapezitae dicti. *ibid.* Horum unus proponitur in contorniato. *ibid.*
 Aries Mercurii comes. VII. 398.
 Armeniam capit Augustus. VI. 98. Ei regem imponit Antoninus. VII. 15.
 Armeniaca tiara. VI. 98.
 Arricidia Titi. VI. 364.
 Artabanus Arsacidarum postremus ab Artaxerxe Persa everfus. VII. 273.
 Asina pullum lactans. VIII. 174. 289.
 Asini caput a Christianis adorari passim creditum. VIII. 173. Symbolum Daciae. VII. 344.
 Asinus Apollinis inter Scythas victima. VII. 344.
 Astrum juxta caput Iul. Caesaris, et cur. VI. 18.
 Auguratus viventi adimi non potest. VI. 32.
 Augustei nominis origo et occasio. VIII. 355. Vocabuli *Augustus* significatio et

- etymon. *ibid.* Graecis Σεβαστος. *ibid.*
 Hereditate transivit in adoptatos Ti-
 berium et Liviam. 356. subinde et ab
 extraneis adscitum. *ibid.* Summum
 splendorem, at nullam potestatem
 intulit. *ibid.* In M. Aurelio et L. Ve-
 ro primum exemplum duorum uno
 tempore Augustorum. 357. Si plures
 uno tempore Augusti fuere, quis eo-
 rum honoratior. *ibid.* Numerus pluri-
 um una Augustorum scripto AVGG.
 AVGGG, etc. indicabatur. 358. Qui
 Caesares tantum fuere, dicti Augusti
 per consortium. *ibid.*
 Augustus (semper) VIII. 359.
 Augustus adhuc vivus pro deo cultus,
 at non in urbe. VI. 124.
 Augustus iterum, (ΔΙC. CEB.) dictus
 Hadrianus in numo Mesembriae. VIII.
 359.
 Augusti dicti Perpetui. VIII. 358.
 Augusta et Σεβαστη in eodem numo di-
 cta Sabina. VIII. 359.
 Augustarum varius capitis cultus. VIII.
 364.
 Augustalia ob redditum Augusti constitu-
 ta. VI. 100.
 Augustuli nomen in numis Romuli non
 exstat. VIII. 203.
 Avitus (Iul.) maritus Maesae. VII. 245.
 Aurelianus quadrigarius. VIII. 293.
 Aurelius. (M.) De ejus philosophia ju-
 dicium. VII. 53.
 Aurorae imago in numo Trajani. VI.
 442.
 Aurum coronarium. VII. 6.
 Aurea Commodi moneta rara, quin jam
 etiam postremis imperantis M. Aure-
 lii annis. VII. 135.
 Auspices dii Hercules et Bacchus a Se-
 vero dicti. VII. 171.
 A Ω in numis Constantis I., ejusque
 significatio. VIII. 112.
 Babulus quadrigarius. VIII. 293.
 Bacchus infans in choro Nympharum et
 Satyrorum. VII. 18.
 Bacchus Antinous. VI. 530.
 Bacchi cista symbolum Asiae proconfu-
 laris. VI. 82.
 Bacchanalia in contorniatibus. VIII. 284.
 Barbae apud Romanos alendae quae
 causae. VI. 76. Ejus in imperatoribus
 varius modus. VIII. 363. Eam cur alu-
 erit Antonius IIIvir et viri illustres
 coaevi. VI. 36. Barbam ex Augustis
 primus promittit Hadrianus, et cur.
 485. Ejus exemplum sequuntur suc-
 cessores. *ibid.* Post longum interval-
 lum eum abjicit Constantinus M. VIII.
 72. 502. revocat Iulianus II. VIII. 132.
 a successoribus iterum omissam resti-
 tuit Phocas. VIII. 502.
 Barchoceba Iudaeus in Romanos rebel-
 lis. VI. 496.
 Βασίλειος. Hoc nomine vocati in numis
 Augusti infimi aevi. VIII. 366. 501.
 Basilica, opus Trajani. VI. 433.
 Balsianus Domnae pater. VII. 244. Idem
 nomen et Caracallae fuit. 199.
 Belisarius in Iustiniani I. numis effectus
 creditus. VIII. 209.
 Bonifacius quadrigarius. VIII. 293. per-
 peram habitus pro Bonifacio Afri-
 cae praefecto. *ibid.*
 Borysthenes famigeratus Hadriani equus.
 VI. 510.
 Bos Soli facer. VII. 400.
 Britanni exules orbis. VI. 247. scripti
 primum simplice T, serius geminato.
 VI. 240.
 Britannicus dictus Caligula ex vitiatibus
 Britannorum scortis. VI. 221.
 Brutia dicta Crispina Commodi in nu-
 mis peregrinis. VII. 139.

- Brutus (Marcus) an a vetere L. Bruto oriundus. VI. 20.
- Cabirus in numo Claudii Goth. VII. 472.
- Caci historia in numo Antonini. VII. 29.
- Caesar cognomen gentis Iuliae. VIII. 367.
Inde a Iul. Caesare adoptionibus in alias gentes translatus. *ibid.* Hac lege postremus Caesarum fuit Caligula. *ibid.* Caesarum gente extincta imperatores, etsi extranei, Caesaris tamen nomen sibi addidere. 368. Caesarum dignitas secundi fastigii. *ibid.* Pendebant ab arbitrio Augustorum. *ibid.* Varia tamen diversis temporibus Caesarum ratio. 369. Caesaribus additum nomen Nobilissimi. 370.
- Caesarum genus a Venere et Anchise tractum. VI. 4.
- Caesareum quid. VIII. 472.
- Caligula. Hujus nominis origo. VI. 228.
- Calliope Musa in numo Probi. VII. 504.
- Calpurnia Iul. Caesaris. VI. 4.
- Camelaucium tegmen capitis Augg. VIII. 505.
- Camelus Arabiae symbolum. VI. 420.
- Canis Aesculapii comes. VII. 33.
- Caper Minervae comes. VI. 375.
- Capillitio arrepti hostes frequens imago in numis inferioris aevi. VIII. 134.
- Capitolium ardet sub Tito, restituitur et dedicatur a Domitiano. VI. 377.
- Capitolinus agon a Domitiano constitutus. VI. 381.
- Capricornus cur in numis Augusti. VI. 109. Dictus et Aegipan. *ibid.* Neptuni comes. VII. 399.
- Caput nudum in imp. VIII. 363. velatum in iisdem, ejusque significatio. *ibid.* Constantini M. in coelum spectans. VIII. 80. Caput viventis mone-
tae inferi nomini ante Iul. Caesarem permissum. VI. 7.
- Caracallae nomen unde tractum. VII. 222.
- Carpenti in feminis Augustis honos. VI. 149. Consecrationis signum non est. 347.
- Carpi a Philippo I. victi. VII. 323.
- Carthago a Diocletiano beneficiis aucta. VIII. 11. Ejus praestantia. *ibid.*
- Censor dictus Claudius in in marmoribus, at non in numis, nisi suspectis. VI. 242. 247. Censores in numis dicti L. Vitellius Vitellii Aug. pater. 313. Vespasianus. 344. Titus. 353. Domitianus. 378.
- Centaurus Apollinis comes. VII. 395.
- Cereris nomen datum Liviae. VI. 153. 157. Cereris specie proposita Sabina, et dicta etiam nova Ceres. 521. 522.
- Certamen quinquennale a Nerone constitutum. VI. 264.
- Cervomtus quadrigarius. VIII. 294.
- Cervus Iunoni adstitutus, et cur. VII. 419.
- Christi imaginem numis primus intulit Zimisces. VIII. 250. frequens in numis infimi aevi. VIII. 506.
- Chrysopolus quadrigarius. VIII. 294.
- Circenses natali urbis ab Hadriano constituti. VI. 502.
- Circum maximum restituit Trajanus. VI. 427.
- Citharoedorum habitus. VI. 107. 275. Eo usus quoque Nero. 275.
- Classis Africana advehendo frumento a Commodo instituta. VII. 129.
- Claudia Quintae matronae miraculum. VII. 41.
- Claudia, quae et Iunia Claudilla, Caligulae uxor. VI. 229.

- Claudia Claudii Aug. infelix filia. VI. 251.
- Clementia Iul. Caesari propria. VI. 9. Tiberio et Caligulae adfecta. *ibid.* Clementiae Iuliae templum. *ibid.* Clementiae caput et ara. 187.
- Cleobis et Biton fratres Argivi. VII. 359.
- Cleopatra M. Antonii et Cleopatrae filia. VI. 49.
- Clypei votivi, eorumque usus. VI. 121.
- Cocles (Horatius) ponte rupto in undis natans. VII. 32.
- Coelestis Dea apud Carthaginem. VII. 183. Elagabali thalamis honoratur. 184. 251. 265.
- Coeptionis nomen a M. Bruto adscitum. VI. 24.
- Cohors praetoria, ejus in bello usus. VI. 53.
- Colendus venator. VIII. 302.
- Colonia Commodiana Commodi jussu dicta Roma. VII. 123.
- Columba concordiae symbolum. VII. 77.
- Columna rostrata. VI. 86. cochlis Trajani. 429. Antonini Pii cum basi. VII. 28.
- Cometes in numis Iul. Caesaris, et cur. VI. 11.
- CONOB. COMOB. CORNOB. inscriptum numis inferioris aevi. VIII. 521. Variarum de harum literarum significatione sententiae. *ibid.*
- Consecratio vivorum et ejus exempla. VIII. 456. Consecrationis vivorum varii gradus. *ibid.* Graeculi etiam proconsules vivos consecrabant. 459. Imp. etiam vivi consecrati, sed extra urbem. 460. Consecratio mortuorum imp. 461. In iis non semper habita ratio vitae probe actae. 462. (Vol. VII.)
- Catalogus Augustorum consecratorum. 463. Ritus consecrationis. *ibid.* eam decernere ad senatum pertinuit. *ibid.* Numorum hujus classis inscriptiones et typi. 464. Vocabulum *Consecratio* serius in numis adhiberi coepit. *ibid.* Aliae consecrationis formulae. 465. Consecrationis numorum certa quaedam species multo serius signata. VIII. 469. Quis Augustorum ejus classis verisimilis auctor. *ibid.* Quamdiu hic consecrationis ritus duraverit. VIII. 472.
- Consecratio Claudii ridicula. VI. 244.
- Constantia Gratiani uxor. VIII. 158.
- Constantinopolis vocata nova Roma. VIII. 97. Numi hujus urbis nomine inscripti. 95. Ejus moenia in numis Michaelis VIII. et Andronici II. VIII. 267. 268.
- Consules Caesares. VIII. 326. Consules suffecti. 327. Consulatus continui. 327. Consulatum designandorum arbitrium penes principes. VIII. 327. Consules non raro multis antea annis, quam magistratum inirent, designati. 328. Consules ordinarii, minores. *ibid.* Consules designati. *ibid.* Eam designationem numis quoque imp. inscriptam legimus. 329. Consulatus suscipiendi, et quidem saepius, quae principibus causae. 331. Consulatus orientalis et occidentalis. 332. Consulatus dimidiis quis? 332. Consulatus post Constantium M. et filios rarissime numis inscripti. 333. Consulatus sub principibus nihil attulit, nisi honorem. 332. 334. *Post consulatum* formula. 333.
- Consulatibus, qui anno nomen dedere, B b b b

- abolitis invecta in Oriente aera orbis conditi. VIII. 333.
- Consularia insignia. VIII. 333.
- Consularia ornamenta. VI. 114. VIII. 330. etiam in externos collata. VIII. 330.
- Consularis processus. VIII. 335. Quae illum in numis, et triumphum distinguendi ratio. 336. Peractus is junctis curru jam equis, jam elephantis. *ibid.* Sparsa tum in populum a consulibus pecunia. 337. quod dicebatur *ὑπατεῖαν ποιεῖν*. 338.
- Contorniati numi. VIII. 277. unde sic vocati. *ibid.* Qui de his scripsere. 278. Eorum characteres. *ibid.* Perperam ab aliquibus cum numis duplicis metalli confusi. 279. Eorum typi. 281. In his raro apparet nexus partis anticae cum averfa. *ibid.* Catalogus imp. in his signatorum. 282.
- Contorniatorum aetas. VIII. 310. usus. 311. Cur in his frequentiores Nero et Trajanus. 312. Eorum meritum. 313. in iis soloecismi et perversa scribendi ratio. *ibid.*
- Coriolanus a familia sua cum Romanis conciliatus. VII. 41.
- Cornelia Iul. Caesaris uxor. VI. 4.
- Corona radiata. Ejus significatio. VI. 269. VIII. 362. Quae ejus gestandae leges. *ibid.*
- Corona laurea Augg. VIII. 360. Varius ejus gestandae usus. *ibid.*
- Corona querna decreta Augusto. VI. 38.
- Corona navalis, classica, rostrata data M. Agrippae. VI. 164. item muralis. *ibid.*
- Corona spicea in numis usae Livia, Antonia, Agrippina jun. VI. 257. Sabina. 522.
- Coronae triumphales. VII. 8.
- Coronae nexus cum votis. VIII. 479.
- Corymbus Apollini sacer. VI. 316.
- Cosmus quadrigarius. VIII. 295.
- Coſſutia Iul. Caesaris uxor. VI. 4.
- Crux frequens in numis infimi aevi. VIII. 505. 506. Ejus signum efficax in acie. 117. Crux super globo in numis inf. aevi frequens, ejusque significatio. 147. Crucem in monumentis vet. saepe viderunt viri pii, etiam cum crux non esset. 38. Crucis signo notati numi adhuc rari imperante Constantino M. *ibid.*
- Cuniculus Hispaniae symbolum. VI. 495. adhuc in numo Laeliani. VII. 449.
- Cupido Veneris collo inhaerens. VI. 6. eques super delphino. 81.
- Custodes dii vel deae typo Fortunae. VII. 141.
- Cybele cum suo Atye. VII. 39. VIII. 283. 284. Eam ementitur Domna. VII. 196.
- Cydnus fl. in numo Antinoi. VI. 535.
- Dacicum bellum Domitiani. VI. 381. Ejus nullum in numis vestigium. *ibid.*
- Dacicus etiam dictus Domitianus, sed nunquam in numis. VI. 398. VIII. 455.
- Damasci nomen inscriptum numis Leonis IV. VIII. 235.
- Daphne Constantiniana. VIII. 82.
- Dardania metallis dives. VI. 446.
- Decursio quid? VI. 271. Decursiones in contorniatas. VIII. 293.
- Delphinus Apollini sacer. VI. 316.
- Demetrius (sanctus) in numis. VIII. 236. 266. Cultus Thessalonicae. 266.
- Desiderius quadrigarius. VIII. 295.
- Δεσποινὴ* dicta Virgo Mater. VIII. 254.

- Δεσπονης* vocati Augusti infimi aevi, et Despuna Augustae. VIII. 501.
- Deufonienfis. Hercules. VII. 443.
- Diadema Romanis exosum. VI. 18. VIII. 362. Illo tamen primus usus Constantinus M., eoque seu puro, seu gemmato, VIII. 79. 363. deinceps Augusti alii. 502.
- Diadumenianus scribendum, non Diadumenus. VII. 241.
- Diana Lucifera. VII. 35. cum Endymione. VIII. 285. cur ab Augusto enixius culta. VI. 93.
- Dictatura Caesaris, ejusque iteratio explicata. VI. 14.
- Divus, Deus, Θεός. Quod horum vocabulorum discrimen. VI. 125. VIII. 465.
- Dominus. De natura hujus vocabuli. VIII. 364. Domini nostri etiam vocati imp. 365. Varius hujus tituli usus. *ibid.*
- Domna nomen originis Syrae. VII. 197.
- Domna Severi ab Alexandrinis dicta Iocasta. VII. 215.
- Domninus Philocomus quadrigarius. VIII. 285.
- Draco in signis militaribus. VII. 329.
- Drusilla (Iul.) Caligulae ex Caesonia filia. VI. 230. 231. 232.
- Drusus Claudii Aug. F. piro per lulum ore excepto praefocatus. VI. 250.
- Ducentesima a Caligula remissa. VI. 224.
- E litera, scripta etiam ut II. VI. 46.
- Elagabalus deus, ejus etymon, cultus, forma, Elagabali Aug. in eum studia. VII. 250 seq.
- Elephas in numis Iul. Caesaris, quae ejus significatio. VI. 4. Ejus caput symbolum Africae. 489. Aeternitatis typus. VII. 328. loricatus. 19.
- Elephantes a Romanis ad varios usus adhibiti. VI. 5. currum D. Augusti trahunt. 128. Eorum miserabilis caedes in ludis circensibus, et populi praeterea miseria. VII. 315. Illis quaedam cum hominibus societas. *ibid.*
- Elianus quadrigarius. VIII. 295.
- Equestris ordinis incunabula, dignitas, progressus. VI. 126. VIII. 371 seq.
- Equi transvectio praesente Cenfore. VI. 242.
- Equus Mauretaniae symbolum. VI. 498.
- Equorum nomina in contornitiis. VIII. 298. Eorum femori impressae notae. *ibid.*
- Eugenius (sanctus) in numo Manuelis I. VIII. 262. 507.
- Eugenius quadrigarius. VIII. 296.
- Eurystheus metu apri in vase se occultans. VII. 443.
- Eusebia Constantii II. uxor. VIII. 115.
- Euthymius, Eutimius, Eutimius quadrigarii. VIII. 296.
- Exagium Solidi. VIII. 511.
- Exercitus coelestis Constantino M. supplicias missus. VIII. 91.
- Fabia L. Aelii Caesaris filia. VI. 527.
- Fadilla (Iun.) Maximo Caes. desponsata. VII. 297.
- Fata tria. VIII. 6. Eadem cum Parcis, Fortuna, Nemesi. *ibid.* Eorum attributa. *ibid.*
- Faustina jun. Dianae specie cervo insidens. VII. 81.
- Faustina (Maxima) Constantii II. uxor. VIII. 115.
- Felix. Quis primus ex imp. hoc nomine appellatus. VIII. 454. Plerum.

- que conjunctum cum nomine Pii. *ibid.*
 Etiam Augustae utroque hoc nomine
 usae. *ibid.*
 Filinus athleta. VIII. 302.
 Filius Augustorum, nova dignitas. VIII.
 53.
 Flavii praenomen inde a Constantino M.
 gloriosum et appetitum. VIII. 500.
 Forficula Iunoni addita. VII. 358.
 Formulae acclamationum. VIII. 11.
 Fors Fortuna. VIII. 38.
 Fortissimus Caesar vocatus Decentius.
 VIII. 501.
 Fortuna, vel Genius Constantinopolis.
 VIII. 96.
 Fortuna dicta Fors, quae ejus signifi-
 catio. VIII. 38.
 Fortuna Dux. VII. 63. Manens. 115.
 Muliebris. 78. Opsequens. 24.
 Francia Romanorum gaudium. VIII. 84.
 Fratres pii in numis S. Pompeii. VI. 30.
 Frumentaria largitio plebi a Nerva con-
 stituta. VI. 406.
 Fulmina timet Augustus. VI. 92.
 Fulvia M. Antonii. VI. 49.
 Galea in numis tecti imperatores. VIII.
 363. Quadrigariorum propria. 300.
 Galeria Fundana Vitellii. VI. 309.
 Galla Theodosii M. uxor. VIII. 163.
 Galliarum numerus. VI. 293.
 Gallienae Augustae inscriptio in numis
 Gallieni quid significet. VII. 411.
 Gallus sibi genitalia praecidens. VIII.
 284.
 Gemini a lupa lactati etiam Constanti-
 nopolin designant. VIII. 97. Adhuc
 Iustiniani I. aetate fuere symbolum
 Romae. 216.
 Genitales dii, quod eorum munus. VII.
 139.
 Genitores dii. VII. 141.
 Genius Augusti, vel Caesaris. Quid il-
 lo intellectum. VIII. 458. Per eum ju-
 rari solitum, *ibid.* quod detractabant
 Christiani. *ibid.*
 Genius, Fortuna, Tutela alicujus loci,
 numina adfinia. VIII. 141.
 Genius Latinorum idem cum Τυχη Grae-
 corum. VIII. 141.
 Genius Lugdunensis. VII. 163.
 Genii urbium suum habuere natalem.
 VIII. 141.
 Gentiles qui a Romanis dicti. VI. 20.
 Georgius (sanctus) in numis Alexii I.
 et deinceps aliorum. VIII. 260. 507.
 Geticus dictus Caracalla ob caesum
 Getam. VII. 223.
 Globus symbolum orbis terrarum. VII.
 144. Eo Providentia notari solita.
ibid. Globus cruciger. VIII. 505.
 Gryphus Apollinis comes. VI. 443. VII.
 395.
 Τυχη, nempe Κλαυδία, dicta in numo
 Agrippina jun. VI. 259.
 Harpa Saturni attributum. VII. 381.
 Heliogabalus perperam scriptum pro
 Elagabalus. VII. 250.
 Hercules juventutis typus. VII. 472.
 Hercules et Nymphae Hesperides. 34.
 Gaditanus. VI. 504. salutis praefes.
 VII. 213. Ei thermæ sacrae. *ibid.*
 Caci domitor. VII. 29. Herculis post
 caesum Cacus historia, ejusque ara
 maxima. 30. Hercules Prodicus. VI.
 506. Cum Telepho infante. VII. 34.
 Hercules. Romanus dictus Commo-
 dus. 126. Hercules dextera ori ad-
 mota. VIII. 159. a Max. Herculio
 cumprimis observatus, 19. Ejus cum
 Centauris pugna. VII. 34. VIII. 285.

- Eum prae aliis coluit Postumus. VII. 442 seq.
- Herculia legio. VIII. 9.
- Herus et Leandri amores. VIII. 288.
- Hispania ex validissimis imperii provinciis una. VI. 338. Ejus in Vespasianum merita. *ibid.* Ab hoc Latii jure donatur. *ibid.*
- Homerus in contorniatis. VIII. 291.
- Horae quatuor, indices felicitatis temporum. VII. 83. 112.
- Horatius in contorniatis. VIII. 292.
- Ianus in numis Antonini. VII. 16. Commodi. 119. Pertinacis. 141. Ejus templum quoties clausum. VI. 89. 273. Ianus capite uno barbato, altero imberbi. VII. 396.
- Imagines principum inter signa militaria. VIII. 496. Non constabant numis max. moduli. *ibid.*
- Imperator ex primo instituto is, qui imperium militare habuit. VIII. 343.
- Imperator ex victoriis vetusti moris. *ibid.* Quae ad obtinendum hunc honorem requisita merita. *ibid.* Ex privatis postremus Blaesus a victoriis dictus imperator. 345. Imperatoris a victoriis titulus iteratus, et quibus legibus. *ibid.* Eum Augusti quoque admisere. *ibid.* Post Caracallam vix amplius numis insertus. 346. Imperatoris nomen summam in imperium potestatem indicans. *ibid.* Bleterii minus solidum de hac potestate judicium. 348. Imperatoris praenomen in Augustis significabat summum imperium. 349. Varia de hujus tituli usu observata. *ibid.* seq. Caesarum nonnulli dicti imperatores designati. 353.
- Incendiorum Romae frequentium causa. VII. 384.
- Indulgentia typo Spei, Pietatis, Providentiae. VII. 407.
- Infans dilapsa matre a capra lactatus. VIII. 216.
- Invicti Pii dicti Severus et Caracalla. VII. 179.
- Iohannes athleta. VIII. 303.
- Iovia legio, ala etc. VIII. 9.
- Isis in numis Commodi, VII. 131 et Caracallae. 215. Cum sistro et situla. VIII. 140. Cane vecta. VI. 512. VII. 41. VIII. 139. Isidis Fariae imagines. 140. Isis et Osiris vasculum una tenentes. *ibid.*
- Iudaei didrachmum in usum templi Hierosolymitani solvunt, serius in usum Capitolini. VI. 404. Hic fiscus acerbè agitur sub Domitiano, temperatur sub Nerva. *ibid.* Iudaei rebelles sub Trajano et Hadriano. 496.
- Iuliani II. numi apertis idololatriae argumentis carent. VIII. 134.
- Iuno cur dicta Lucina, ejusque attributa. VII. 99. Martialis. 359. Iunonis nomen datum Liviae. VI. 148. et Plautillae. VII. 227. Ei adstitutus cervus. 419. Ei aer consecratus. 358.
- Iuppiter Cantaber. VII. 398. Crescens. 33. 422. Defensor salutis. 127. Exsuperantissimus. 115. Iuvenis. 120. Labrandensis. VI. 514. Laodiceus. *ibid.* Olympius. VI. 122. Praefes orbis. VII. 155. Sponsor securitatis. 127. Tonans. VI. 92.
- Iuppiter cum Gigantibus pugnat. VII. 34. in medio Minervae et Iunonis sedens. 33. Ei nomine Inventoris Hercules aram ponit. 30.
- Iustina (Flav.) Valentiniani I. uxor. VIII. 149.
- Iustus dictus Pertinax in gemma vetere. VII. 145. Eodem nomine inscripti nu-

- mi Graeci pro^a Δικαιο^s spurii habendi. 156.
- Juvenalia celebrat Nero. VI. 264.
- Juventus eadem cum Hebe. VII. 45.
- Ejus Romae templa et ludi. *ibid.* In ejus templo deponebant numum, qui togam virilem sumpsere. *ibid.*
- Koppatias equus in contorniato. VIII. 299.
- Κοσσυ. Numi sic inscripti cui tribuendi. VI. 22.
- Laeta Gratiani uxor. VIII. 158.
- Lactitiae typus controversus. VII. 21.
- Laocoon a serpentibus compressus. VIII. 288.
- Laurea Iul. Caesar libenter usus, et cur. VI. 17. Laureae sine diademate usus Iul. Caesar, simul cum hoc Augustus et successores. VI. 84. Laureae singulis Kalendis Ian. renovari solita. VII. 11.
- Lauri ante Augusti domum posita. VI. 88.
- Laurentius cum organo hydraulico. VIII. 303.
- Legio Iovia, Herculia. VIII. 9.
- Legio VI. vel VII. pia, VI. vel VII. fidelis, quid hi numeri significant. VII. 404.
- Legionum numis inscriptarum catalogus. VIII. 488. Varia ad hos observata. 490. Legionum apud Romanos varia aetate numerus. 491. Variarum legionum appellationes. 492.
- Leo in numis M. Antonii. VI. 44.
- Leo Caracallae dictus acinaces. VII. 214.
- Leo Lugduni insigne. VI. 39.
- Lex Valentiniani I., quae duas uno tempore legitimas uxores indulget, fabulosa. VIII. 149.
- Liberi eodem curru cum patre triumphante vecti. VII. 16. 93.
- Libertatis typus insolens. VI. 295.
- Libertati tributa spica. VI. 298.
- Litterae solitariae in numis Philipporum. VII. 330.
- Livia Augusti post hujus mortem dicta Iulia Augusta. VI. 147. Eadem dicta Ceres. 153. Mater patriae. 155. Iuno. 148. Καρποφορος. 168. Vestae cultu propolita. 155.
- Livia, quae et Livilla, Drusi et Antoniae filia, uxor C. Caesaris Agrippae F. VI. 169. serius Drusi jun. 202.
- Lollia Paulina Caligulae, mulier beata avitis opibus. VI. 229.
- Lucilla in numis nonnisi unica. VII. 99.
- Lucilla, V. Tuno.
- Lucus cuiuspiam dicatus, consecrationis nota VI. 125.
- Ludi Francici. VIII. 84. Parthici, seu triumphales in honorem Trajani. VI. 441. Pitalia in honorem Hadriani. VII. 336.
- Ludi saeculares, vide Saeculares.
- Lugduni Genius. VII. 163.
- Lugdunensium aera incerta. VI. 39.
- Lupa gemellos lactans. VII. 31.
- Lusius Quietus dux sub Hadriano eximius. VI. 498.
- Lybicae in numo scriptum pro Libycae. VI. 51.
- Lyfifonus quadrigarius. VIII. 296.
- Macellum quid. VI. 273.
- Magni nomen datum Caracallae. VII. 219.
- Magusanus Hercules. VII. 444.
- Manas quadrigarius. VIII. 296.

- Manus in altum efferre signum adprobantium. VI. 437.
- Mappa in manibus imperatorum inf. aevi. VIII. 505.
- Marcella minor M. Agrippae uxor. VI. 164.
- Marcellae duae Claudii Marcelli et Octaviae filiae. VI. 160.
- Marcellus (Sex. Varius) Elagabali pater. VII. 245.
- Marcia Furnilla Titi uxor. VI. 364.
- Marcianus (Gelsius) Alexandri Sev. pater. VII. 246.
- Margarita coryphaea. VIII. 304.
- Maria V. M. frequens in numis infimi aevi. VIII. 506.
- Marmorum iudicium, praecipue in causa trib. potestatis, intutum. VIII. 399.
- Mars Ultor. Ei ob recepta a Parthis signa templum dedicat Augustus VI. 95 seq. Mars ad Rheam accedens. VII. 31. Irruens cum hasta et scala. VIII. 285. Martis Venerisque furtivus amor. VII. 80.
- Mater Idaea in navi, quam Cl. Quinta trahit. VII. 41.
- Mater patriae dicta Livia. VI. 155. Quae praeterea Augustae aliae. VIII. 452.
- Mater senatus dicta Domna. VIII. 452.
- Matres castrorum dictae plures Augustae. VIII. 452.
- Medullina (Livia) Claudii sponsa. VI. 250.
- Medusae caput plerumque pectori Domitiani adfixum. VI. 375.
- Memmia (Sulpicia) Alexandri Severi uxor. VII. 284.
- Memoria mortuorum honori praestita. VI. 213.
- Memoriae vocabulum in numis consecrationum. VIII. 465. Non semper certum est consecrationis indicium. *ibid.* Etiam a Christianis adhibitum. *ibid.*
- Menfium nomina mutat Commodus VII. 130.
- Mercurius religionis auctor. VII. 60. Pietatis symbolum. 345. Artium praeses. 406. Ejus attributa omnia in numo M. Aurelii. 60.
- Mesopotamia duobus fluviis indicata. VII. 314.
- Metalla in numis memorata. VI. 445.
- Michael Archang. in numis infimi aevi. VIII. 506.
- Miliarium saeculum quomodo explicandum. VIII. 325.
- Milo Crotoniates in contorniato dubiae fidei. VIII. 302.
- Minerva Providentia. VII. 186.
- Minerva cum epigraphe SAPIENTIA. VIII. 287.
- Minerva sapientiae dea. VIII. 65.
- Minerva lunoni Romae praelata. VI. 328.
- Minerva cum Victoriola et palmae ramo. VI. 338.
- Minerva papilionem homini a Prometheo formato imponens. VII. 34.
- Minervae clypeus a Vitellio vocata praegrandis patina. VI. 310.
- Minervam praecipue honorat Domitianus. VI. 375.
- Minervae quinquatrus a Nerone auctae. VI. 276.
- Minervina uxor I. Constantini M. VIII. 78.
- Misitheus perperam, ut videtur, apud Capitolinum scriptum pro Timisitheus. VII. 319.
- Moderationis caput. VI. 187.

- Monetae aenae status sub Augusto. VI. 134. 137. Ejus procuratio ab Augusto senatui demandata. *ibid.* Moneta aenea max. moduli sub Augusto an Romae, an foris signata? *ibid.* Moneta dicta sacra, et cur. VIII. 10.
- Monogramma Christi describitur. VIII. 89.
- Munificentia idem quod munus. VII. 19.
- Navius augur cotem novacula dissecans. VII. 32.
- Nemesis Victoria. VI. 511.
- Nemeses Smyrnenfes in numo Hadriani. VI. 514.
- Nemesis communia attributa cum Pace. VI. 237.
- NEPE sensus incerti in numis Phocae. VIII. 221.
- Neptunus felicitatis typus. VII. 124. Auctor terrae motus. 399. Ejus se filium jactat Sex. Pompejus. VI. 29.
- Neronia vocatum certamen quinquennale Neronis. VI. 264.
- Nicocreontis Cypri reguli caput. VIII. 291.
- Nilus deus, ejusque cubitus. VIII. 141.
- Nimbus in capite Augg. VIII. 502. Ejus origo et forma. *ibid.* seq. Quando adhiberi coepit. 503. Ejus significatio. 504. cum sacris etiam animalibus communicatus. *ibid.*
- NK scriptum pro NIKH. VIII. 31.
- Nobilissimi dicti Caesares, et nonnullae feminae. VIII. 370.
- Nobilitatis typus. VII. 116.
- Noctua sapientiae imago. VI. 431. VIII. 65.
- Nomina imperatorum a victis populis tracta. VIII. 454. Eorum catalogus. 455.
- Nomina varia imperatoribus in numis inferioris aevi adjecta. VIII. 500.
- Notae solitariae in numis Philipporum. VII. 330.
- NVBIS CONS dictus Romulus incerta significatione. VIII. 60.
- Numi aurei imp. superioris aevi utrum inferiore aevo habuerint rationem monetae. VIII. 513.
- Numi argentei Augg. majoris formae, etiam cum Latine inscripti sunt, extra urbem signati fuere. VI. 132. seq.
- Numi argentei majoris moduli a Caracalla feriri coepti. VII. 220.
- Numi argentei inde a Claudio Goth. fere defunct. VII. 475.
- Numi max. mod. cum inscriptione AEQVITAS vel MONETA. VII. 316.
- Numi aenei maximae et tertiae formae sub Decio signati. VII. 345.
- Numi aenei Pescennii, ut et Albini, ex quo hic Augustus dictus est, non exstant. VII. 153. 163.
- Numi aenei III. formae a Vespasianousque ad Hadrianum signati cum capitibus deorum, et in averfa cum horum attributis VI. 443.
- Numi aenei IV. formae inde a Nerone et Vespasiano usque ad Antoninum obvii. VI. 340.
- Numi contorniat. vide Contorniat.
- Numi plumbei. VIII. 317.
- Numi Caracallae et Elagabali quomodo distinguendi. VII. 255.
- Numi metallorum. VI. 445.
- Numi inferioris aevi. De his longa observata. VIII. 499.
- OBDVFILII SVI, incertae significationis, in numis Licinii I. VIII. 64.
- Officinae monetariae in numis laudatae,

- et quibus modis. VIII. 151. 518. 526.
 Olexius memoratus in contorniato. VIII. 309.
 Olympias regina. VIII. 290. Fingitur in lecto cum serpente. *ibid.*
 Olympiodorus, Olympius quadrigarii. VIII. 296. 297.
 Olympius dictus Hadrianus. VI. 513.
 Ops sensus duplicis. VII. 143.
 Optimi Maximi praeter Iovem dicti etiam aliqui Augusti. VII. 116.
 Orestilla (Fabia) Gordiani I. uxor. VII. 300.
 Orestilla (Livia) Caligulae uxor. VI. 229.
 Organa musica. VIII. 303. Eorum alia hydraulica, alia pneumatica, *ibid.*
 P a Latinis usurpatum pro B. VII. 24.
 Pacis ara. VI. 268.
 Pagii de Caesarum consulatione iudicium impugnatur. VIII. 327.
 Palladium in templo Vestae. VII. 101.
 Palmyrae principes. VII. 488.
 Pan Antinous. VI. 535 seq.
 Pannonius quadrigarius. VIII. 297.
 Pantheon complexum Iovem, Neptunum, Plutonem. VI. 514.
 Pappus (avus) dictus Leo III. VIII. 234.
 Parazonium quid? VI. 310.
 Parricidae dicti percussores Iul. Caesaris. VI. 17.
 Parthamasiris Armeniae rex. VI. 437.
 Parthaspates rex Parthiae a Traiano impositus. VI. 439.
 Parthi Augusto signa restitunt. VI. 94 seq. Braccati. 95.
 Pater senatus dictus Commodus. VIII. 452.
 Patris et matris nomina in Augg. VIII. (Vol. VIII.)
 450.
 Patris patriae nomen quando primum usurpari coepit. VIII. 450. Quis ex imp. eo primum usus. 451.
 Paullinus (Suetonius) illustris Britannorum victor. VI. 265.
 Pax cum attributis Nemesis. VI. 237.
 Pedem cuius rei imponere quid significet. VI. 44.
 Pegasus Apollinis comes. VII. 400. Alacritatis symbolum. 406.
 Penthesilea cum Achille. VIII. 287.
 Pergami sociatus cultus Romae et Augusti. VI. 201.
 Perpetui vocabulum Augustorum titulis additum. VIII. 358. 501.
 Persae genium regis revereri soliti. VIII. 459. Cum illis fundata pax. VII. 321.
 Pescennia Plautiana Pescennii vel Albinii uxor. VII. 153.
 Petina (Ael.) Claudii Aug. VI. 251.
 Petronia Vitellii. VI. 309.
 Petronius Maximus. VIII. 296.
 Petronius cum organo hydraulico. VIII. 303.
 Philadelphia a Graecis ad impetrandam Caracallae et Getae concordiam acta. VII. 231.
 Philosophia M. Aurelii in examen vocatur. VII. 53.
 Philosophissimus dictus M. Aurelius. VII. 66.
 Philosophorum sectas omnes beneficiis ornat M. Aurelius. VII. 66.
 Phoenix aeternitatis symbolum. VI. 441. 508.
 Pietas Pompejanorum tessera. VI. 23.
 Pileos qui populi gestaverint. VI. 526.
 Pinci Moesiae metalla. VI. 446.
 Pisci (fideles) dicti nonnulli imp. VIII.

Cccc

252. 259. 301.
 Pius. Qui jam olim, et deinde ex im-
 peratoribus dicti Pii. VIII. 453.
 Plautia Vrgulanilla Claudii Aug. VI. 250.
 Plantianus impetante Severo praef.
 praet. Plautillae Aug. pater Caracal-
 lae jussu caeditur. VII. 224.
 Πολυχρονίζειν τὰς ἐσθλὰς quid significet.
 VIII. 228.
 Pompeja Iul. Caesaris. VI. 46.
 Pomponia M. Agrippae. VI. 164.
 Ponderis notae in moneta aenea Nerō-
 nis. VI. 282.
 Pondus et valor numerorum infimi aevi.
 VIII. 510.
 Pons Aelius in numis dubiis Hadriani.
 VI. 511.
 Pons Danubii opus Trajani. VI. 418.
 opus Constantini M. VIII. 85.
 Ponticus dictus Severus. VII. 193.
 Pontifex max. Discrimen inter pontifi-
 catum max. reip. R., et imperato-
 rum. VIII. 381. Quomodo ad impm.
 devolutus. *ibid.* Hactenus unicus pon-
 tifex max. 382. Quo tempore coepe-
 runt esse duo pluresve. *ibid.* Pontifi-
 ces max. simul omnibus sacerdotiis
 inaugurati. 384. Caesares pontifices
 quidem; at nunquam maximi. *ibid.*
 Quo tempore Augusti pontificatu max.
 abstinuerint. 386.
 Pontificatum max. die Aliensi suscipit
 Vitellius. VI. 316.
 Porca in ludis saecularibus Telluri ma-
 ctata VI. 385.
 Porcus super signo militari. VI. 298.
 Portus Ostiensis in numis. VI. 276.
 Praenomina variarunt Commodus et
 Geta. VII. 134. 135.
 Praenominibus Lucii et Publii in uno
 eodemque numo usus Geta. VII. 235.
 Princeps juventutis. Hujus tituli origo.
 VIII. 371. Is principio Caesaribus et
 destinatis successoribus tribui solitus.
 374. Catalogus principum juv. 375.
 Typi cum hoc titulo conjuncti. 376.
 Eorum principum cum ordine eque-
 stri nexus. *ibid.* An etiam cum Tro-
 jae ludo? 377. Serius ab ipsis etiam
 Augg. receptus. 378.
 Principum juv. insignia hasta et clype-
 us. VI. 172.
 Proconsules cum potestate extraordina-
 ria. VIII. 339. Ejus exempla. *ibid.*
 Proconsulatus etiam Caesaribus de-
 cretus, sed perpetuus. 340. Vario-
 rum de caesare hoc proconsulatu
 judicia. *ibid.* Proconsulatus etiam ite-
 rati. 342.
 Prometheus hominem formans. VII. 34.
 Providentiae typus ara. VI. 12. Varii
 alii ejus typi. VII. 144.
 Pseudomoneta. VIII. 277.
 Pueri et puellae alimentarii. VII. 40.
 Pugilatus in contorniatibus. VIII. 302.
 Pugionem, quo fratrem occidit Cara-
 calla, is in Serapidis templo conse-
 cravit. VII. 213.
 Quadis regem imponit Antoninus. VII. 15.
 Quadragesimae a. Galba remissae. VI.
 296.
 Quadrigariorum cultus et arma. VIII.
 299.
 Quindecumvir sacris fac. dictus Vitelli-
 us. VI. 316.
 Quindecumvir sacris fac. ludos saecula-
 res procurant. VI. 102.
 Ramus Apollinis Salutaris signum. VII.
 357.
 Rechiarius Suevorum rex in numo Ho-

- norii. VIII. 172.
 Reliqua vetera ab Hadriano abolita. VI. 478.
 Rheni imago. VI. 380. VII. 445.
 Rhinoceros cum duplice cornu. VI. 393.
 Rogus in consecrationis numis frequens. VIII. 468. Ejus forma. *ibid.*
 Roma. Numi hoc nomine inscripti aervo Constantini M. VIII. 97. Iustiniani. 216.
 Romae et Augusti cultus sociatus. VI. 100.
 Romae veteris et novae discretæ imagines specie muliebri. VIII. 97.
 Sabinarum raptus. VIII. 287.
 Sacerdotia plura in unum congesta. VI. 261.
 Sacratissimi dicti imperatores. VIII. 191.
 Saecula a metallis nomen adepta. VI. 508.
 Saeculum aureum a Commodo jactatum. VII. 113.
 Saeculares ludi a quibus acti. VIII. 20.
 Eorum novum canonem constituit Maximianus Herc. *ibid.* Eorum varii ritus in numis expressi. VI. 385.
 Salatia dea. VI. 27.
 Sallustii historici caput. VIII. 292.
 Saturnus agriculturae praefes. VII. 381.
 Aeternitatis symbolum. *ibid.* Harpam manu gestat. *ibid.* Ejus certa indicia. *ibid.* Addita illi falx longior suspectae antiquitatis est. VIII. 316.
 S. C. Haec nota in nonnullis aeneis primorum Augg. omittitur. VI. 192.
 Scenica in contorniatis. VIII. 303.
 Soribonia Augusti. VI. 120.
 Scrofa cum fuculis. VI. 336.
 Scutica quadrigariorum. VIII. 300. Absque hac victores magnas sibi laudes promeruerunt. *ibid.* Ejus forma. 301.
 Scyllae imago. VI. 30. Vlysis navi infidiata. VIII. 285.
 Σεβαστος. Ab hoc derivata varia infimi aevi prodigia Σεβαστεπαιτωρ, Πρωτοσεβαστος etc. VIII. 359.
 Segetia fegetum praefes. VII. 419.
 Sejanus Tiberii jussu caesus. VI. 196.
 Seleucus quadrigarius. VIII. 297.
 Sella aurea et corona Iul. Caesari decreta. VI. 10.
 Semnos, a Graeco Σεμνος, dictus Caracalla. VII. 222. et Gordianus I. VII. 303.
 Semper Augustus. VIII. 359.
 Senatus R. se Commodianum Felicem appellat. VII. 119.
 Senior, junior Augustus, qui dicti, et cur? VIII. 359.
 Serapis idem cum Aesculapio. VII. 213.
 Ejus ope Vespasianus Alexandriae miracula patrat. *ibid.* in ejus templo Caracalla pugionem dedicat, quo fratrem occidit. *ibid.* Serapis in numis Commodi. 128. 131. Ejus specie Iulianus II. effectus. VIII. 138.
 Serpens variorum numinum comes, idem in orgiis Bacchi magnum momentum. VIII. 307. Idem deorum Manium famulus silicernia degustare solitus. *ibid.*
 Servus Christi dictus in numis Iustinianus II. VIII. 227.
 Severa (Valeria) Valentiniani I. uxor. VIII. 149.
 Signa recepta a Parthis. VI. 94 seq. Alia a Vespasiano. 329. a Sarmatis. 371.
 Signa in Vari clade amissa recuperat Germanicus. 209.
 Signa militaria varii generis. VIII. 493.
 Silicia Pannoniae in numis Gallieni. VII.

- 410 et Probi. 505.
 Soaemus Armeniae a Vero rex impositus. VII. 91.
 Socratis caput, sed dubium, in contorniato. VIII. 291.
 Sol dictus Dominus imperii R. VII. 482. Etiam in Occidente cultus. VIII. 45. Ejus imago magnae molis a Vespasiano dedicata. VI. 335. Ejus specie propositus Geta. VII. 229.
 Sol et luna aeternitatis symbola. VI. 423. VII. 181.
 Solidus numus quis? VIII. 511.
 Speculatores varii generis. VI. 53 seq.
 Spei bonae ara Romae. VII. 154.
 Sphinx in numis Augusti. VI. 98. 120. Volusiani VII. 363.
 Spintriae. VIII. 315. Earum argumenta et usus. *ibid.* copia. 316.
 Statua equestris Trajani mirandi operis VI. 436.
 Stephanus quadrigarius. VIII. 297.
 Στεφανω allegorice pro honore, remuneror. VII. 7.
 Taurus Neptuni victima. VII. 129. Symbolum montis Tauri. VI. 99. in numis Iuliani II. ejusque causa. VIII. 133.
 Telephus a cerva lactatus. VII. 34.
 Telesphorus in numis Caracallae. VII. 212.
 Telluri in ludis saecularibus mactata porca. VI. 385.
 Tempestas Romae culta. VII. 129.
 Templum Apollinis Palatini. VII. 125. D. Augusti. VI. 126 seq. VII. 25. Bacchi et Herculis VII. 171. Clementiae Iuliae. VI. 9. Mentis. VII. 142. Opis. 149. Pacis. VI. 334. Romae et Veneris. 509. 510. Tempestatis. VII. 129. Vestae 79.
 Templum Iovis Capitolini. VI. 327. sub Vitellio exustum restituitur a Vespasiano. *ibid.* Iudaei singuli didrachmum ad hos sumptus conferre jubentur. *ibid.* In eo tres cellae, Iovis, Minervae, Iunonis 328.
 Tempia et arae Augusto in provinciis decretae. VI. 135 seq.
 Tempia etiam non consecratis erigi in Italia permissum. VI. 400.
 Terentius comicus in contorniato. VIII. 292.
 Terrae motu collapsae Asiae urbes a Tiberio restituuntur. VI. 192.
 Tesserae forma numorum. VIII. 314. Earum exempla. *ibid.*
 Thensa divinitatis nota. VI. 128.
 Theodorus (sanctus) in numo Alexii L. VIII. 262.
 Theogamia ab Elagabalo celebrata. VII. 251.
 Θεομητωρ dicta Agrippina jun. VI. 259.
 Thermae Alexandrinae. VII. 272.
 Thesei cum Centauro lucta. VIII. 288.
 Titi praepomen utrum habuerit Vespasianus, non satis liquet. VI. 341.
 Toxxotes equus. VIII. 298.
 Trajanus Trajani Aug. pater. VI. 433. Ejus illustria facta, et obiti magistratus. *ibid.* a filio Aug. consecratus. *ibid.*
 Tribunicia potestas imp. unde fluxerit VIII. 391. Cur eam appetierit Augustus. 392. Discrimen inter tribunatum veterem, et trib. potestatem imp. *ibid.* Ea a senatu conferri consuevit. 393. Imp. in trib. potestate suos habuere conlegas. 394. Ea singulis annis renovari et renovari solita. *ibid.* Variorum sententiae de modo iteratae hujus potestatis. 395. Regulae ad il-

- lustrandum hunc modum necessariae proponuntur. 398. Trib. potestas ab Augusto usque ad Antoninum iterata est eo die, quo accepta, deinceps Kalendis Ian. 404. Quo ea tempore desiverit. 449.
- Tripus auguratus insigne. VI. 31.
- Triquetra fallax monetae Siculae indicium. VI. 60.
- Triumphales quadrigae sine rectore. VI. 197.
- Triumphantes liberos suos in currum recepere. VII. 93.
- Triumphalia ornamenta. VI. 113. Ea Druso sen. decreta. 177.
- Troja ludus. VI. 170. utrum is connexus cum principe juventutis. VIII. 377.
- Tutela, nomen adfine Genio, vel Fortunae. VIII. 141.
- Τυχη, Graecis Genius urbis. VIII. 141.
- Valerianus junior neque Caesar fuit, neque Augustus. VII. 427 seq.
- Valli castrensis forma. VIII. 67.
- Vehiculationis onus a Nerva mitigatur. VI. 408.
- Veliternorum numus plumbeus. VIII. 319.
- Velum. Eo opertum caput augurum. VI. 17. 18.
- Venatio mirabilis in amphitheatro. VII. 182. Venationes in contorniatis. VIII. 302.
- Venus cum adhaerente collo Cupidine. VI. 6. Genitrix Romae culta. 511.
- Victrix in annulo Iul. Caesaris. 8. pro tessera ante pugnas. *ibid.* obvia in numis Iul. Caesaris et Augusti. 81. Veneris nomen datum Iuliae Augusti filiae. 168.
- Vercingetorix rex captivus in numo Iul. Caesaris. VI. 6.
- Verissimum nomen datum M. Aurelio. VII. 67.
- Verus. Numi hoc nomine inscripti ad quem Verum pertineant. VII. 84.
- Vestae attributa commodata Liviae. VI. 155.
- Vestales ante Vestae templum sacrificantes. VII. 101. Earum sex constitutae. *ibid.*
- Vexillorum forma et usus. VIII. 494.
- Viae munitae ab Augusto. VI. 105. a Trajano 421.
- Victoriae cum votis nexus. VIII. 479.
- Victoria insigne imperii. VI. 85. Ejus statua Tarento advecta. *ibid.* Victoria Nemesis. 511.
- Victoriarum numerus positus in numis pro numero imperatoris ex victoriis. VII. 401.
- Vlysses Scyllae se opponens. VIII. 286.
- Vota in numis memorata. VIII. 473.
- Eorum varia genera. *ibid.* seq. Vota decennialia, eorumque origo. 475.
- Quinquennialia, eorumque origo. 476.
- Variae in numis vota enunciandi formulae. 477. Votorum typi. 479. Horum nexus cum typo coronae. *ibid.* Quo tempore nuncupari desierint. 480.
- Observata varia ad vota numis inscripta. 481.
- Vpupa pietatis symbolum. VI. 531.
- Urbes monetariae inf. aevi. VIII. 518.
- Vrsus quadrigarius. VIII. 297.
- Vulcanalia Romae acta. VI. 97.
- Vulcanus dictus Vltor. VI. 96.
- Vulcanus et Minerva colloquentes. VII. 34.
- Vulcano sacra arma ejusque velut victima. VI. 97.

200

This book should be returned to
the Library on or before the last date
stamped below.

A fine of five cents a day is incurred
by retaining it beyond the specified
time.

Please return promptly.

